BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
A
72
NAPOLI

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARUM HEROIDUM LIBER,

Cum Notis

JOANNIS MIN-ELLII.



ROTERODAMI,
Typis REGNERI LEERS,
MDCXCVIII.

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARUM HEROIDUM LIBER.

EPISTOLA PRIMA.

ARGUMENTUM.

Orto bello Trojano ob raptam Helenam à Paride, habito à Græcis conventu, invitus cogitur Ulyſſes ad bellum proficiſci: in quâ expeditione multa uſque adeò geſſit, ut excidii Trojani maxima pars illi adſcribatur. Ultione factâ, Trojâque funditus everſâ, redeuntes Græci victores in patriam, ſpoliis hoſtilibus ditati, indignatione læſæ Minervæ, variis adeò invaſi ſunt procellis, ut multi obruti ſint, alii turpiter occubuerint, pauci poſt multos errores dirum vix evaſerint excidium, inter quos Ulyſſes (ad quem hæc Epiſtola dirigitur) decem annos errabundus orbem peragravit. Penelope igitur, ejus uxor, licet ignara ubi is detineretur, ſolicita tamen de ipſius reditu, hanc ei Epiſtolam ſcribit, quâ imprimis monet ut redeat, cùm & Trojâ everſâ, & aliis reverſis, ſolus non habeat cauſam tarditatis. Interimque deteſtando Paridem, narrat quæ paſſa ſit, cum maritus eſſet in bello, & quæ patiatur, dum varias moræ cauſas ſuſpicatur: maximeque conqueritur, quòd nihil novi de ipſo habeat, eum certiorem faciens de conſtantiâ & fide ſuâ, narrando proceres requirentes eam, & ſtimulum Icarii patris. Ultimò dicit, domum ac rem ipſius familiarem ob ejus abſentiam malè habere, cùm propter imbecillem naturam ſuam, ac Telemachi infantiam, tum propter ſenectutem Laërtis patris: proptereà ne reſcribat, ſed ut ipſemet veniat, imprimis petit.

PENELOPE ULYSSI.

[1] *Hanc [2] tua Penelope [3] lento tibi mittit, Ulyſſe.*
Nil mihi reſcribas attamen: [4] ipſe veni.

1 Scil. epiſtolam. Senſus eſt: O Ulyſſes, Penelope, uxor tua, mittit tibi hanc epiſtolam: nolo autem mihi reſcribas aliquid: ſed tu ipſe veni. 2 Sc. uxor. 3 Tardo, quique noſtro amore frigeſcis, tuorumque deſiderio non moveris. 4 Qui annos viginti abſens fuiſti.

[1] Troja [2] jacet certe [4] Danaïs [3] inviſa [4] puellis:
Vix Priamus [6] tanti, totaque [5] Troja, [6] fuit.
O utinam tunc, [7] cum [8] Lacedæmona [9] claſſe [10] petebat,
[11] Obrutus [12] inſanis eſſet [13] adulter [12] aquis!
Non [14] ego [15] déſerto [16] jacuiſſem [17] frigida lecto,
[18] Nec quererer [19] tardos ire [20] relicta dies:
Nec mihi, [21] quærenti ſpatioſam [22] fallere noctem,
Laſſaret viduas [23] pendula tela [24] manus.
[25] Quando ego non timui [26] graviora [27] pericula veris?
Res eſt [28] ſolliciti plena timoris amor.
[29] In te [30] fingebam [31] violentos [32] Troas ituros:
Nomine in Hectoreo [33] pallida ſemper eram.
[34] Sive quis [35] Antilochum narrabat ab Hectore victum;
Antilochus noſtri cauſa timoris erat:
Sive [36] Menœtiaden falſis [37] cecidiſſe ſub [38] armis;

1 Indicat facile Ulyſſem jam poſſe redire: quia Troja jacet. 2 Diruta eſt, & ſolo æquata: ſicut enim urbes, cum ædificantur, aut florent, dicuntur ſtare, aut ſurgere, (ut Virg. *Surgentemque novæ Carthaginis arcem:* & idem: *Trojaque nunc ſtares*) ita cum dirutæ ſunt, dicuntur jacêre & cadere. 3 Odio habita, odioſa. 4 Heroïdibus, mulieribus Græcis: nam Danai à Danao rege dicuntur. 5 Omnes Trojani: continens pro contento. 6 Ut per ejus obſidionem mulierum Græcarum mariti propter ipſum Priamum & Trojam abeſſent, & continenter haberentur odio, teque marito tam diu ob bellum Trojanum carerim. 7 Quando, ſc. 8 Spartam: nam utroque nomine dicitur: eſt autem urbs Laconiæ. Lacedæmon Menelai regia fuit, ſic dicta à Lacedæmone, Jovis & Taygetes filio, ex quâ urbe (ut jam dictum eſt) Paris Helenam rapuit. 9 Multitudine navium inſtructarum. 10 Proficiſcebatur, ibat. 11 Eſſet oppreſſus, & ſubmerſus. 12 Aquis turbidis & tempeſtuoſis. 13 Paris, Priami filius, qui ex Lacedæmone Helenam, Menelai uxorem, rapuit. Eſt enim adulter, qui alienæ commiſcetur uxori. 14 Penelope. 15 Sc. à te qui debueras in eo mecum jacêre. 16 Non cubuiſſem. 17 Sola, ſine viro. 18 Non dolerem, non lamentarer. 19 Eſſe longos, & tarde finiri abſentiâ tuâ, ut mihi videtur. 20 Per 20. annos à te deſtituta. 21 Conanti. 22 Decipere, & præterire aliquid faciendo & texendo, ne moleſtiam temporis ſentiam. Dicitur enim falli tempus, cum aliquid fit, quo ipſius temporis moleſtia non ſentiatur. 23 Quæ pendet e ligno, quo involvitur, quod jugum dicitur. 24 Manus Penelopes viduæ. 25 Semper. 26 Sc. periculis. i. e. majora, quam ea quæ verè poſſunt tibi evenire. 27 Sc. de te. 28 Anxii. 29 Contrà te. 30 Animo imaginabar. 31 Fortes, crudeles. 32 Trojanos: à Tros. 33 Semper timebam, cum audirem nomen Hectoris, qui omnium Trojanorum fortiſſimus dicebatur. 34 Sc. aliquis narrabat. 35 Neſtoris filium, qui non ab Hectore, ſed à Memnone, Auroræ filio interfectus eſt. Sed Ovidius hoc maronali ſimplicitati tribuit. 36 Patroclum, Menœtii filium, quem Achillis armis indutum Hector interfecit. 37 Mortuum eſſe. 38 Armis non ſuis, ſed Achillis.

1 *Fle-*

[1] *Flebam ſucceſſu poſſe* [2] *carere* [3] *dolos.*
[4] *Sanguine* [5] *Tlepolemus Lyciam* [6] *tepeſecerat* [7] *haſtam;*
Tlepolemi leto [8] *cura* [9] *novata mea eſt.*
Denique, quiſquis erat caſtris [10] *jugulatus* [11] *Achivis,*
[12] *Frigidius glacie* [13] *pectus* [14] *amantis erat.*
Sed bene [15] *conſulit* [16] *caſto* [17] *Deus* [18] *æquus* [19] *amori.*
[20] *Verſa eſt in cinerem* [21] *ſoſpite Troja* [22] *viro.*
[23] *Argolici* [24] *rediere* [25] *duces: altaria* [26] *fumant:*
[27] *Ponitur ad* [28] *patrios barbara* [29] *præda Deos.*
Grata ferunt [30] *Nymphæ pro ſalvis dona maritis:*
[31] *Illi* [32] *victa* [33] *ſuis Troia fata* [34] *canunt.*
Mirantur [35] *juſtique ſenes* [36] *trepidæque puellæ:*
Narrantis conjux [37] *pendet ab ore viri.*

1 Flendo timebam. 2 Ne carerent felici eventu, i. e. ne vincerentur viribus hoſtium. 3 Aſtutias tuas. 4 Sc. ſuo, cùm eſſet vulneratus. 5 Filius Herculis ex Aſtyoche, qui Rhodi regnavit, & Rhodiorum claſſem in auxilium Græcorum duxit adverſus Trojanos. Is à Sarpedone, Jovis & Laodamiæ filio, qui ex Lyciâ venerat, interfectus eſt. 6 Calefecerat. 7 Haſtam, quam Sarpedon Lycius ferebat, qui vir ingens fuit. 8 Timor, ſollicitudo. 9 Crevit & aucta eſt. 10 Interfectus. 11 In exercitu Græcorum. 12 Timore frigeſcebat: nam propter timorem homines frigidi fiunt. 13 Cor, quod intra pectus continetur. 14 Mei Penelopes, quæ te amo. 15 Providit. 16 Pudico, quia viginti annos tibi fidem ſervavi. 17 Hymenæus. 18 Juſtus, qui juſtos & pios nunquam relinquit. 19 Sc. meo. 20 Incenſa eſt. 21 Incolumi. Id enim potuit ex Telemacho ſcire, qui eadem ex Neſtore & Menelao audiverat. 22 Marito meo Ulyſſe. 23 Exemplo firmat ſuſpiciones Penelope. Q. d. omnes alii duces reverſi ſunt, conſolantur uxores ſuas, tu ſolus maritali dees officio. 24 Sc. domum ſuam, vel in patriam. 25 Græci duces, ut Neſtor, Agamemnon, & Menelaus. 26 Incenſa ſunt, ad facienda Diis ſacra. 27 A victoribus: quia ſolebant hoſtilia ſpolia templis Deorum affigi à victoribus. 28 In templis Deorum, qui coluntur in patria: quia quælibet natio ſuos habuit Deos. 29 Spolia Trojana, ſeu Trojanorum, qui barbari ſunt. 30 Puellæ Græcæ. 31 Mariti ſeu Græci, qui redierunt. 32 Quibus defenſio Trojanorum conſiſtebat: ut vita Troili, conſervatio Palladii. i. e. ſimulachri Palladis, quod Trojani habebant in urbe, & ut ſepulchrum Laomedontis, quod erat in portâ Scæâ, ſervaretur integrum, & ut equi Rheſi poſſent à Trojanis recipi. Verum omnia hæc fata vicerunt Græci: nam Achilles Troilum ſecum congreſſum interfecit: Palladium verò ab Ulyſſe & Diomede, clam noctu urbem ingreſſis, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis, ablatum eſt: equi Rheſi ab Ulyſſe & Diomede abducti ſunt priuſquam pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent: porta verò Scæa diruta eſt ab ipſis Trojanis, ut equus ligneus, armatis viris plenus, introduceretur: & ita Trojanorum fata victa ſunt. 33 A ſuis Græcis. 34 Cum lætitiâ narrant. 35 Religioſi. 36 Naturaliter timidæ. 37 Attentè audit. Cùm enim aliquem attentè audimus, ita eum aſpicimus, ut ex ore ejus pendère videamur. Sic Virgilius de Didone: *Pendetque iterum narrantis ab ore.*

[1] *Atque aliquis poſita* [2] *monſtrat ſera* [3] *prælia menſa ;*
  [4] *Pingit & exiguo* [5] *Pergama tota mero.*
Hac ibat [6] *Simois , hic eſt Sigeïa* [7] *tellus ,*
  Hic [8] *ſteterat Priami regia* [9] *celſa ſenis.*
[10] *Illic* [11] *Æacides , illic* [12] *tendebat Ulyſſes :*
  Hic [13] *lacer* [14] *admiſſos* [15] *terruit Hector equos.*
[16] *Omnia namque tuo* [17] *ſenior , te* [18] *quærere miſſo ,*
  Rettulerat [19] *nato* [20] *Neſtor : at* [21] *ille* [22] *mihi.*
[23] *Rettulit &* [24] *ferro* [25] *Rheſumque* [26] *Dolonaque cæſos.*
  [27] *Utque ſit* [28] *hic* [29] *ſomno proditus ,* [30] *ille* [31] *dolo.*
Auſus es , ô nimium [32] *nimiumque oblite* [33] *tuorum ,*

1 Oſtendit Penelope, quam variâ rerum narratione Græci domum reverſi, uxores ſuas detineant. 2 Oſtendit. 3 Pugnas, geſtas inter Græcos & Trojanos. 4 Deſcribit, fundendo modicum vini ſuper menſam, quo deducto per digitum, oſtendit formam & ſitum Trojæ. 5 Trojæ formam & ſitum. 6 Fluvius Trojanus, ex Idâ monte defluens. 7 Promontorium Sigæum, ſepulchro Achillis nobilitatum. 8 Fuerat, erecta erat. 9 Superba Priami domus, quæ erat in arce. 10 Alio loco. 11 Achilles, Æaci nepos, & Pelei filius. Sic Virg. *Hic Dolopum manus*, &c. 12 Tentoria militaria habebat. 13 Vulneribus confoſſus, & dilaceratus. 14 Celeres, ſive incitatos. Admittere equum, eſt incitare calcaribus. 15 Dum enim circum muros Trojanos raptaretur Hector, ab Achille occiſus, equi a pectu cruentati cadaveris territi ſunt. 16 Dicit Penelope, ſe hæc omnia intellexiſſe à Telemacho, cui Neſtor ea narraverat, cùm ad eum miſſus fuiſſet ad quærendum Ulyſſem patrem ſuum. 17 Pro ſenex, agebat enim tertiam hominum ætatem. 18 Ad quærendum. 19 Telemacho, de te ſollicito. 20 Pyliorum rex, & Nelei filius. 21 Telemachus, filius tuus. 22 Sc. retulit. 23 Narravit mihi. 24 Gladio. 25 Thraciæ regem : cujus equi erant candore nivali, pernicitate ventis comparandi: qui cum Trojanis, auxilio veniſſet, Diomedes & Ulyſſes eum ſomno preſſum, in tentoriis interfecerunt, & currum ejus cum inſignibus equis ad naves Græcorum duxerunt. 26 Virum Trojanum, Eumedis filium, qui in caſtra Græcorum ſpeculator acceſſit, pactus cum Trojanis, ut in remunerationem ſpeculationis ſibi darentur equi Achillis, poſt victoriam quam ſperabat : ſed deprehenſus eſt à Diomede & Ulyſſe, qui & ipſi ſpeculatum venerant, & vigilias in eâ parte curabant : quibus omnia aperuit, quæ Trojani pararent, & ſperarent : indicavitque præcipue adventum Rheſi, & fatum quod de ejus equis erat, Trojam non poſſe capi, ſi pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent : promiſerant enim ei vitam, ſi omnia indicaret : verùm omnibus perceptis, eum interfecerunt. Vide Ovid. 13. Met. *Eſt aliquid, de tot Grajorum millibus*, &c. 27 Et quomodo. 28 Rheſus. 29 Quia primâ nocte, dum clauſas portas intrare non poſſet, occiſus eſt. Virg. 1. Æn. *Nec procul hinc Rheſi*, &c. 30 Dolon. 31 Quia promiſſa erat ei impunitas, ſed non ſervata : aut dolo, i. e. propter dolum, quem ſtruere volebat : & Rheſus, quia imprudenter inter hoſtes ſomno indulgebat. 32 Penitus. 33 Patris, filii, & uxoris.

Thracia

[1] *Thracia* [2] *nocturno* [3] *tangere* [1] *caſtra dolo ;*
[4] *Totque ſimul mactare viros adjutos ab* [5] *uno.*
At bene [6] *cautus eras , & memor* [7] *ante mei.*
[8] *Uſque metu* [9] *micuêre* [10] *ſinus ;* [11] *dum* [12] *victor* [13] *amicum*
[14] *Dictus es* [15] *Iſmariis iſſe per agmen* [15] *equis.*
Sed mihi quid prodeſt veſtris [16] *disjecta* [17] *lacertis*
[18] *Ilios ?* [19] *& , murus quod fuit ante , ſolum :*
[20] *Si* [21] *maneo* [22] *qualis Troja* [23] *durante manebam ;*
Virque [24] *mihi* [25] *demto fine carendus abeſt ?*
Diruta ſunt [26] *aliis ,* [27] *uni mihi Pergama* [28] *reſtant ;*
[29] *Incola captivo quæ* [30] *bove* [31] *victor arat.*
[32] *Jam ſeges eſt ubi Troja fuit ,* [33] *reſecandaque* [34] *falce ,*
[35] *Luxuriat Phrygio* [36] *ſanguine* [37] *pinguis humus.*
[38] *Semiſepulta virûm curvis* [39] *feriuntur aratris*
Oſſa : [40] *ruinoſas* [41] *occulit herba domos.*
[42] *Victor abes ; nec ſcire mihi , quæ cauſa morandi ,*
Aut in [43] *quo lateas ferreus* [43] *orbe , licet.*

1 Tentoria Rheſi , regis Thraciæ. 2 Inſidiis noctis : quod eſt audacius , quam in luce. 3 Sc. acceſſu tuo , i. e. intrare. 4 Comites regis 12. qui erant in ejus tentoriis. 5 Solo Diomede. 6 Providus periculorum. 7 Olim , cùm te tuæ domus memoria , & amor ſubiret : quia inſaniam ſimulabas , ne illis te periculis objiceres , & ne me ſolam relinqueres. 8 Aſſiduè. 9 Moti ſunt , tremuêre. 10 Cor meum , ſeu pectora mea. 11 Donec. 12 Sc. tu. 13 Græcorum caſtra. 14 Sc. mihi , ab eo , qui narrabat. 15 Equis Rheſi , ſeu Thraciis. Iſmarus autem mons eſt Thraciæ. 16 Diruta. 17 Viribus. 18 Troja : ab Ilio , Trois filio , dicta. 19 Ordo eſt : & ſolum , quod fuit antè murus , nunc æquatus ſolo , i. e. dirutus. 20 Siquidem. 21 Sine viro. 22 Sc. vidua , & ſine marito. 23 Cum Troja ſtaret. 24 A me. 25 Semper & perpetuo. 26 Ad utilitatem aliarum puellarum. 27 Soli , i. e. in damnum mei ſolius. 28 Remanent , non reverà , ſed quantum ad damnum & dolorem ſuum. 29 Qui illic habitationem fecêre poſt devictam Trojam. 30 Bobus captivis , i. e. bobus , qui ante fuerant Trojanorum , nunc à Græcis captis. 31 Victores Græci. 32 Hiſce verbis oſtendit Penelope , jam diu Trojam fuiſſe everſam , adeòque ſe meritò conqueri de morâ Ulyſſis. 33 Demetenda. 34 Sc. meſſoriâ : eſt enim & falx putatoria, quâ arbores putantur. 35 Suprà modum abundat. 36 Sanguine Trojanorum illic effuſo. 37 Impinguata. 38 Non plenè ſepulta , ut in bello accidit propter multitudinem. 39 Eruuntur ab aratris. 40 Proſtratas. 41 Tegit. 42 Sc. tu Ulyſſes. 43 In quâ parte orbis.

[1] *Quiſquis ad hæc* [2] *vertit peregrinam* [3] *littora* [4] *puppim ,*
Ille mihi de te multa rogatus [5] *abit.*
Quamque tibi reddat , ſi te modo viderit [6] *uſquam ,*
Traditur huic digitis charta [7] *notata meis.*
[8] *Nos* [9] *Pylon ,* [10] *antiqui Neleïa* [11] *Neſtoris arva ,*
Miſimus. [12] *incerta eſt* [13] *fama* [14] *remiſſa Pylo.*
Miſimus & [15] *Sparten. Sparte quoque neſcia* [16] *veri ,*
Quas habitas terras , aut ubi [17] *lentus abes.*
[18] *Utilius* [19] *ſtarent etiam nunc mœnia* [20] *Phœbi.*
[21] *Iraſcor votis heu* [22] *levis* [23] *ipſa meis!*
[24] *Scirem* [25] *ubi pugnares ; &* [26] *tantum* [27] *bella timerem ;*
Et mea cum [28] *multis juncta* [29] *querela foret.*
[30] *Quid timeam ignoro. timeo tamen omnia* [31] *demens :*
Et [32] *patet in curas* [33] *area lata meas.*
[34] *Quæcunque æquor habet , quæcunque pericula tellus ,*
Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Hæc ego dum ſtultè meditor (quæ veſtra [35] *libido eſt)*

1 Quicunque , ſc. vel mercator , vel nauta. 2 Flexit. 3 Ad hanc noſtram terram Ithacenſem. 4 Navem. 5 Diſcedit , ſc. hinc. 6 Alicubi. 7 Epiſtola ſcripta. Q. d. do literas ad te his omnibus , qui ex Ithacâ navigaturi ſunt in quamcunque orbis regionem. 8 Non ipſa miſit , ſed Telemachus , clam matre , ad Neſtorem , acceſſit. 9 Pylos urbs in Meſſeniâ, ubi Neleus, pater Neſtoris, regnavit. 10 Senis: dicitur enim vixiſſe 300. annis 11 Terram Neſtoris , regnatam à patre ejus Neleo. 12 Ignara de te , ubi ſis. Q. d. Neſtor nihil certi de te nobis retulit. 13 Sc. de te. 14 Sc. mihi à Neſtore. 15 Lacedæmona , ad Menelaum , qui de Ulyſſe negavit quoque ſe quicquam ſcire. 16 Ignara veritatis de te. *Sparte* autem pro Spartanis ponitur. 17 Tardus ad revertendum. 18 Cum majori meâ utilitate. 19 Eſſent adhuc integra , & erecta. 20 Muri Trojani, quos Apollo cum Neptuno ædificavit. 21 Reprehendo quæ pro excidio Trojano optavi : prius enim optavi , ut Trojam vinceretis , & dirueretis : nunc doleo me ita optaſſe ; nam vellem adhuc Trojam ſtare. 22 Inconſtans, & mutabilis, 23 Ego. 24 Cauſas utilitatis oſtendit. Q. d. Si Troja ſtaret , hic ſaltem ſcirem, ubi pugnares, & gereres bellum. 25 In quâ orbis parte. 26 Solummodò. 27 Pericula bellorum. 28 Sc. aliis mulieribus, quæ & ipſæ conquererentur de abſentia maritorum ſuorum , quod eſſet mihi tolerabilius. 29 De mora ſeu abſentia mariti. 30 Sc. nunc, cùm neſciam ubi ſis poſt dirutam Trojam. 31 Exanimata & timore perturbata. 32 Diffunditur latè atque ſpecioſe , i. e. Solicitudines meæ in omnem partem vertuntur. 33 Spatium. 34 Ordo eſt : Ego ſuſpicor quæcunque , i. e. omnia pericula , quæ æquor habet & tellus , eſſe cauſas tam longæ moræ , i. e. quòd tam diu moreris , ſuſpicor cauſam fuiſſe periculorum , quæcunque tibi mari terraque potuerunt accidere. 35 Pro ea libidine , quæ libido eſt veſtra, i. e. veſtrum virorum , i. e. quam vos habetis.

Eſſe

Eſſe [1] *peregrino captus* [1] *amore potes.*
Forſitan & [2] *narres , quam ſit tibi* [3] *ruſtica conjux ;*
[4] *Quæ tantum lanas non ſinat eſſe* [5] *rudes.*
[6] *Fallar ; & hoc* [7] *crimen* [8] *tenues* [9] *vaneſcat in* [10] *auras :*
Neve revertendi [11] *liber abeſſe* [12] *velis.*
Me [13] *pater Icarius* [14] *viduo diſcedere* [14] *lecto*
Cogit , & immenſas [15] *increpat uſque* [16] *moras.*
Increpet uſque licet : tua [17] *ſim , tua* [18] *dicar* [19] *oportet.*
Penelope conjux ſemper Ulyſſis ero.
Ille tamen [20] *pietate mea precibuſque* [21] *pudicis*
[22] *Frangitur , & vires* [23] *temperat ipſe ſuas.*
[24] *Dulichii Samiique , & , quos* [25] *tulit* [26] *alta Zacynthos ,*
[27] *Turba* [28] *ruunt in me* [29] *luxurioſa ,* [30] *proci :*
Inque tua regnant , nullis prohibentibus , [31] *aula.*
[32] *Viſcera noſtra tuæ* [33] *dilaniantur opes.*
Quid tibi [34] *Piſandrum , Polybumque , Medontaque* [35] *dirum ,*

1 Alludit ad Circem & Calypſo , cum quibus Ulyſſes multum temporis conſumpſit: ex Circe Telegonum genuit , ex Calypſo , Atlantis filiâ , Anſonem , à quo Italia Auſonia appellatur   2 Puellis, quas amas.   3 Inculta.   4 Quæ nulli alii rei muliebri ſatis ſit apta , niſi carpendis & tractandis lanis , non etiam acui , ad veſtes variis coloribus figurandas.   5 Impolitas.   6 Hac meâ opinione , quam de te habeo , decipiar.   7 Quo te accuſo , ſc. de amore alterius mulieris.   8 Vacuas , ſubtiles.   9 In vanum , i. e. in nihilum abeat , i.e. non ſit verum.   10 Aëra.   11 Tu non prohibitus , quin revertaris , i. e. utinam nullius mulieris amore retentus , ne velis abeſſe. *Liber* enim *revertendi* dicitur , qui libertatem habet. Senſus ergo eſt : Ne procul à me libenter vivas , quandocunque dabitur facultas liberè revertendi in patriam.   12 In patriam redire contemnas.   13 Fuit enim Penelope filia Icarii , fratris Tyndari , Polycaſta ejus mater.   14 Sc. tuo , à te derelicto , & in quo ſum tanquam vidua.   15 Incuſat.   16 Nimis longas moras meas , quæ tam diu exſpectem.   17 Non alterius conjux.   18 A poſteris volo à conſtantiâ conjugii laudari.   19 Decet.   20 Meo vehementi erga te amore.   21 Pudicæ filiæ , quæ viri thalamum cuſtodit.   22 Vincitur.   23 Minuit impetum animi , & paternum jus quod habet in filiam : quia quando videt me tam eſſe amantem tui , minus poſteà inſtat , ut nubam alii.   24 Ordo eſt : Proci Dulychii , & quos , &c. ruunt in me.   25 Procreavit.   26 Eminens.   27 Multitudo : quia erant quam plurimi : nam ex Dulychio duos & quinquaginta procos veniſſe ſcribit Homerus , ex Samo viginti quatuor , ex Zacyntho viginti.   28 Concurſu , & quaſi impetu facto in tuam regiam confluunt.   29 Libidinis plena & petulans.   30 Proci ſunt , qui perſeverantur & inſtanter aliquam uxorem petunt. Procari enim eſt importunè & perſeveranter petere.   31 Domo , regiâ.   32 Quæ ſunt mihi charæ tanquam viſcera mea.   33 Diſſipantur ab ipſis.   34 Polyctoris filium.   35 Obſcœnum.

Eurymachique [1] *avidas, Antinoique manus,*
Atque alios referam, quos omnes [2] *turpiter abſens*
Ipſe tuo [3] *partis* [4] *ſanguine* [5] *rebus alis?*
[6] *Irus* [7] *egens, pecoriſque* [8] *Melanthius actor* [9] *edendi,*
[10] *Ultimus accedunt in tua damna pudor.*
[11] *Tres ſumus imbelles numero; ſine viribus uxor,*
[12] *Laërteſque ſenex, Telemachuſque* [13] *puer.*
[14] *Ille per* [15] *inſidias* [16] *pæne eſt mihi nuper* [17] *ademtus;*
Dum parat invitis [18] *omnibus ire Pylon.*
[19] *Dî precor hoc jubeant, ut* [20] *euntibus ordine fatis,*
[21] *Ille meos* [22] *oculos* [23] *comprimat, ille tuos.*
[24] *Hoc faciunt* [25] *cuſtoſque boûm longævaque* [26] *nutrix:*
[27] *Tertius, immundæ cura* [27] *fidelis* [28] *haræ.*
Sed neque Laërtes, [29] *ut* [30] *qui ſit inutilis armis,*
[31] *Hoſtibus in mediis regna* [32] *tenere valet.*
Telemacho veniet (vivat [33] *modo)* [34] *fortior* [35] *ætas:*

1 Avaras, & ad rapiendum paratas. 2 Summo tuo dedecore; nam turpe eſt, pati res ſuas dilabi. 3 Acquiſitis, 4 Summo labore: quia eas in bello & multis periculis acquiſiviſti. 5 Divitiis. 6 Ordo eſt: Irus egens, & Melanthius autor pecoris edendi, accedunt in tua damna, *exiſtentes* ultimus pudor. Irus ab Homero publicus fuiſſe mendicus dicitur apud Ithacenſes. 7 Procus ille famelicus, & omnium egenus. 8 Dorili filium. 9 Devorandi: nam cum procis Ulyſſis armenta devorabat. 10 Summus: nam nihil indignius, quam ſanguine parta à talibus liguriri. 11 Occurrit objectioni, ut ſatisfaciat Ulyſſi, à quo poterat increpari, cur illos domi eſſe ſineret, eoſque non profligaret. Quod purgat ex tribus, qui ſunt, eos imbelles eſſe omnes, patrem propter ſenium, & filium propter imbelles annos. Ordo eſt: Nos ſumus tres numero imbelles, i. e. non apti bello, & viribus debiles. 12 Pater tuus. 13 Vel filius, vel ætatis puerilis & teneræ. 14 Telemachus. 15 Per dolos. 16 Ferè. 17 Ereptus. 18 Contra voluntatem omnium. 19 Optat Penelope, ut Telemachus ſit ſuperſtes ſibi & Ulyſſi. Ordo eſt: Precor ut Dii jubeant, i. e. velint. 20 Ut prior natu prius moriatur, qui ordo fatalis eſt, ordinemque ſervat: qui verò minor eſt natu, & prior moritur, is fati ordinem fregiſſe dicitur. 21 Telemachus. 22 Solebant enim genere propinquiores morientibus oculos claudere, qui morte latè aperiuntur. 23 Claudat. 24 Hoc idem precantur. 25 Bubulcus noſter, qui Philætius appellabatur. Habebat enim Ulyſſes magnam partem proventuum ex armentis & gregibus. 26 Longæ ætatis nutrix, ſc. tua: hæc Euryclia dicebatur, Piſenoris filia. 27 Fidelis cuſtos. 28 Sordidorum porcorum, i. e. ſubulcus: is Eumæus vocabatur. Hara proprie ſignificat porcorum ſtabulum. 29 Tanquam, ſc. is. 30 Qui per ætatem non ſit aptus. 31 Inter tot procos. 32 Defendere, vel gubernare. 33 Solummodo. 34 Ad tractanda arma, & ad regna gubernanda conveniens. 35 Puerilis.

Nunc

[1] Nunc erat [2] auxiliis illa [3] tuenda patris.
Nec mihi ſunt vires [4] inimicos [5] pellere [6] tectis.
[7] Tu [8] citius venias, [9] portus & ara [10] tuis.
Eſt tibi, [11] ſitque precor, [12] natus; qui [13] mollibus annis
In [14] patrias artes [15] erudiendus erat.
[16] Reſpice [17] Laërten, ut [18] jam ſua lumina [19] condas:
Extremum [20] fati ſuſtinet ille diem.
Certe ego, quæ fueram te [21] diſcedente puella,
[22] Protinus [23] ut [24] redeas, facta videbor anus.

1 In pueritiâ. 2 Id eſt tuis: cum ipſe per ætatem nec cogitare, nec agere ſciat, quæ utilia ſunt. 3 Adjuvanda. 4 Qui tua bona dilacerant. 5 Ad pellendum 6 Domo. 7 Sc. ergo tu venias. 8 Citò. 9 Salus & requies. Metaphora ſumpta à navigantibus, quibus nihil magis optatur, quam venti ſecundi, & portus. 10 Patri, filio, & mihi. 11 Diu vivat. 12 Filius Telemachus. 13 Teneris, puerilibus. 14 Paternas artes, i. e. ad arma tractanda. 15 Inſtituendus. 16 Verbum eſt miſericordiæ. 17 Patrem tuum, i. e. ſi non movet te filius puer, moveat te pater propediem moriturus: qui exſpectat, ut ei mortuo oculos claudas, quod pietatis officium patri à filio præſtari decet. 18 Statim. 19 Claudas. 20 Mortis. 21 Ad bellum Trojanum properante. 22 Citò. 23 Quamvis. 24 Revertaris poſt annum vigeſimum, ex quo diſceſſiſti.

EPISTOLA II.

ARGUMENTUM.

Demophoon, Theſei & Phædræ filius, à bello Trojano in patriam rediens, maris tempeſtatibus in Thraciam delatus, à Phyllide, Lycurgi & Cruſtumenæ filiâ, quæ tunc Thraciæ imperabat, hoſpitio & lecto benignè ſuſceptus eſt: & cùm aliquamdiu ſecum fuiſſet, auditâ morte Mneſthei, qui poſt ejectum ex urbe Athenis patrem Theſea imperium occupaverat, regni cupiditate captus, Phyllidi fide datâ ſe intrà menſem rediturum, fingens ſe ad res ſuas componendas ire, reſarcitis navibus, Athenas petiit, neque de reditu curavit. Quatuor itaque exactis menſibus, Phyllis epiſtolam hanc ſcripſit, in quâ ſuadet, ut beneficiorum memor, ſervatis ſponſionibus, in fide perſiſtat. Quod ſi negligat, violatum pudorem crudeli morte ſe compenſaturam minatur.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

[1] *Hoſpita, Demophoon, tua te [2] Rhodopeïa Phyllis*
Ultra [3] promiſſum tempus, abeſſe [4] queror.
[5] *Cornua cum [6] Lunæ pleno ſemel [7] orbe coïſſent,*
Littoribus [8] noſtris [9] anchora [10] pacta tua eſt.
[11] *Luna quater latuit; toto quater orbe [12] recrevit;*
[13] *Nec vehit [14] Actæas [15] Sithonis unda naves.*
Tempora ſi numeres, bene quæ numeramus amantes;
Non venit [16] ante ſuum noſtra [17] querela diem.

1 Quæ te indigum, & errantem, hoſpitio exceptum, tot beneficiis affeci. Ordo eſt: O Demophoon, ego Phyllis Rhodopeïa, hoſpita tua, queror te abeſſe, &c. 2 Thracia. Rhodope enim Thraciæ mons eſt, ita dictus à Rhodope muliere in eum converſâ, cùm Deos immortales contemneret. 3 Mihi à te. i. quòd intrà menſem, ut promiſiſti, non redieris. 4 Summâ querelâ te accuſo. 5 Dicit ſpatium temporis ſibi promiſſi, ſc. ſpatium unius menſis, quod per lunam ſignificavit. 6 Cum luna ſemel eſſet facta plena: tunc enim extremitates lunæ, quæ ob ſimilitudinem cornua dicuntur, coëunt. i. e. conjunguntur, & ſe tangunt. 7 Pleno circulo ipſius lunæ. 8 Thraciis, ubi ego habito. 9 Navis: inſtrumentum navis pro ipsâ navi poſuit. 10 Promiſſa à te. 11 Quartus jam menſis exactus eſt, & tu non rediiſti. 12 Iterum crevit, & plena facta eſt. 13 Nec promiſſum tuum perficitur, quia navis tua non venit ad nos. 14 Id eſt, tuas. i. Athenienſes. Nam Attica regio etiam Acte dicta eſt, vel quòd illa pars maximè ad mare eſt extenta & anguſta; nam ἀκτή Græcè littus dicitur: vel ab Actæone. 15 Sithonia, i. e. Thracenſis, i. e. mare noſtrum Thracium. Sithon verò mons Thraciæ eſt. 16 Ante tempus debitum. 17 Lamentatio de tua abſentia & mora.

Spes

[1] *Spes quoque* [2] *lenta fuit.* [3] *tarde, quæ credita* [4] *lædunt,*
Credimus: invita nunc me [5] *amante nocent.*
Sæpe fui [6] *mendax pro te mihi; ſæpe* [7] *putavi*
[8] *Alba* [9] *procelloſos vela* [10] *referre* [11] *notos.*
[12] *Theſea* [13] *devovi, quia te dimittere nollet;*
Nec [14] *tenuit* [15] *curſus forſitan ille tuos.*
Interdum timui, nec dum [16] *vada tendis ad* [17] *Hebri;*
Merſa [18] *foret* [19] *cana* [20] *naufraga* [21] *puppis aqua.*
[22] *Sæpe deos ſupplex, ut tu* [23] *ſcelerate valeres,*
Sum prece thuricremis devenerata focis.
Sæpe videns ventos cœlo pelagoque faventes,
Ipſa mihi dixi; Si [24] *valet, ille venit.*
Denique fidus [25] *amor,* [26] *quicquid properantibus obſtat,*
Finxit; & ad [27] *cauſas ingenioſa fui.*
At tu lentus abes, nec te [28] *jurata reducunt*
[28] *Numina; nec* [29] *noſtro motus amore redis.*
Demophoon, ventis & [30] *verba, & vela dediſti.*

1 Sicut querela mea de abſentia tua fuit ſera & lenta, ita etiam ſpes fuit lenta: quia tardè ſperavi ea mihi eventura, quæ nunc cum damno meo mihi evenerunt. Spes autem hic pro metu accipitur: ergo ſpes, i. e. timor, ne redires. 2 Sera: quia ſi citius timuiſſem, potui non decipi. 3 Quæ diutiùs exſpectata non veniunt. 4 Exſpectantem torquint. 5 Mihi amanti invitæ: vel nocent, ſc. mihi, me invitâ, i. e. cùm non poſſim reſiſtere, aut providere. Senſus eſt: ego credo nunc ea. quæ nocent mihi, quia ſerò credidi, ſc. te nunquam reverſurum. 6 Tui causâ ſæpè multis mentita ſum, te brevi reverſurum. 7 Credidi. 8 Quia ut plurimum alba fiunt. 9 Impetuoſos & violentos. Eſt enim procella vis ventorum cum pluvia: ſic dicta, quòd omnia percellat, i. e. concutiat. 10 In patriam reducere. 11 Speciem pro genere poſuit, i. e. notos, ventos meridionales, qui & Auſtri dicuntur, pro omnibus ventis. 12 Patrem tuum, tanquam tuæ moræ & abſentiæ cauſam. 13 Execrata ſum, & maledixi: nam devovêre, eſt malis votis & imprecationibus aliquem deteſtari. 14 Impedit. 15 Iter tuum, navigationem tuam. Virg. *huc curſus fuit.* 16 Ad aquas. 17 Thraciæ fluvii. 18 Fuiſſet. 19 Albâ propter ſpumam, quæ fit, cùm aqua à ventis maximè movetur. 20 Periclitata, naufragium paſſa. 21 Navis. pars pro toto. Synecdoche. 22 Ordo eſt: Ego ſæpè ſupplex ſum devenerata Deos prece, *focis thuricremis.* apud, i. e. aras, ubi thura cremantur. 23 Ut te perfidum Dii incolumem ſervarent. 24 Demophoon meus non decipit me, ſed navigat ad me, ſi eſt incolumis. 25 Ego quæ fideliter te amo, finxi omnes cauſas poſſe te impedire, quæ impedire ſolent omnes paratos iter aliquod ſuſcipere. 26 Omne quod impedit paratos, & jam accinctos ad aliquod iter. 27 Ad excuſationes tuæ moræ. 28 A te ſc., i. e. Dii, quos jurejurando in teſtimonium citaſti. 29 Vel meo erga te, vel tuo erga me. 30 Dare verba ventis, eſt verba in vanum fundere.

Vela queror reditu, verba carere fide.
Dic mihi [1] *quid feci; niſi non* [2] *ſapienter amavi?*
[3] *Crimine te potui demeruiſſe meo.*
Unum in me ſcelus eſt; quod te, ſcelerate, recepi.
Sed ſcelus hoc [4] *meriti* [5] *pondus &* [6] *inſtar habet.*
[7] *Jura, fides, ubi nunc,* [8] *commiſſaque dextera dextræ?*
Quique erat in falſo plurimus ore [9] *Deus?*
[10] *Promiſſus* [11] *ſocios ubi nunc* [12] *Hymenæus in* [11] *annos,*
Qui mihi conjugii [13] *ſponſor &* [14] *obſes erat?*
[15] *Per mare, quod totum ventis* [16] *agitatur & undis;*
Per quod ſæpe ieras, per quod iturus eras:
Perque [17] *tuum mihi juraſti, (niſi fictus & ille eſt)*
[18] *Concita qui ventis æquora* [19] *mulcet, avum:*
Per Venerem, nimiumque [20] *mihi facientia* [21] *tela,*
Altera tela [22] *arcus, altera tela* [22] *faces:*
[23] *Junonemque,* [24] *toris quæ* [25] *præſidet alma* [24] *maritis,*
Et per [26] *tædiferæ* [27] *myſtica ſacra* [26] *Deæ.*
Si de tot [28] *læſis ſua numina quiſque Deorum*
Vindicet; in pœnas [29] *non ſatis* [30] *unus eris.*

1 Quid peccavi? Undè ſequitur facinus. 2 Nimium amori indulſi, nimis citò properavi ad amorem tuum, quod non eſt ſapientis: ergo in hoc ſolo peccavi. 3 Mea amoris ſimplicitas debuit te mihi conciliare, & obligare. 4 Maximi beneficii. 5 Momentum, & valorem. 6 Similitudinem. 7 Conjugii, quæ inviolabiliter ſunt ſervanda. 8 Conjuncta: dextræ enim conjunctio ad fidei confirmationem fiebat; erat enim fidei dicata, ſicut genu miſericordiæ. 9 Dii, qui erant plurimi. 10 A te. 11 In vitam noſtram ſemper conjunctam & ſocialem, qualis debet eſſe vita conjugalis. 12 Bacchi & Veneris filius, nuptiarum Deus. 13 Qui nomen pro te dedit, ut ratum eſſet conjugium. 14 Pignus & fides dati nominis. 15 Tu juraſti mihi per mare, &c. 16 Commovetur, turbatur. 17 Neptunum. Hic enim Theſei pater creditus fuit. 18 Commota. 19 Placat. Virg. *Et mulcêre dedit fluctus, & tollere ventos* 20 Quæ me maximè infeſtant. 21 Amoris arma. 22 Tela ſunt Cupidinis. 23 Per Junonem. 24 Lectis conjugalibus. 25 Præeſt. 26 Cereris, ferentis tædas, i. e. faces. Nam cum Proſerpinam filiam à Plutone raptam nondum ſciret, ut eam non ſolum die, ſed etiam nocte quæreret, in Ætnâ, monte Siciliæ, pineas faces accendit, quæ ſibi lumen nocte præberent. 27 Nocturna, & occulta: nam μύω Græcè ſignificat claudo: indè *myſtica*, & *myſteria* dicuntur, quæ ſunt clauſa & ſecreta, qualia erant ſacra Cereris, quæ non niſi ſacerdotibus patebant. 28 Sc. Diis, quos tuâ perfidiâ læſiſti. 29 Non eris ſufficiens ad pœnas: quia cùm innumerabiles Deos læſeris, te tot corpora ad pœnas habere oporteret. 30 Tu ſolus.

At [1] *laceras etiam puppes* [2] *furioſa* [3] *refeci :*
[4] *Ut, qua deſererer,* [5] *firma* [6] *carina foret.*
[7] *Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.*
Heu patior telis [8] *vulnera facta meis !*
Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis :
Credidimus [9] *generi, nominibuſque tuis :*
Credidimus lacrymis. an & [10] *hæ ſimulare* [11] *docentur ?*
Hæ quoque habent [12] *artes,* [13] *quaque jubentur,* [14] *eunt ?*
[15] *Dîs quoque credidimus. quo* [16] *jam tot* [17] *pignora* [16] *nobis ?*
Parte ſatis potui [18] *qualibet* [19] *inde* [20] *capi.*
[21] *Nec moveor, quod te juvi* [22] *portuque* [23] *locoque.*
Debuit hoc [24] *meriti ſumma* [25] *fuiſſe mei.*
[26] *Turpiter hoſpitium* [27] *lecto cumulaſſe* [27] *jugali*
Pœnitet, & lateri [28] *conſeruiſſe latus.*
Quæ fuit ante [29] *illam,* [30] *mallem* [31] *ſuprema fuiſſet*
Nox mihi; dum potui Phyllis [32] *honeſta mori.*
Speravi melius, quia me meruiſſe putavi.
[33] *Quæcumque ex merito ſpes venit, æqua venit.*
Fallere [34] *credentem non eſt* [35] *operoſa puellam*
Gloria. [36] *Simplicitas digna* [37] *favore fuit.*
Sum decepta tuis & [38] *amans &* [39] *fœmina verbis.*

1 Ventis & undis convulſam claſſem. 2 Inſana. 3 Refeci. 4 Q. d. ut tibi præſtarem operam contrà me. 5 Valida contrà impetum ventorum & fluctuum. 6 Tua. 7 Remiges, i. e. nautas. 8 Calamitates patior, quas meo errore mihi peperi. 9 Nobilitati tuæ domus, ex quâ non potui mihi perſuadêre virum perfidum poſſe naſci. 10 Etiam ſicut tu. 11 Diſcunt oſtendere exteriùs falſos animi affectus, ſicut verbis ſimulaſti, quod non habebas in pectore. 12 Dolos, fallacias. 13 In quamcumque vis partem. 14 Fluunt. 15 Per quos juraſti. 16 Sc. opus erant 17 Tui reditus teſtimonia & affirmationes. 18 Uno ex his pignoribus me decipere potuiſſes, ut te rediturum credidiſſem. 19 Ex his ſupradictis. 20 Decipi. 21 Nec iraſcor, aut pœnitet me. 22 In quo conquaſſata claſſis recepta eſt. 23 In regno, vel hoſpitio urbis, & domus meæ. 24 Beneficii, i. e. non debui facere majus beneficium, quam recipere te portu & hoſpitio : ſed plus feci. 25 Finis, & terminus. 26 Pœnitet me poſt datum tibi hoſpitium addidiſſe etiam lecti mei ſocietatem, & tecum me copulatam fuiſſe, & concubuiſſe. 27 Per amorum laſciviam hoſpitalitatem auxiſſe. 28 Conjunxiſſe. 29 Quâ tecum conjuncta fui. 30 Optarem. 31 Ultima, i. e. mortua fuiſſem. 32 Pudica. 33 Q. d. Æquum eſt eum benè ſperare, qui de aliquo benè meruit. 34 Simplicem. 35 Parta per difficultates & labores, i. e. non eſt difficile. 36 Credulitas mea. 37 Meruit potius laudem, quam fraudem & reprehenſionem. 38 Sc. ego: nam *credula res amor eſt.* 39 Quæ etiam facile credit.

Dî faciant, laudis [1] *ſumma ſit iſta tuæ.*
[2] *Inter &* [3] *Ægidas media ſtatuaris in* [4] *urbe:*
[5] *Magnificus titulis* [6] *ſtet* [7] *pater ante* [8] *ſuis.*
Cum fuerit [9] *Scyron lectus,* [10] *torvuſque* [11] *Procruſtes,*
Et [12] *Sinis, & tauri* [13] *miſtaque forma viri;*
Et domito bello Thebæ, [14] *fuſique* [15] *bimembres,*
[16] *Et* [17] *pulſata nigri regia* [18] *cæca* [19] *Dei:*
[20] *Hoc tua poſt* [21] *illos* [20] *titulo ſignetur* [22] *imago:*
[23] *Hic eſt, cujus amans hoſpita capta dolo eſt.*
[24] *De tanta rerum turba, factiſque* [25] *parentis,*
[26] *Sedit in* [27] *ingenio* [28] *Creſſa* [29] *relicta tuo.*
Quod ſolum excuſat, ſolum [30] *miraris in illo.*
[31] *Hæredem* [32] *patriæ, perfide,* [32] *fraudis agis.*
[33] *Illa (nec invideo) fruitur* [34] *meliore* [35] *marito;*
Inque [36] *capiſtratis tigribus* [37] *alta ſedet.*

1 Si hoc tibi laudi ducis, utinam nihil aliud unquam facias, quod ſit laude dignum. 2 Sc. *Dii faciant*, ut *Statuaris*, i.e. colloceris, ſtatua tibi erigatur. 3 Inter fratres tuos, & patrem, qui ab Ægæo genus ducunt. Nam ſtatuæ illuſtrium virorum in publico proponebantur cum titulis rerum geſtarum. 4 In mediis Athenis. 5 Splendidus. 6 In ſtatuam erectus ſit. 7 Theſeus. 8 Rerum clararum, quas geſſit, quæ in vertice capitis ſtatuarum ſcribebantur: ex quibus aliquot enumerat. 9 Hic latro fuit, quem viatores ſpoliantem, Theſeus interfecit, & ſaxo præcipitavit. 10 Crudelis. 11 A προκρούω, i. e. impello. Hic viatorum corpora lecto imponebat, quæ, ſi erant longiora lecto, amputabat: ſin breviora, vi trahebat, & extendebat in parem longitudinem lecti: hunc Theſeus trucidavit. 12 Latro ſæviſſimus fuit, qui alligatos arboribus homines diſcerpebat in fruſta: hunc Theſeus etiam interfecit. 13 Minotaurus, quem Poëtæ fabulantur fuiſſe ſemihominem & ſemibovem. Is labyrintho incluſus, à Theſeo interfectus eſt. 14 Cæſi & fugati. 15 Centauros intelligit, Junonis & Ixionis filios, qui in nuptiis Pirithoi Hippodamiam rapere voluerunt: ortâ pugnâ, alii trucidati, alii in fugam acti ſunt à Theſeo, aliiſque. 16 Theſeus ad inferos, ut Proſerpinam raperet, deſcendit, Pirithoi amici gratiâ. Cerberus Pirithoum conſumpſit, Theſeum Hercules liberavit. 17 Per vim quandam intrata, & occupata à Theſeo. 18 Aula obſcura. 19 Plutonis, inferorum Dei. 20 Hac inſcriptione. 21 Titulos patris tui. 22 Statua tibi erecta. 23 Ordo eſt: hic eſt, ſc. ille Demophoon; cujus dolo amans hoſpita, ſc. Phyllis, eſt capta. i. e. decepta. 24 Q. d. De tot factis tui patris, remanſit tibi tantummodò memoria fraudis, quâ ille uſus in Ariadnen: non autem alicujus ex ſupradictis probitatibus parentis. 25 Patris tui Theſei. 26 Stetit, hæſit. 27 In animo tuo. 28 Ariadne Cretenſis, Minoïs filia. Creſſa à maſc. Cres, Cretis. 29 Deſerta à patre tuo. 30 Imitaris. 31 Es hæres. 32 Paternæ, non autem virtutis. 33 Ariadne. 34 Quam patre tuo, quia ille erat mortalis, Bacchus verò Deus. 35 Baccho. 36 Frenatis, i. e. curru Bacchi vehitur, qui à tygribus trahitur. 37 Excelſa.

At

At mea [1] *deſpecti fugiunt connubia Thraces,*
[2] *Quod* [3] *ferar* [4] *externum* [5] *præpoſuiſſe* [6] *meis.*
Atque [7] *aliquis, Doctas* [8] *jam nunc* [9] *eat, inquit,* [10] *Athenas:*
[11] *Armiferam* [12] *Thracen, qui regat,* [13] *alter erit.*
Exitus acta probat. careat [14] *ſucceſſibus opto,*
Quiſquis ab [15] *eventu facta* [16] *notanda putat.*
[17] *At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo,*
[18] *Jam mihi, jam dicar* [19] *conſuluiſſe meis.*
Sed [20] *neque conſului: nec te mea* [21] *regia* [22] *tanget,*
[23] *Feſſaque Biſtonia membra lavabis aqua.*
Illa meis [24] *oculis* [25] *ſpecies* [26] *abeuntis* [27] *inhæret,*
Cum premeret [28] *portus claſſis* [29] *itura meos.*
Auſus es amplecti; colloque [30] *infuſus* [31] *amantis*
[32] *Oſcula per longas jungere preſſa moras:*
[33] *Cumque tuis lacrymis, lacrymas* [34] *confundere noſtras;*
[35] *Quodque foret velis aura ſecunda queri:*
[36] *Et mihi diſcedens* [37] *ſuprema dicere* [37] *voce;*
Phylli, face expectes Demophoonta tuum.
Expectem, qui me nunquam viſurus abiſti?

1 Contempti à me tuâ causâ. 2 Quia. 3 Dicar. 4 Peregrinum & ignotum. 5 Sc. Connubio. 6 Thracibus. 7 Deridens me. 8 Omnium bonarum artium inventrices. 9 Phyllis. 10 Quas plus amavit, quam Thraciam: cùm maluit maritum Athenienſem, quam Thracem. 11 Bellicoſam. 12 Thraciam: à nom. Thrace. 13 Alius præter ipſam Phyllida. 14 Proſperitatibus. 15 A caſu, non à fine, qui poteſt venire mihi melior. 15 Judicanda & probanda. 17 Si ad nos navigaveris, ac reverſus fueris, nam navigando & movendo remos, æquora ſpumam movent. 18 Tandem. 19 Sapienter providiſſe mihi, accipiendo te maritum, qui meos regeres: & ita exitus probabit, acta mea non fuiſſe mala. 20 Quia non reverteris. 21 Quam tibi tradideram. 21 Movet. 23 Subintelligenda eſt negatio, *neque lavabis membra*, &c. i. e. non venies in Thraciam, neque lavabis aliquando membra tua fatigata aquâ Threïciâ. Nam Biſtonium Thraciæ lacus eſt. Solebant autem peregre venientes, cùm primùm lares attingerent, ſe lavare. 24 Videor nunc habere antè oculos, quomodo à me diſceſſiſti. 25 Imago, figura. 26 Sc. tui, à me diſcedentis. 27 Verſatur, infixa eſt. 28 Eſſet in portu, meo, i. e. cum nondum oram ſolviſſes. 29 Abitura. 30 Circumdatus. 31 Meæ Phyllidis. 32 Preſſe infixa, qualia ſolent eſſe oſcula amantium. 33 Sc. auſus es. 34 Commiſcère. 35 Auſus es queri, quod haberes ventum ſecundum, & tibi faventem: quia potius voluiſſes habere adverſum, ut eſſet tibi juſta cauſa remanendi. 36 Ordo eſt: Et tu diſcedens, auſus es dicere. 37 Ultimis verbis tuis, quia poſteà non dixiſti aliud verbum.

Ex-

Expectum pelago vela [1] *negata meo?*
Et tamen expecto. redeas [2] *modo ſerus amanti:*
[3] *Ut tua ſit ſolo* [4] *tempore* [5] *lapſa* [6] *fides.*
[7] *Quid precor infelix? jam te tenet altera conjux*
Forſitan, & nobis qui male [8] *favit,* [9] *amor.*
[10] *Utque tibi* [11] *excidimus, nullam,* [12] *puto, Phyllida noſti.*
Hei mihi! [13] *ſi quæ ſim Phyllis, &* [14] *unde, rogas.*
[15] *Quæ tibi, Demophoon, longis* [16] *erroribus acto*
Threïcios portus, hoſpitiumque dedi.
[17] *Cujus* [18] *opes* [19] *auxere* [20] *meæ:* [21] *cui dives egenti*
Munera multa dedi, multa datura fui.
Quæ tibi [22] *ſubjeci latiſſima* [23] *regna Lycurgi,*
Nomine fœmineo vix [24] *ſatis apta regi:*
[25] *Qua* [26] *patet* [27] *umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmum,*
Et [28] *ſacer* [29] *admiſſas* [30] *exigit Hebrus aquas.*
[31] *Cui mea virginitas avibus* [32] *libata* [33] *ſiniſtris,*
[34] *Caſtaque* [35] *fallaci* [36] *zona* [37] *recincta manu.*

1 A te, i. e. qui vela tua nunquam vis amplius redire in meum mare. 2 Tantummodò: q. d. etiam ſerus, i. e. tardus: quia melius eſt ſerò, quam nunquam. 3 Ut videaris defeciſſe in fide per aliquod tempus, & non per omne. 4 Et non voluntate tuâ, aut etiam facto. 5 Defecerit. 6 Quam mihi dediſti de reditu tuo. 7 Q. d. fruſtra precor. 8 Qui fuit nobis adverſus. 9 Alterius puellæ benevolentia. 10 Poſtquam. 11 Ex memoriâ tuâ elapſæ ſumus. 12 Nullam ſimilem Phyllidis. 13 Si quæris, tanquam me nunquam cognoviſſes. 14 Ex quo loco, cujus filia. 15 Nunc dicit, quæ ſit. Ordo eſt: O Demophoon, ego ſum illa Phyllis, quæ dedi tibi acto, i. e. ad noſtras oras impulſo, poſt longa exilia. 16 Vagationibus per mare. 17 Demophoontis. 18 Facultates, divitias. 19 Majores fecerunt. 20 Sc. opes. 21 Demophoonti. 22 In poteſtatem tuam dedi. 23 In quibus regnavit pater meus Lycurgus. Hic enim fuit rex Thraciæ: fuit & alter Lacedæmonius, qui ſuis civibus leges ſaluberrimas tulit. 24 Quia hæc regna habent viros bellicoſos, & feroces, qui vix poſſunt ferre muliebre imperium. 25 Deſcribit ambitum regnorum Thraciæ, quæ ſubjecit. Ordo eſt: quæ ſubjeci tibi regna Lycurgi, quâ, ſc. parte, Rhodope patet ad Hæmum glacialem, & Hebrus ſacer, &c. Rhodope & Hæmus montes ſunt Thraciæ. 26 Extenditur. 27 Altum, vel arboribus plenum. 28 Quia omnes fluvii ſacri dicebantur. 29 Celeres. 30 Emittit, ſc. in mare. 31 Demophoonti, pro, à quo Demophoonte. 32 Primum violata: cui meæ virginitatis primitias dicavi. 33 Adverſis auſpiciis. Veteres enim omnia auſpicatò faciebant, & præcipue matrimonia. 34 Mei caſtæ. 35 Tui fallacis. 36 Cingulum, quod ex lana ovis fiebat, quo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſolvebat. 37 Soluta, diſcincta.

Pronuba

[1] Pronuba [2] Tiſiphone thalamis [3] ululavit in illis,
Et cecinit [4] mœſtum [5] devia carmen [6] avis.
Adfuit [7] Alecto [8] brevibus [9] torquata [10] colubris;
Suntque ſepulcrali [11] lumina mota [12] face.
[13] Mœſta [14] tamen ſcopulos [15] fruticoſaque littora [16] calco,
[17] Quaque [18] patent oculis æquora lata meis.
Sive [19] die [20] laxatur humus, ſeu [21] frigida lucent
Sidera; [22] proſpicio quis freta ventus [23] agat.
[24] Et quæcunque [25] procul venientia [26] lintea vidi,
[27] Protinus illa meos [28] auguror eſſe Deos.
In freta [29] procurro, [30] vix me retinentibus undis,
Mobile qua [31] primas porrigit æquor aquas.
[32] Quo magis [33] accedunt, [34] minus & minus utilis [35] aſto:
[36] Linquor, & ancillis [37] excipienda cado.
[38] Eſt [39] ſinus adductos [40] modice [41] falcatus in [42] arcus,

1 Loco Junonis, quæ conjugiis præeſſe ſolet, adfuerunt Furiæ. Pronuba dicitur, quæ nubentibus præeſt. 2 Una Furiarum (quæ tres ſunt, Alecto, Tiſiphone, & Megæra) dicta à τίω, punio, & Φόνος, cædes. Alecto ab ἀ priv. & λήγω, deſino, quòd nunquam deſinat noxia eſſe hominibus. Megæra, à μεγαίρω, invideo, quòd quieti hominum invideat. 3 Non cecinit, ſed feralem vocem Hymenæi loco protulit. 4 Triſte, exitiale, non epithalamium. 5 Quia à cœtu aliarum volucium ſolet fugere. 6 Bubo: cujus querula vox malum omen ſignificat. 7 Alia ex Furiis, de qua paulò antè. 8 Ideò ſævioribus: nam breviores ſerpentes ſunt ſæviores. 9 Circumdata, & quaſi pro torque cincta. 10 Viperis. 11 Ignes mearum tædarum nuptialium. 12 Face, quæ pro mortuo erat accenſa. In nuptiis malum omen habebatur, ſi faces, quæ pro mortuis erant accenſæ, deferebantur pro nuptialibus. 13 Triſtis. 14 Nam novies iviſſe dicitur. 15 Plena fruticibus, dumoſa. 16 Premo corpore meo. 17 Quâ parte. 18 Aſpiciuntur à nobis. 19 Solis ardore. 20 Aperitur: nam terra die propter temperiem vel calorem magis laxatur. 21 Propter noctem, quæ frigida eſt; aut lunam intellexit, quam frigidam eſſe conſtat. 22 Obſervo. 23 Impellat maria, & ſpiret. 24 Quamcunque video navem venientem, ſtatim exiſtimo illam eſſe tuam. 25 Longè. 26 Vela, dicta à lino, quòd ex eo fiant. 27 Statim exiſtimo, & quaſi certo augurio credo. 28 Maris numina mihi propitia, quæ te in Thraciam reducent. 29 Ad maritimas oras propero, quando video vela, quæ credo eſſe tua. 30 Propter nimium tui videndi deſiderium. 31 Magis propinquas terræ: nam ſunt primæ, ex terrâ euntibus in ipſas. 32 Quantò. 33 Ad me, i. e. propriores fiunt obſervatæ naves 34 Quaſi defecta ſpiritu, & languida. 35 Sto & ſum. 36 Deficio. 37 Erigenda ab ancillis. 38 Deſcribit locum, unde dicit conſtituiſſe ſe præcipitare. 39 Flexus maris. 40 Senſim. 41 Curvatus: tractum à falce, quæ eſt curva. 42 In ſimilitudine arcuum tenſorum.

Ultima

[1] Ultima [2] prærupta cornua mole [3] rigent.
[4] Hinc mihi ſuppoſitas [5] immittere corpus in undas
[6] Mens fuit ; [7] &, quoniam fallere [8] pergis, erit.
Ad [9] tua me fluctus [10] projectam littora portent,
[11] Occurramque oculis [12] intumulata tuis.
[13] Duritia ferrum [14] ut ſuperes, [15] adamantaque, [16] teque ;
Non [17] tibi [18] ſic, dices Phylli, ſequendus eram.
Sæpe venenorum [19] ſitis eſt mihi : ſæpe [20] cruenta
[21] Trajectam gladio morte perire [22] juvat.
[23] Colla quoque, infidis quia ſe [24] nectenda [25] lacertis
Præbuerunt, [26] laqueis implicuiſſe libet.
[27] Stat nece [28] matura tenerum [29] penſare [30] pudorem :
In necis [31] electu [32] parva futura mora eſt.
[33] Inſcribêre meo [34] cauſa [35] invidioſa ſepulcro :
Aut [36] hoc, aut [37] ſimili [38] carmine [39] notus eris.
[40] Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amantem :
[41] Ille neci [42] cauſam præbuit, [43] ipſa [44] manum.

1 Extremæ partes illius ſinus, quæ ſunt inſtar cornuum. 2 Ingenti rupe. 3 Sunt aſpera. 4 Ex illa mole alta. 5 Præcipitare. 6 Voluntas, i. e. conſtitui. 7 Hinc me præcipitabo. 8 Perſeveras. 9 Athenienſia. 10 In mare præcipitatam. 11 Utinam appaream. 12 Inſepulta. 13 Sis durior. 14 Quàmvis. 15 Lapidem tantæ duritiæ, ut nullà refrangi poſſit, niſi ſanguine hircino. 16 Qui inexorabilis es. 17 A te. 18 Mortua. 19 Appetitus. 20 Sanguinolentâ. 21 Transfoſſam, i. e interdum me gladio trajicere cogito. 22 Libet. 23 Ordo eſt : Juvat etiam implicuiſſe, pro implicare, i. e. involvere, ligare. 24 Amplectanda. 25 Sc. tuis. Volo igitur, ut quemadmodum meum collum peccavit, patiendo ſe circumdari tuis brachiis, ita ferat pœnam, patiendo laqueum. 26 Fune. 27 Certum eſt, propoſui : ut, *Stat caſus renovare omnes.* 28 Subitâ morte, quia non poſſum recompenſare eum niſi per mortem. 29 Compenſare, & emendare. 30 Caſtitatem, quam mihi eripuiſti. 31 Electione, i. e. confeſtim mihi ex tot læti generibus unum deligam. 32 Breve temporis ſpatium. 33 Palam ſcriberis, & intitulaberis. 34 Autor. 35 Odioſa, quia omnes deteſtabuntur factum tuum. 36 Quod ego nunc ſubdo. 37 Ejuſdem ſententiæ. 38 Epitaphio, inſcriptione. 39 Erit cognitum factum tuum. 40 Ordo eſt: Demophoon hoſpes, i. e. qui à me hoſpitio exceptus eſt, dedit letho, i. e. coëgit mori, loco remunerationis. 41 Demophoon. 42 Quia decepit eam, & dereliquit. 43 Phyllis. 44 Ad necem ſuam, quia ſe interficere ab eo coacta eſt.

EPISTOLA III.

ARGUMENTUM.

Poſtquam Græci Phrygiam appulerunt, urbes Trojæ finitimas, hoſtili more cæperunt depopulari. Inter quos Achilles, Pelei & Thetidis filius, utramque Ciliciam, & Thebanam, atque Lyrneſiam invaſit. Expugnato itaque Chryneſio oppido, duas inſignes ſecum virgines abduxit, Aſtynomen, Chryſæ ſacerdotis Smynthei Apollinis filiam, & Hippodamiam Briſæ natam, quæ deinde à paternis nominibus fuerunt cognominatæ. Chryſen autem Agamemnoni, Græcorum principi conceſſit, & Briſeïda ſibi reſervavit. Sed cùm jam Deorum juſſu cogeretur Agamemnon Chryſen patri reſtituere, Briſeïda Achilli ſurripuit. Quamobrem indignatus Achilles diu à bello abſtinuit, nec ullius ſuaſione vel precibus ad arma adverſus Trojanos ſumenda animari potuit: nec poſteà Briſeïda accipere curavit, quamvis illi Agamemnon cum maximis muneribus ultrò miſiſſet. Quare Briſeïs ad eum hanc epiſtolam mittit, in quâ conqueritur de nimiâ ejus irâ, rogatque, ut ſumat arma adverſus Trojanos, dummodò eam priùs ab Agamemnone ultrò oblatam recipiat.

BRISEIS ACHILLI.

Quam legis, [1] à [2] rapta Briſëide [3] littera venit,
Vix bene barbarica [4] Græca notata [5] manu.
Quaſcumque aſpicies, lacrymæ fecere, [6] lituras;
Sed tamen & [7] lacrymæ [8] pondera vocis habent.
Si mihi pauca queri de te [9] dominoque [10] viroque
[11] Fas eſt; de domino pauca viroque querar.
[12] Non, ego poſcenti quod ſum cito tradita Regi,
Culpa tua eſt: [13] quamvis hoc quoque culpa tua eſt.
Nam [14] ſimul [15] Euribates [16] me [15] Talthybiuſque vocarunt;
Eurybati data ſum Talthybioque [17] comes.

1 Ab Hippodamiâ Briſæ filiâ, ab Agamemnone jam raptâ. 2 Olim à te ex Lyrneſo. 3 Epiſtola. 4 Vix literis Græcis ſcripta. 5 Mei Briſeïdis Barbaræ. 6 Maculas, à linendo dictas, i. e. quicquid in hac epiſtolâ deletum eſt. 7 Quibus fœdatam aſpicies epiſtolam meam. 8 Vim elocutionis, & ſi ipſas literas legere non poſſis, i. e. debent ſignificare animum meum, quaſi verbis exprimerem. 9 Quia jure belli ſum captiva & ſerva tua. 10 Quia me ſemel uxorem habere decreviſti. 11 Licet. 12 Prima querela. Ordo eſt: Non eſt tua culpa, quòd ego ſum tradita citò regi Agamemnoni, poſcenti, i. e. poſtulanti me ut ei traderer. 13 Non in eo, quòd tradiderit, ſed in eo, quòd citò tradiderit. 14 Poſtquam. 15 Hi Agamemnonis miniſtri fuerunt, quos ad Achillem miſit, ut ab eo ad ſe Briſeïda adducerent. 16 Ut traderet Agamemnoni. 17 Ut cum eis irem ad Agamemnonem.

[1] *Alter in alterius jactantes lumina vultum,*
Quærebant taciti, noſter ubi eſſet amor.
[2] *Differri potui.* [3] *pœnæ* [4] *mora grata fuiſſet.*
Hei mihi! diſcedens oſcula [5] *nulla dedi.*
At lacrymas ſine [6] *fine dedi,* [7] *rupique capillos.*
Infelix [8] *iterum ſum mihi viſa capi.*
Sæpe ego decepto volui cuſtode reverti;
Sed, me qui timidam prenderet, [9] *hoſtis erat.*
Si [10] *progreſſa forem, caperer ne forte timebam,*
[11] *Quamlibet ad Priami* [12] *munus itura nurum.*
Sed [13] *data ſim, quia* [14] *danda fui: tot noctibus abſum,*
Nec repetor. [15] *ceſſas, iraque* [16] *lenta tua eſt.*
Ipſe [17] *Menœtiades, tunc, cum tradebar, in* [18] *aurem,*
[19] *Quid fles?* [20] *hic parvo tempore, dixit, eris.*
[21] *Nec repetiſſe parum eſt: pugnas, ne reddar, Achille.*
I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te [22] *Telamone &* [23] *Amyntore nati;*
[24] *Ille gradu* [25] *propior ſanguinis,* [26] *ille comes:*
[27] *Laërtaque* [28] *ſatus; per quos comitata* [29] *redirem.*
[30] *Auxerunt blandæ grandia dona preces:*
[31] *Viginti fulvos* [32] *operoſo ex ære lebetas;*

1 Eurybates & Talthybius, jactantes lumina alter in vultum alterius, quærebant, i. e. aſpicientes ſe viciſſim, mihi dicebant, ſed admirantes, quòd tam citò eſſem à te tradita, inter ſe nutu quærebant, *ubi eſſet noſter amor*, i. e. videbant nullum eſſe amorem: quia ſi me verè amaſſes, non tradidiſſes tam citò. 2 Tardius tradi, ſi omninò retineri non potuiſſem. 3 Dolori meo. 4 Dilatio temporis, quo fuiſſem apud te. 5 Propter breve ſpatium diſcedendi. 6 Aſſiduas & infinitas. 7 Laniavi. 8 Secundò, i. e. ita dolui diſcedens à te, ficut cum fui rapta à patriâ meâ. 9 Pro hoſtes, i. e. Trojani. 10 Procul egreſſa è tentoriis Agamemnonis. 11 Quamvis etiam indignam, quæ me acciperet munus. 12 Serva dono data. 13 Agamemnoni. 14 Pro Græcorum ſalute. 15 In amore lentus es. 16 Quæ ultionem differt. 17 Patroclus, Menætii filius, tibi conjunctiſſimus. 18 Submiſſâ voce. 19 Patrocli verba ad Briſeïda. 20 Apud Agamemnonem. 21 Non ſufficit tibi, quod non repetieris me, ſed etiam reſiſtes, & omnibus viribus coneris, ne tibi reddar. 22 Pro ex Telamone, i. e. Ajax Telamonis filius. 23 Phœnix, Amyntoris filius 24 Ajax. 25 Quia eſt patruelis tuus, quia Telamon fuit frater Pelei, patris Achillis. 26 Sc. Phœnix, qui Achillis & comes & monitor fuit. 27 Ulyſſes, Laërtis filius. 28 Genitus. 29 Ad te. 30 Illi addiderunt muneribus tibi oblatis blandam precem. Enumerat, jam ipſa munera. 31 Viginti vaſa in quibus aqua cadit, dum manus abluuntur. 32 Magno opere & artificio fabricato. Eſt autem lebes vas æneum, interdum coquinarium.

Et

Et [1] tripodas ſeptem, [2] pondere & arte pares.
Addita ſunt [3] illis auri bis quinque [4] talenta:
Bis ſex aſſueti [5] vincere ſemper equi.
[6] Quodque [7] ſupervacuum, [8] forma præſtante puellæ
[9] Lesbides, everſa [10] corpora [11] capta [12] domo.
[13] Cumque tot his, (ſed non opus eſt tibi [14] conjuge) conjux
Ex Agamemnoniis una [15] puella tribus.
[16] Si tibi ab [17] Atrida [18] pretio [19] redimenda fuiſſem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas?
Qua merui [20] culpa fieri tibi [21] vilis, Achille?
Quo [22] levis à nobis tam cito fugit amor?
[23] An [24] miſeros [25] triſtis fortuna [26] tenaciter [27] urget?
Nec venit inceptis mollior aura meis?
[28] Diruta Marte tuo [29] Lyrneſia mœnia vidi:
[30] Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
[31] Vidi conſortes pariter generiſque neciſque
Tres cecidiſſe: [32] tribus, quæ mihi, mater erat.

1 Menſas tribus pedibus conſtantes, quibus ſuſtentabantur. 2 Vel ejuſdem ponderis & ejuſdem artificii: vel quorum ars tantum valet, quantum pondus ipſius metalli, *i. e.* quantum valebat materia 3 Lebetibus & tripodibus. 4 Talentum magnum continet 83. pondo: parvum verò 60. 5 Certamine & curſu. 6 Ordo eſt: Et puellæ Lesbides, forma præſtante, corpora capta domo everſa. 7 Quæ puellæ ſunt tibi ſupervacuæ, & non neceſſariæ. 8 Excellentis pulchritudinis. 9 Ex Lesbo inſulâ. 10 Sc. ſunt additæ ſupradictis muneribus. 11 Quia captivæ ſunt. 12 Poſtquam tu Lesbon evertiſti. 13 Supradicti puellis, quas voluerunt tibi Agamemnonis nomine dare. 14 Quia habes conjugem me. 15 Una filia, ex tribus Agamemnonis, ſc. filiabus, ſc. eſt addita: quia Agamemnon obtulit ei unam ex filiabus ſuis uxorem. 16 Tu recuſas accipere illa munera, quæ tu ipſemet debueras dare Agamemnoni, ſi noluiſſet reddere me tibi, niſi ei dares pretium. 17 Ab Agamemnone, quem filium Atrei exiſtimaverunt. 18 Pecuniâ, vel aliis muneribus. 19 Recuperanda. 20 Quo crimine meo. 21 A te contemni, ut tanta munera ſpernas, ne me recipias. 22 Celer. 23 An, cùm fortuna cœpit aliquem premere, inſequitur ipſum aſſiduè, & uſque ad finem? 24 Infelices. 25 Mala, quia eſt etiam bona. 26 Perſeveranter. 27 Perſequitur. 28 Incipit commemorare miſerias ſuas. 29 Urbem Lyrneſum, quam tu Achille expugnaſti. 30 Quia non eram ex minimis, & amiſi, ex meis multos. 31 Enumerat, quos ex ſuis amiſerit. Ordo eſt: Vidi tres conſortes generis & necis cecidiſſe, i. e. tres fratres meos conſortes generis & necis: quia ut erant conjuncti genere, ita & nece: quia ſimul interfecti ſunt. 32 Ordo eſt: Illa, quæ erat mater mihi, erat mater illis tribus.

Vidi,

[1] Vidi, quantus erat, fuſum tellure cruenta,
Pectora [2] jactantem [3] ſanguinolenta, virum.
[4] Tot tamen amiſſis te [5] compenſavimus unum.
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.
Tu mihi, [6] juratus per numina [7] matris aquoſæ,
Utile dicebas ipſe fuiſſe [8] capi.
[9] Scilicet ut, quamvis veniam dotata, repellas;
Et mecum fugias, quæ tibi dentur, [10] opes.
[11] Quin etiam [12] fama eſt, cum craſtina fulſerit Eos,
Te [13] dare nubiferis [14] linea vela notis.
[15] Quod ſcelus [16] ut pavidas miſeræ mihi [17] contigit aures,
[18] Sanguinis atque animi pectus [19] inane fuit.
[20] Ibis: & ô miſeram cui me, [21] violente, relinques?
Quis mihi [22] deſertæ mite [23] levamen erit?
[24] Devorer [25] ante precor ſubito telluris [26] hiatu,
Aut [27] rutilo miſſi fulminis igne cremer:
Quam ſine me [28] Phthiis caneſcant æquora remis,
[29] Et videam puppes [30] ire relicta tuas.
Si tibi jam reditusque placent, patriique [31] penates;
Non ego ſum claſſi [32] ſarcina magna tuæ.
Victorem [33] captiva ſequar, [34] non nupta maritum:
[35] Eſt mihi, quæ lanas molliat, apta manus.
Inter [36] Achaïadas [37] longe pulcherrima matres

1 Ordo eſt: Vidi virum, i. e. maritum meum Minetem, ſc. tantum, quantus erat, fuſum, i. e. jacentem, &c. 2 Moventem. 3 Cruenta, tuo gladio transfoſſa. 4 Sc. patre, fratribus, & marito. 5 Loco ipſorum te computavimus. 6 Qui juraveras. 7 Thetidis, matris tuæ, nymphæ maris, filiæ Nerei. 8 Quod eſſem apud te captiva. 9 Sc. utile eſt (Ironia) ut ego repellar à te, quamvis tradar tibi cum magnâ dote, quam Agamemnon mihi facit. 10 Agamemnonis munera, quæ tibi dantur, & me ſimul. 11 Prætereà. 12 Fertur. 13 Pro daturum eſſe. 14 Etiamſi procellæ ingruant, in patriam te navigaturum. 15 Quòd cras ſis diſceſſurus ſine me. 16 Poſtquam. 17 Auditum eſt à me. 18 Fugit ſanguis & animus. 19 Vacuum. 20 In patriam navigabis. 21 Quippe qui non rationem, ſed voluntatem ſequaris. 22 Si me deſerueris. 23 Recreatio. 24 Abſorbear. 25 Potiùs. 26 Apertione. 27 Rubro. 28 Achilleis. Phthia enim urbs eſt Theſſaliæ, à quâ Achilles interdum dicitur Phthius. 29 Sc. & antequam ego relicta videam, &c. 30 In patriam navigare. 31 Domus. 32 Onus, impedimentum. 33 Ut captiva & ſerva. 34 Non ut uxor. 35 Q. d. Ero etiam utilis tibi in aliquo opere. 36 Græcas mulieres. 37 Valdè.

In

In thalamos [1] *conjux ibit* [2] *(eaſque) tuos.*
[3] *Digna nurus ſocero, Jovis Æginæque nepote;*
[4] *Cuique ſenex* [5] *Nereus* [6] *proſocer eſſe* [7] *velit.*
Nos [8] *humiles famulæque tua data* [9] *penſa* [10] *trahemus:*
Et [11] *minuent plenas* [12] *ſtamina noſtra* [13] *colos.*
[14] *Exagitet ne me* [15] *tantum tua deprecor uxor,*
Quæ mihi [16] *neſcio quo non erit* [17] *æqua modo.*
[18] *Neve meos* [19] *coram* [20] *ſcindi patiare capillos:*
Et [21] *leviter dicas:* [22] *Hæc* [23] *quoque noſtra* [24] *fuit.*
[25] *Vel patiare* [26] *licet;* [27] *dum ne* [28] *contemta relinquar.*
[29] *Hic mihi væ miſeræ* [30] *concutit oſſa* [29] *metus.*
Quid tamen exſpectas? Agamemnona pœnitet iræ,
[31] *Et jacet ante tuas Græcia mœſta pedes.*
Vince animos iramque tuam, quæ cætera vincis.
[32] *Quid* [33] *lacerat Danaas* [34] *impiger Hector opes?*
Arma cape, [35] *Æacida, ſed me tamen ante recepta:*
Et [36] *preme* [37] *turbatos Marte favente viros.*
Propter me mota eſt, propter me [38] *deſinat ira:*
Simque ego [39] *triſtitiæ* [40] *cauſa* [41] *moduſque tuæ.*

1 Alia ſc. quam tu volueris præter me. 2 Q. d. Nihil curabo, dummodò me tecum ducas. 3 Sc. conjux tua, nurus digna ſocero, i. e. patre tuo Peleo, nepote Jovis & Æginæ: nam Peleus, pater Achillis, ex Æaco natus eſt: Æacus ex Jove & Æginâ: ergo Peleus erit nepos Jovis & Æginæ. 4 Conjugi tuæ. 5 Deus maris, avus tuus maternus. 6 Non dedignetur. 7 Socrus pater. 8 Abjectæ & viles. 9 Penſa à pendendo dicta ſunt: dabantur enim lanæ ad pondus. Penſum enim dicitur manipulus lanæ, qui ex colo pendet, & fuſo trahitur. Undè *Trahere penſa*, idem eſt quod nere. Penſum eſt etiam cujuſque officium & negotium unicuique datum. 10 Ex colo deducemus. 11 Evacuabunt. 12 Fila, quæ nebimus. Stamen enim dicitur ipſum filum quod è colo deducitur. 13 Colus, us, &, i. f. g. eſt inſtrumentum quod penſa continet, à quo fuſo fila ducuntur. Fuſus verò eſt inſtrumentum, quod mulieres nendo digitis volvunt. 14 Vexet, malè tractet. 15 Hoc unum precibus a te peto. 16 Plus nimio, & ultra quam debeat. 17 Erit iniqua. 18 Sc. deprecor. 19 Te præſente. 20 Lacerari ab uxore tuâ. 21 Sine turbatione, & irâ. 22 Briſeïs, quam ita vis verberari. 23 Sicut tu. 24 In deliciis olim habui. 25 Etiam. 26 Permitto tibi. 27 Dummodò. 28 A te. 29 Ne relinquar à te. 30 Tremere facit. 31 Græcorum exercitus, qui maximam cladem patitur, ſupplices orant te, ut receptâ Briſeide deponas iram, propter quam abductam iratus fueras. 32 Cur. 33 Deſtruit. q. d. cur tu, qui ſolus potes, non reſiſtis ei. 34 Fortis. 35 O Achille, Æaci nepos. 36 Comprime, coërce. 37 Trojanos territos, & ad fugam faciles. 38 Finiatur. 39 Iracundia. 40 Origo. 41 Finis.

Nec tibi turpe puta precibus [1] *ſuccumbere noſtris :*
[2] *Conjugis* [3] *Oenides* [4] *verſus in* [5] *arma prece eſt.*
[6] *Res audita mihi ,* [7] *nota eſt tibi.* [8] *fratribus* [9] *orba*
[10] *Devovit nati ſpemque caputque* [11] *parens.*
Bellum erat : [12] *ille* [13] *ferox* [14] *poſitis* [15] *ſeceſſit ab armis ,*
Et [16] *patriæ* [17] *rigida mente negavit opem.*
Sola virum [18] *conjux* [19] *flexit.* [20] *felicior* [21] *illa !*
At mea pro nullo [22] *pondere verba* [23] *cadunt.*
[24] *Nec tamen indignor : nec* [25] *me pro conjuge geſſi ,*
[26] *Sæpius in domini ſerva vocata torum.*
Me quædam (memini) dominam captiva vocabat :
Servitio , [27] *dixi , nominis addis* [28] *onus.*
[29] *Per tamen oſſa* [30] *viri* [31] *ſubito male tecta ſepulcro ,*
Semper judiciis oſſa [32] *verenda meis ;*
[33] *Perque trium fortes animas , mea numina , fratrum ,*
Qui [34] *bene pro patria cum* [35] *patriaque jacent ;*
Perque tuum noſtrumque caput , quæ junximus [36] *una ;*
Perque tuos enſes , cognita [37] *tela meis ;*

1 Vlaci precibus meis , & iis flecti ad capienda arma. 2 Cleopatræ. 3 Meleager, Oenei filius. 4 Immutatus & inductus contra propoſitum ſuum. 5 Quæ propter indignationem accipere recuſabat , i. e. bellum inire contra Curetas. 6 Caſus Meleagri. 7 Quia in Græciæ partibus geſta eſt. 8 Plexippo & Toxeo , interfectis à Meleagro filio ſuo. 9 Privata. 10 Execrata eſt, & imprecata , ut malè accideret filio Meleagro, & citò moreretur : nam hoc ſignificat devovere ſpem & vitam. 11 Althea , Theſtii filia , mater Meleagri. 12 Melager. 13 Fortis. 14 Depoſitis. 15 Iratus propter execrationes matris. 16 Calydonis , quæ ab hoſtibus oppugnabatur. 17 Obſtinatâ. 18 Cleopatra , ejus uxor. 19 Mutavit eum à propoſito, & impulit ut arma caperet pro defendendâ patriâ. 20 Quam ego. 21 Cleopatra , quæ virum flexit. 22 Sine effectu. 23 In vanum effunduntur. 24 Si te non moveo. 25 Non fui apud te ut conjux , ſeu loco conjugis. 26 Quæ ſæpè nomine ſervæ vocata ſum , ut in torum tuum venirem. 27 Illi captivæ , quæ vocabat me dominam. 28 Servitutem meam magis aggravas , cùm vocas me honorifico nomine dominæ , cùm ſerva ſim. 29 Ne fortaſſe Achilles eam reſpueret , quòd interea , dum fuit cum Agamemnone, cum eo concubuiſſet, affirmat multis juramentis ſe nunquam tactam fuiſſe ab Agamemnone. Ordo eſt : Tamen juro per oſſa male recta, i. e. ſemiſepulta : quia in everſione urbis Lyrneſſi non potuit corpus viri commodè ſepelire. 30 Mineris. 31 Effoſſâ tantummodò terrâ. 32 Honoranda. 33 Sc. Juro : fratres tres intelligit, quos trucidaſſe Achillem ſupra dixit. 24 Nam honeſtum & laudabile eſt pro patriâ mori. 35 Quæ & ipſa everſa eſt. 35 Simul. 37 Quia his enſibus tuis & fratres , & virum meum occidiſti.

Nulla

Nulla [1] *Mycenæum* [2] *ſociaſſe cubilia mecum*
Juro : [3] *fallentem* [4] *deſeruiſſe velis.*
Si tibi nunc dicam : Fortiſſime, tu quoque jura,
Nulla tibi ſine me gaudia facta : [5] *neges.*
At Danaï [6] *mœrere putant : tibi* [7] *plectra moventur :*
Te tenet in tepido [8] *mollis* [9] *amica* [10] *ſinu.*
Et ſi quis quærat, quare pugnare recuſes :
Pugna nocet : [11] *citharæ* [12] *noxque* [13] *Venuſque juvant.*
Tutius eſt jacuiſſe toro, [14] *tenuiſſe puellam,*
[15] *Threïciam digitis* [16] *increpuiſſe lyram :*
Quam manibus clypeos, & acutæ cuſpidis haſtam,
Et [17] *galeam* [18] *preſſa ſuſtinuiſſe coma.*
Sed tibi pro [19] *tutis* [20] *inſignia facta placebant :*
[21] *Partaque* [22] *bellando gloria* [23] *dulcis erat.*
[24] *An tantum,* [25] *dum me caperes, fera bella probabas?*
[26] *Cumque mea patria laus tua* [27] *victa jacet?*
[28] *Dî melius :* [29] *validoque, precor, vibrata lacerto.*
Tranſeat Hectoreum [30] *Pelias haſta latus.*
Mittite [31] *me, Danaï ; dominum legata rogabo :*
Multaque mandatis [32] *oſcula miſta feram.*
[33] *Plus ego quam Phœnix, plus quam facundus Ulyſſes,*
Plus ego quam [34] *Teucri (credite) frater agam.*
[35] *Eſt aliquid collum* [36] *ſolitis tetigiſſe lacertis,*

1 Agamemnonem, à Mycænis urbe, cui imperabat. 2 Nunquam mecum concubuiſſe. 3 Sc. me, i. e. ſi te in hoc decipio. 4 Me deſeras. 5 Non negabis te voluptatibus poſt meum diſceſſum indulſiſſe. 6 Angi dolore propter me à te abductam. 7 Tu citharæ indulges : nam plectrum eſt, quo chorda tangitur : interdum, pro tota cithara ponitur. 8 Tenera, & blanda. 9 Diomeda. 10 Gremio, i. e. amplexu. 11 Cantus citharæ, quo à Chirone inſtructus fuit. 12 Quies nocturna. 13 Amor, concubitus. 14 Cum Diomedâ oblectari. 15 Orphei, qui Thrax fuit, & lyrâ optimè cecinit. 16 Inſonuiſſe. 17 Caſſidem, munimentum capitis. 18 Pondere gravatâ. 19 Loco tutorum & otii. 20 Splendida, ſc. in bello. 21 Quæſita. 22 Pugnando. 23 Tibi jucunda. 24 An laudabas. 25 Dum patriam meam evertebas, & me rapiebas. 26 Poſtquam patriam meam evertiſti. 27 Extincta eſt. 28 Sc. velint, q. d. ita non ſit. 29 Utinam potius haſtâ tuâ interficias Hectorem. 30 Theſſalica : à Pelio, monte Theſſaliæ, non autem à Peleo, patre Achillis : nam in eo monte inciſa dicitur. 31 Ad Achillem legatam. 32 Præter preces etiam oſculabor eum. 33 In perſuadendo Achilli, oſculando eum. 34 Ajax Telamonius, qui unus fuit ex legatis ad Achillem. 35 Plurimùm poteſt. 36 Aſſuetis.

Præſentiſque [1] *oculos* [2] *admonuiſſe* [3] *ſinu.*
Sis [4] *licet* [5] *immitis ,* [6] *matriſque ferocior undis ;*
[7] *Ut taceam , lacrymis* [8] *comminuêre meis.*
[9] *Nunc* [10] *quoque (ſic* [11] *omnes Peleus pater impleat annos,*
Sic eat auſpiciis [12] *Pyrrhus in arma* [13] *tuis)*
[14] *Reſpice ſollicitam Briſeïda , fortis Achille ;*
Nec miſeram lenta [15] *ferreus* [16] *ure* [17] *mora.*
Aut , ſi [18] *verſus amor tuus eſt in tædia noſtri ;*
[19] *Quam ſine te cogis vivere , coge* [20] *mori.*
Utque facis , [21] *coges. abiit* [22] *corpuſque* [23] *colorque.*
[24] *Suſtinet* [25] *hoc animæ* [26] *ſpes tamen* [27] *una tui.*
[28] *Qua ſi deſtituor ,* [29] *repetam fratreſque virumque :*
Nec tibi magnificum fœmina [30] *juſſa mori.*
[31] *Cur autem jubeas ?* [32] *ſtricto* [33] *pete* [34] *corpora* [35] *ferro.*
Eſt mihi , qui [36] *foſſo pectore ſanguis eat.*
[37] *Me* [38] *petat ille tuus , qui , ſi* [39] *Dea* [40] *paſſa fuiſſet ,*
Enſis in [41] *Atridæ pectus iturus erat.*
Ah potius ſerves noſtram [42] *tua munera vitam.*
[43] *Quod dederas hoſti victor , amica rogo.*
[44] *Perdere quos* [45] *melius poſſis , Neptunia præbent*
[46] *Pergama. materiam* [47] *cædis ab* [48] *hoſte* [49] *pete.*

1 Achillis. 2 Reducere in memoriam. 3 Pectore meo ei patefacto. 4 Quamvis. 5 Immanſuetus. 6 Maris fluctibus : nam Thetis, mater Achillis, Dea eſt maris. 7 Quamvis. 8 Ferociam depones, flecteris. 9 Adjurat ad ipſum Achilles, ut ſui miſereatur. Ordo eſt : O fortis Achille, nunc quoque reſpice, &c. reliqua dicta ſunt per parentheſim. 10 Sc. cùm non ſum ad te miſſa. 11 A naturâ ſibi debitos. 12 Filius Achillis. 13 Tuo ductu & imperio. Sit victor, ſicut tu ſemper fuiſti. 14 Moveat te mea anxietas. 15 Sc. tu. 16 Crucia. 17 Recipiendi me. 18 Mutatus. 19 Sc. me. 20 Interfice me, antequam te ſepares. 21 Ad interitum. 22 Corporis habitudo, quia tota facta ſum macilenta. 23 Quia effecta ſum pallida. 24 Fovet 25 Corpus. 26 Quam habeo de animo tuo, ut mutetur. 27 Sola. 28 Spe. 29 Q.d. non, quia à te occiſi ſunt. 30 Coacta. 31 Cùm tu hoc efficere poſſis. 32 Nudo. 33 Occide, interfice. 34 Corpus meum. 35 Enſe tuo. 36 Percuſſo, perforato. 37 Ille tuus enſis, qui erat iturus in pectus Atridæ, ſi Dea fuiſſet paſſa, petat me. 38 Feriat. 39 Pallas. 40 Permiſiſſet 41 Agamemnonis. 42 Quæ mihi dediſti. 43 Ordo eſt : Ego amica, ſc. tua, rogo, ſc. id, quod tu victor, everſa patria mea, dederas hoſti, ſc. mihi, quæ eram, hoſtis tua, antequam me caperes. 44 Si delectaris cæde alicujus, multò juſtius potes interficere Trojanos hoſtes tuos, quam me nunc amicam tuam. 45 Juſtiùs. 46 Troja, quam Neptunus ſimul cum Phæbo ædificavit. 47 Occiſionis. 48 A Trojanis, & non ab amica. 49 Accipe.

Me [1] *modo, ſive paras* [2] *impellere* [3] *remige claſſem,*
[4] *Sive manes,* [5] *domini jure venire jube.*

1 Tantummodò. 2 Movere. 3 Nautis, i. e. ſive in patriam navigare conſtituiſti. 4 In caſtris Græcorum. 5 Tanquam ego ſim ſerva tua, & tu dominus meus.

EPISTOLA IV.

ARGUMENTUM.

Theſeus, Ægei filius, interfecto Minotauro, Ariadnen, Minoïs & Paſiphaes filiam, quam ob opem ſibi præſtitam uxorem accepturum promiſerat, ſimul cum Phœdrâ, ejus ſorore, navi impoſitâ, ſecum abduxit. Verùm Bacchi admonitione in Naxo, ſive in Chio inſulâ Ariadne relictâ, Phœdram duxit: quæ deinde, abſente Theſeo, in Hippolyti privigni, quem ex Hyppolyte Amazone acceperat, amorem exarſit. Qui cùm cælibem ducens vitam ſeſe venando exerceret, nec poſſet uti illius colloquio, hac epiſtolâ amorem ſuum indicavit. In quâ illum callidis ſuaſionibus ad ſui amorem flectere conatur. Et cùm turpe ſit privignum à novercâ de ſtupro interpellari, principium ex inſinuatione ſumpſit, in hunc modum.

PHÆDRA HIPPOLYTO.

[1] *Qua, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa; ſalutem*
Mitit [2] *Amazonio* [3] *Creſſa* [4] *puella viro.*
Perlege [5] *quodcumque eſt. quid epiſtola lecta nocebit?*
Te quoque, in hac aliquid, quod juvet, eſſe poteſt.
His [6] *arcana notis terra pelagoque feruntur:*
[7] *Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte* [8] *notas.*
[9] *Ter tecum conata loqui, ter* [10] *inutilis* [11] *hæſit*
Lingua, ter in [12] *primo deſtitit ore ſonus.*
[13] *Qua licet & * [14] *ſequitur, pudor eſt* [15] *miſcendus amori.*
[16] *Dicere quæ puduit, ſcribere* [17] *juſſit Amor.*

1 Ordo eſt: Puella Creſſa, mittit ſalutem viro Amazonio, quâ ipſa eſt caritura, niſi tu dederis. 2 Hyppolyto, filio Amazonis. 3 Cretenſis: à n. Creſ. g. Cretis. 4 Phædra. 5 Quicquid in epiſtolâ ſcriptum eſt, etiamſi ſit aliquid turpe, & tibi diſpliceat. 6 Secreta. 7 Argumentum à majori ad minus: ſi enim legimus epiſtolas hoſtium, quorum nomen ne audire quidem vellemus: multò magis literæ eorum legendæ ſunt, qui nos amant. 8 Literas, quæ ſunt notæ verborum. 9 Scripſi, quoniam loqui non potui præ pudore. 10 Quæ non præſtabat mihi officium ſuum. 11 Retenta eſt. 12 In ſummis labiis. 13 Quatenus, in quantum. 14 Convenientius eſt. 15 Jungendus. 16 Sc. coram. 17 Poteſtatem.

Quid

Quidquid Amor juſſit, non eſt contemnere tutum.
Regnat, & in [1] *dominos jus habet* [2] *ille Deos.*
[3] *Ille mihi primo dubitanti ſcribere, dixit,*
Scribe; dabit [4] *victas* [5] *ferreus ille manus.*
[6] *Adſit, &, ut noſtras* [7] *avido* [8] *fovet igne medullas,*
[9] *Figat ſic animos in mea* [10] *vota tuos.*
Non ego [11] *nequitia ſocialia* [12] *fœdera* [13] *rumpam.*
[14] *Fama (velim quæras) crimine noſtra* [15] *vacat.*
[16] *Venit Amor* [17] *gravius,* [18] *quo* [19] *ſerius. urimur* [20] *intus,*
Urimur; & [21] *cæcum pectora vulnus habent.*
[22] *Scilicet ut* [23] *teneros* [24] *lædunt juga* [25] *prima juvencos,*
Frænaque [26] *vix patitur de grege* [27] *captus equus:*
Sic male vixque [28] *ſubit* [29] *primos* [30] *rude pectus amores;*
[31] *Sarcinaque hæc animo non ſedet apta meo.*
[32] *Ars fit,* [33] *ubi à teneris* [34] *crimen condiſcitur* [35] *annis.*
[36] *Quæ* [37] *venit exacto* [38] *tempore,* [39] *pejus amat.*
Tu [40] *nova* [41] *ſervatæ capies* [42] *libamina famæ;*
Et [43] *pariter noſtrûm fiet uterque* [43] *nocens.*
[44] *Eſt aliquid, plenis* [45] *pomaria* [46] *carpere ramis,*
Et tenui [47] *primam* [48] *deligere ungue roſam.*

1 Etiam in Jovem. 2 Amor. 3 Hippolytus. 4 Tuo imperio ſuccumbet: tranſlatio ſumpta à victis in prælio; qui manus victoribus præbent ligandas. 5 Etiamſi eſſet duriſſimus. 6 Utinam mihi præſens ſit, & faveat. 7 Flagrantiſſimo amore. 8 Calefacit. 9 Vulneret, ſc. ſagittis ſuis. 10 Ut ſis paratus facere, quod ego velim. 11 Libidine. 12 Conjugium Theſei, vel ſocietatem noſtri amoris, quam mecum feceris. 13 Dirimam, ſeparabo. 14 Nomen noſtrum. 15 Caret impudicitiæ notâ: quia nunquam cognita, aut dicta ſum impudica. 16 Amor me invaſit: ſed tantò mihi eſt amoris æſtus gravius tolerare, quantò ætate me grandiorem invaſit. 17 Major, & vehementior. 18 Quantò. 19 Tardius, & ætate provectiori. 20 In pectore. 21 Occultum amorem, utpote, in animo fixum. 22 Similitudine amoris ſui moleſtiam exprimit. 23 Juvenes, & non aſſuetos jugo. 24 Gravant. 25 Primùm impoſita collo. 26 Quia ea recuſat, & plerumque ſeſſorem tergo excutit. 27 Novus, & nondum domitus. 28 Suſtinet. 29 Mihi inaſſuetos. 30 Non aſſuetum. 31 Amoris moleſtia, onus. 32 Si quis velit habere recte aliquam artem, incipiat à teneris annis. 33 Quando. 34 Amandi. 35 Quia tum amor cognoſcitur, & facilius toleratur. 36 Mulier. 37 In amorem incidit. 38 Perfectiori ætate, amori magis convenienti. 39 Vehementiùs. 40 Prima, i. e. tu habebis pudicitiæ meæ primitias. 41 Cuſtoditæ. 42 Guſtamenta. 43 Uterque pariter, & uno eodemque tempore amittemus pudicitiam. 44 Non eſt contemnendum. 45 Poma: locum pomorum poſuit pro ipſis pomis. 46 Decerpere. 47 Quia gratia major ſolet eſſe primis roſis. 48 Colligere.

Si tamen [1] ille prior, quo me ſine crimine geſſi,
[2] Candor ab [2] inſolita labe [3] notandus erat;
[4] At bene ſucceſſit, [5] digno quod adurimur [5] igni:
Pejus adulterio [6] turpis adulter abeſt.
Si mihi concedat Juno [7] fratremque virumque;
Hippolytum videor [8] præpoſitura Jovi,
Jam quoque (vix credas) [9] ignotas [10] mutor in artes:
Eſt mihi per ſævas [11] impetus ire [12] feras.
Jam mihi [13] prima Dea eſt, arcu [14] præſignis adunco
[15] Delia. [16] judicium ſubſequor ipſa tuum.
In nemus ire libet, [17] preſſiſque in retia cervis,
[18] Hortari celeres per juga ſumma canes:
[19] Aut tremulum [20] excuſſo jaculum [21] vibrare lacerto;
Aut in [22] graminea ponere corpus humo.
Sæpe [23] juvat [24] verſare leves in [25] pulvere currus,
[26] Torquentem frenis ora [27] fugatis equi.
Nunc [28] feror, ut Bacchi [29] furiis [30] Eleleïdes [31] actæ,
[32] Quæque ſub [33] Idæo tympana colle movent.

1 Illa integritas meæ pudicitiæ, quâ antè florui. 2 Ab inſuetudine peccandi, i. e. debueram diligenter ſervare, ut non peccarem, quemadmodum nunquam antè peccaveram cum aliquo. 3 Conſiderandus & ſervandus. 4 Benè evenit, quòd caſtitas mea inviolata invenit ſe dignum, qui eam delibaret. 5 Elegantis juvenis amore. 6 Indignus: Theſeum ſignificat, qui ad inferos, ut Plutoni Proſerpinam raperet, acceſſit. 7 Jovem fratrem & maritum Junonis: nam ambo Saturni & Opis filii fuerunt. 8 Potiùs electura, i. e. ſi detur mihi optio Jovis & Hippolyti, præponerem Hippolytum Jovi. 9 Inſuetas, ſc. in venationem, cujus erat Hippolytus ſtudioſus. 10 Non ab aliquo, ſed proprio meo affectu. 11 Magna voluntas. 12 Quas tu inſequeris per ſylvas. 13 Præcipua, antè omnes eos maxime veneranda. 14 Quia eo telo utitur. 15 Diana, à Delo inſula, in qua nata dicitur. 16 Quia ſicut judicas hanc venationis Deam præcipuam, quam colas: ita & ego judico. 17 Agitatis. 18 Inſtigare meâ voce, ut faciunt venatores. 19 Sc. libet. 20 Fortiter moto. 21 Quaſſare, movere. 22 Graminoſa, plena graminis, i. e herbæ, in qua venatores libenter requieſcunt. 23 Delectat. 24 Vertere, & arte regere. 25 In campo pulvereo. 26 Sc. me, i. e. flectentem. 27 Celeris. 28 Rapior impetu animi. 29 Quia creditur immittere furias, propter vim vini. 30 Bacchi miniſtræ, à Baccho, qui Eleus dictus eſt, ab Elea urbe. 31 Agitatæ. 32 Mulieres ſacrificantes Cybelæ, quæ colitur in Phrygia, cui ſacrificantes tympana pulſabant. 33 Sub Ida, monte Phrygiæ.

Aut quas [1] ſemideæ [2] Dryades, Faunique [3] bicornes
[4] Numine contactas [5] attonuere ſuo.
Namque mihi referunt, cum ſe furor ille [6] remiſit,
Omnia me [7] tacitam [8] conſcius urit Amor.
Forſitan hunc generis [9] fato [10] reddamus amorem;
Et Venus è [11] tota gente tributa [12] petat.
Jupiter [13] Europen ([14] prima eſt ea [15] gentis [16] origo)
Dilexit, tauro [17] diſſimulante Deum.
[18] Paſiphaë mater [19] decepto ſubdita tauro
[20] Enixa eſt utero crimen [21] onuſque ſuo.
[22] Perfidus [23] Ægides, ducentia [24] filia ſecutus,
Curva meæ [25] fugit [26] tecta ſororis [27] ope.
En ego nunc, ne forte parum [28] Minoïa credar,
In ſocias [29] leges ultima [30] gentis eo.
Hoc [31] quoque fatale eſt: placuit [32] domus una duabus.

1 Nondum in cœlum receptæ: nam ſemidei dicuntur, nondum omnino digni deitate, qualia ſunt terrena numina: & ideo ſemideas appellat, quaſi non plenè Deas. 2 Nymphæ quercuum: nam Drys quercum ſignificat. 3 Effigiem habentes caprorum, & cornua. 4 Quo eas movent. 5 Attonitas reddiderunt. 6 Cùm inſania illa diminuta eſt. 7 Quæ amorem hunc hactenus celavi. 8 Cujus ego conſcia ſum: quia ille eſt cauſa omnium horum furorum. 9 Fortunæ meæ gentis. 10 Attribuere poſſumus. 11 Omnes ex mea familia amarunt. 12 Exigit. 13 Agenoris, Tyrii regis, filia formoſiſſima, cùm in littore maris, ubi armenta paſcebantur, ſpatiaretur, Jupiter ejus amore captus, in taurum candidiſſimum & placidiſſimum ſe convertit: cujus illa pulchritudinem admirata, acceſſit propiùs: quem cùm videret placidiſſimum, auſa eſt etiam ejus tergum conſcendere. At ille paulatim ad littus progreſſus, tandem mare intravit, & eam in Cretam detulit, ibique cum ea concubuit: ex qua genuit Minoëm. 14 Quia ex ea natus eſt Minos pater meus. 15 Familiæ noſtræ. 16 Principum. 17 Occultante: quia in forma tauri Jupiter latebat. 18 Filia Solis, quæ tauri turpi amore capta, cum eo concubuit, ex quo genuit Minotaurum. 19 Fraudato: quia factâ ligneâ vaccâ, ſuperpoſita eſt pellis vaccæ, quam amabat, & illa incluſa vaccæ illi ligneæ, quam Dædalus fabricaverat, cum tauro concubuit. 20 Reperit. 21 Onus criminoſum & infame, ſc. Minotaurum. 22 Quia non ſervavit fidem ſorori meæ datam. 23 Theſeus, filius Ægei. 24 Labyrinthum filo evadere Dædalus Ariadnam docuerat, Ariadna id Theſea monſtravit. 25 Evitavit. 26 Labyrinthum: erat enim multis circuitibus factus. 27 Auxilio Ariadnes, quod ei Dædalus indicaverat, qui ipſum Labyrinthum fabricaverat, ut diximus. 28 Ne ſi aliter facerem, non videar eſſe ex Minois genere, quod fataliter amori ſubjectum eſt. 29 In facti neceſſitatem meæ gentis, quod eſt ut omnes ament. 30 Quia Minos & Paſiphaë non habebant aliam filiam minorem natu Phædrâ. 31 Sic ut amor fuit fatalis. 32 Ægei familia.

Me tua forma capit, [1] *capta* [2] *parente* [3] *ſoror.*
[4] *Theſides Theſeuſque* [5] *duas* [6] *rapuere ſorores.*
[7] *Ponite de noſtra bina* [8] *tropæa domo.*
[9] *Tempore, quo vobis* [10] *inita eſt* [11] *Cerealis Eleuſin,*
[12] *Gnoſia me vellem* [13] *detinuiſſet tellus.*
Tunc mihi præcipue ([14] *nec non tamen* [15] *ante) placebas:*
[16] *Acer in* [17] *extremis oſſibus* [18] *hæſit amor.*
[19] *Candida* [20] *veſtis erat,* [21] *præcincti* [22] *flore capilli:*
[23] *Flava* [24] *verecundus* [25] *tinxerat ora rubor.*
Quemque vocant [26] *aliæ vultum* [27] *rigidumque trucemque,*
[28] *Pro rigido, Phædra judice, fortis erat.*
[29] *Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina,* [30] *compti.*
Fine [31] *coli modico* [32] *forma virilis amat.*
Te tuus iſte [33] *rigor,* [34] *poſitique ſine arte capilli,*
Et [35] *levis egregio pulvis in* [36] *ore* [37] *decet.*
Sive [38] *ferocis equi* [39] *luctantia colla* [40] *recurvas?*
Exiguo [41] *flexos* [42] *miror in* [43] *orbe* [44] *pedes.*

1 Amore victa. 2 Sc. tuo, Theſeo. 3 Ariadne. 4 Hippolytus. 5 Ariadnæ ſorori meæ, & mihi. 6 Ad amorem allexerunt. 7 Erigite, & oſtentate. 8 Duas ob hanc victoriam ſtatuas. *Trophæa* ſunt bellicæ victoriæ monumenta, à victoribus erecta, eo in loco, ubi hoſtes in fugam converterunt, à verſis hoſtibus dicta: nam τρέπω ſignificat verto. 9 Commemorat tempus, quo primùm capta eſt amore Hippolyti: dicit enim fuiſſe, cum *Myſteria Cereris Eleuſina celebrarentur*: eſt autem Eleuſis urbs Atticæ, ubi myſtica Cereris ſacra celebrabantur, undè Eleuſina mater dicitur. Dicta eſt Eleuſis ab adventu Cereris: nam ἔλευσις adventum ſignificat. 10 Intrata, adita. 11 Cereri ſacrata, vel in qua Ceres colitur. 12 Terra Cretenſis, in qua ſum nata: Gnoſos enim oppidum Cretæ eſt, Minoïs regia. 13 habuiſſet: quia non incidiſſem in tantas curas, tunc cùm vidi te apud Eleuſinem. 14 Etiam. 15 Alio tempore. 16 Vehemens. & inexpugnabilis. 17 In medullis, quæ ſunt intra oſſa. 18 Affixus eſt. 19 Circumſcribit Hippolyti formam, eam quæ poſſet ad amorem etiam invitas trahere. 20 Romanorum eſt juvenum. 21 Ornati. 22 Floreis coronis. Materia pro re confecta. 23 Alba cum rubore. 24 Juvenilis, & qualis ex verecundiâ provenire ſolet. 25 Pinxerat. 26 Mulieres. 27 Trucem: quod alii ſævitiæ, ego fortitudini tribuo. 28 Loco rigidi. 29 Non placent nobis iſti muliebres ornatus in viris. 30 Ornati. 31 Ornari. 32 Apparatu & menſurâ moderatâ. 33 Severitas in vultu ſine aliquâ laſcivia. 34 Relicti. 35 Tenuis pulvis, qui ſignificat exercitum. 36 In facie. 37 Scite. 38 Fortis. 39 Reſiſtentia fræno. 40 Reflectis, tuo arbitrio moderaris. 41 Revolutos. 42 Laudo, & cum admiratione aſpicio. 43 In exiguo ſpatio terræ, & circulo: nam hoc magnæ eſt artis equitandi. 44 Equi.

Seu [1] lentum valido [2] torques haſtile [3] lacerto;
[4] Ora ferox in ſe verſa lacertus habet.
Sive tenes [5] lato [6] venabula [7] cornea [5] ferro.
Denique, noſtra juvat [8] lumina, quicquid agas.
[9] Tu modo duritiem ſilvis depone [10] jugoſis:
Non ſum [11] materia digna perire tua.
Quid juvat [12] incinctæ [13] ſtudia exercere Dianæ;
Et Veneri [14] numeros [15] eripuiſſe [16] ſuos?
Quod caret [17] alterna requie, [18] durabile non eſt.
[19] Hæc [20] reparat vires, [21] feſſaque membra [22] novat.
[23] Arcus, (& arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ,)
[24] Si nunquam ceſſes tendere, [25] mollis erit.
[26] Clarus erat ſilvis [27] Cephalus, multæque per herbam
[28] Conciderant, [29] illo percutiente, feræ.
Nec [30] tamen Auroræ [31] male ſe præbebat amandum.
Ibat ad hunc [32] ſapiens à [33] ſene [34] Diva [33] viro.
Sæpe ſub ilicibus Venerem, [35] Cinyraque creatum,
Suſtinuit [36] poſitos quælibet herba duos.
[37] Arſit & [38] Oenides in [39] Mænalia Atalanta.

1 Molle, non aſperum tactu. 2 Jacis. 3 Brachium tuum. 4 Sc. mea: quia aſpicio, quantâ arte jaculeris. 5 Lati ferri. 6 Tela apta venationi. 7 A corno arbore dura, ex quâ fiunt venabula optima. 8 Oculos. 9 Q. d. Hoc ſolum velim, ut non ſis durus. 10 In ſylvis montium, ubi ſoles ſæpius verſari. 11 Cauſa. 12 Expeditæ, & agilis. 13 Exercitia venationis, cujus Dea eſt Diana. 14 Gradus amoris, qui dicuntur eſſe quinque: Viſus, & auditus, contactus, & oſcula, factum: vel *Num.* i. e. affectus. 15 Imminuiſſe. 16 Sibi debitos. 17 Variatâ, & viciſſim poſt labores ſumptâ, i. e. quod non habet intermiſſionem. 18 Diuturnum eſſe non poteſt. 19 Requies. 20 Reficit. 21 Fatigata, & debilitata. 22 In priſtinum ſtatum reducit. 23 Et ponitur pro id eſt: *Arcus*, enim ſunt arma Dianæ. 24 Si ſemper fuerit tentus, & in uſu. 25 Sc. arcus. 26 Notus ob ſtudium venationis. 27 Athenienſis hic fuit: uxorem habuit Procrin Vide *Metam.* 7. in fine. 28 Interfectæ fuerant. 29 Cephalo. 30 Quamvis daret operam venationi. 31 Invitum, imò libenter adhærebat ejus amori. 32 Quia relicto ſene juvenem petebat. 33 A Tithono marito ſuo ſene. Fuit autem Tithonus Laomedontis filius, & Priami frater: cui ex Aurora natus eſt filius Memnon, qui Trojanis auxilio venit. Is Tithonus longiſſimam vitam aſſecutus, poſtremò in cicadam verſus traditur. 34 Aurora. 35 Adonem, Cingyæ & Myrrhæ filium, quem Venus amaſſe traditur, perculſus apro interiit. Ovid. *Metam.* 5. 36 Jacentes. 37 Amore incenſus eſt. 38 Meleager, Oenei filius. 39 Arcadicâ: à Mænalo, monte Arcadiæ.

[1] Illa [2] feræ [3] ſpolium [4] pignus amoris habet.
[5] Nos quoque jam primum [6] turba numeremur in iſta.
Si [7] Venerem tollas, [8] ruſtica [9] ſilva tua eſt.
[10] Ipſa comes veniam: nec me [11] latebroſa [12] movebunt
Saxa, nec [13] obliquo dente timendus aper.
Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus [14] Iſthmon.
Et tenuis tellus audit utrumque mare.
Hic tecum [15] Trœzena colam Pittheïa [16] regna.
Jam nunc eſt patria [17] charior [18] illa mea.
[19] Tempore abeſt, aberitque [20] diu Neptunius [21] heros.
Illum [22] Pirithoï detinet ora [23] ſui.
[24] Præpoſuit Theſeus (niſi ſi [25] manifeſta negamus)
Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi.
Sola nec hæc nobis [26] injuria venit ab illo.
In [27] magnis læſi rebus [28] uterque ſumus.
Oſſa mei [29] fratris [30] clava perfracta trinodi
[31] Sparſit humi: [32] ſoror eſt [33] præda [34] relicta feris.
[35] Prima [36] ſecurigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati [37] digna vigore [38] parens.
Si quæras, [39] ubi ſit; Theſeus latus enſe [40] peregit

1 Atalanta. 2 Apri Calydonii. 3 Caput, aut pellem. 4 Quo comprobatus eſt amor Meleagri erga eam. 5 Ego & tu. 6 In numero iſtorum: qui licer venatione delectati ſint, tamen ab amore non abſtinuerunt. 7 Amorem. 8 Nihil habet pulchri, aur jucundi. 9 Venatio tua. 10 Ego. 11 Cavernoſa, ubi ſæpè latent feræ. 12 Terrebunt. 13 Incurvo. 14 Iſthmos eſt terra anguſta inter duo maria. 15 Trœzen urbs eſt propè Iſthmon, à Trœzene, Pelopis filio: qui cum fratre Pitrheo illic regnavit. Eo mortuo, regnum obtinuit Pittheus, Theſei maternus avus, apud quem Hippolytus educarus eſt. 16 Ubi regnavit Pittheus. 17 Grarior, quia tu eâ delectaris. 18 Trœzen. 19 Opportune. Arguit à commoditate, quod Theſeus ejus parer abſit. 20 Per longum tempus: quo nos facilius noſtram ſequemur voluntatem. 21 Theſſeus, Nepruni nepos: nam Ægeus filius fuit Neptuni. 22 Regio Theſſaliæ. 23 Amici, quem charum habet. 24 Pluris facit Pirithoum, quam te, & quam me. 25 Quæ apparent, & probatione non indigent. 26 Quod Pirithoum mihi & tibi præponat Theſeus. 27 In rebus majoris momenti. 28 Ego & tu. 29 Minotauri, quem interfecit Theſeus. 30 Telum fuit, quo Theſeus ad imitationem Herculis eſt uſus. 31 Dilaceravit. 32 Ariadne, rapta à Theſeo. 33 Rapina. 34 In Naxo inſulâ. 35 Maxima, præſtantiſſima. Nunc narrat injurias illatas Hippolyto. 36 Amazonas, quæ ſecuri in prælio pro telo utebantur, à Penthefilea earum regina inventa. 37 Digna talem filium peperiſſe. 38 Hippolyta mater tua. 39 Mater tua. 40 Transfixit, i. e. Theſeus illam trucidavit.

[1] Nec tanto mater [2] pignore tuta fuit.
At nec [3] nupta quidem, [4] tædaque accepta jugali.
[5] Cur, niſi ne caperes regna paterna [6] nothus?
[7] Addidit & fratres ex me tibi: [8] quos tamen omnes
Non ego [9] tollendi cauſa, ſed ille fuit.
O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,
In medio [10] niſu viſcera [11] rupta forent!
[12] I nunc, i meriti lectum [13] reverere parentis;
Quem fugit, & factis [14] abdicat ille ſuis.
Nec, quia [15] privigno videar [16] coïtura noverca,
[17] Terruerint animos [18] nomina [19] vana tuos.
[20] Iſta [21] vetus [22] pietas, [23] ævo [24] moritura futuro,
[25] Ruſtica [26] Saturno regna tenente, [27] fuit.
Jupiter eſſe [28] pium [29] ſtatuit, quodcunque [30] juvaret:
Et fas omne facit [31] fratre marita [32] ſoror.
Illa [33] coït firma generis [34] junctura [35] catena,
Impoſuit [36] nodos [37] cui Venus ipſa ſuos.

1 Nec propter te pater tuus habuit reſpectum eam interficiendi. 2 Tanto filio: plerumque enim cavent mariti inferre injuriam uxoribus non propter ipſas, ſed propter filios: quem quidem reſpectum dicit non habitum fuiſſe à Theſeo. 3 Non uxor, ſed concubina. 4 Legitimo matrimonio: nam in nuptiis tædas deferebant accenſas. 5 Sc. non eſt accepta. 6 Non legitimè natus, qui in paterno regno ſuccedere non poſſit. 7 Genuit etiam alios filios ex me, qui ſunt fratres tibi: ex Phædra enim natus eſt Demophoon & Acamas. 8 Filios patris tui, & tibi fratres. 9 Educandi. 10 Medio partu, inter pariendum. 11 Fracta, ita ut abortum emiſiſſem ne tibi regni ſucceſſio tolleretur. 12 Ironia. 13 Honora, & cave ne violes. 14 Omni conatu à ſucceſſione dejicit. 15 Privignus eſt filius mariti ex alia conjuge, vel uxoris ex alio marito. *Privignus dictus*, inquit Feſtus, *quòd prius quam mater ſecundò nuberet, eſt genitus. Pri enim veteres pro præ dixerunt.* Hæc *Feſtus.* Ego exiſtimem ex *prius* & *genitus* vocabulum iſtud eſſe compoſitum: *novercam* autem quaſi *novam arcam*, i. e. novam uxorem quidam dici volunt. 16 Commiſcenda. 17 Terreant 18 Privigni & novercæ. 19 Nullius effectus. 20 Hoc pronomen ad contemptum refertur. 21 Et ideò jam digna deponi. 22 Reverentia concubitus inter affines. 23 Sæculo venturo 24 Quæ deficiet. 25 Regna, quæ nullum habebant cultum. 26 Qui regnavit in Italia primis temporibus cum Jano. 27 Servata eſt. 28 Licere, & rectè fieri 29 Judicavit, vel legibus ſancivit 30 Quicquid liberet. 31 Vel cum fratre, vel *fratre* pro fratri. 32 Nupta. 33 Cum viro jungitur 34 Conjunctio generis. 35 Vinculo, i. e. illa conjunctio conſanguinitatis, quæ Veneris nodis eſt ligata, eſt valdè firma & inſeparabilis. 36 Nexus. 37 Juncturæ generis.

[1] Nec labor eſt ; celare [2] licet. pete [3] munus ab [4] illa ,
[5] Cognato poterit nomine [6] culpa [7] tegi.
[8] Viderit amplexos aliquis ; [9] laudabimur ambo.
Dicar privigno [10] fida noverca meo.
Non tibi per [11] tenebras [12] duri [13] reſerando mariti
Janua , non [14] cuſtos decipiendus erit.
[15] Ut tenuit domus [16] una duos , domus una tenebit.
Oſcula [17] aperta dabas , oſcula aperta dabis.
[18] Tutus eris mecum , [19] laudemque merebere culpa ;
Tu [20] licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras [21] tantum , [22] properataque [23] fœdera junge.
Qui mihi nunc [24] ſævit , [25] ſic tibi parcat Amor.
Non [26] ego dedignor ſupplex [27] humiliſque precari.
Heu ! ubi nunc [28] faſtus , altaque verba jacent ?
Et [29] pugnare diu , nec me ſummittere culpæ
[30] Certa fui : [31] certi ſi quid haberet Amor.
[32] Victa precor , genibuſque tuis regalia tendo
Brachia. [33] quid deceat , non videt ullus amans.
[34] Depuduit , [35] profuguſque pudor ſua [36] ſigna relinquit.
Da veniam [37] faſſæ , duraque corda [38] doma.

1 Facile eſt occultare , ſc. concubitum noſtrum. 2 Licitum eſt tibi, ut petas. 3 Sc. celandi 4 Venere. 5 Sub nomine cognationis. 6 Peccatum noſtrum. 7 Occultari. 8 Si viderit. 9 Quia dicetur nos hæc facere ex charitate , & pietate , quæ debet eſſe inter filium & matrem. 10 Bona , & non inſidioſa , quales plerúmque ſolent eſſe novercæ. 11 Nocturno tempore , quod ſolet eſſe aptum amantibus. 12 Inexorabilis , crudelis , qui plus æquo ſævit in adulteros deprehenſos. 13 Aperienda. 14 Qui ſolet adhiberi januæ. 15 Sicut. 16 Eadem. Sicut alias mecum fuiſti in eadem domo patris tui , ita nunc erimus , & quod faciemus , non erit ſuſpectum. 17 Ex affectu amoris. 18 Ab omni periculo & infamia liber. 19 Peccando laudaberis ; quia , quod rarum eſt in novercis , videbimur mutuâ benevolentiâ teneri. 20 Quamvis. 21 Tantummodò , cùm nihil ſit , quod obſtet. 22 Sine dilatione facta. 23 Amoris pignore. 24 Me cruciat. 25 Ut mihi , i. e. ſic amor te non lædat , ſed ſit tibi mitis. 26 Quæ ſum neptis Jovis , & Solis. 27 Demiſſa. 28 Superbia , & elatio mei generis , q. d. amor omnia depreſſit. 29 Reſiſtere. 30 Deliberavi. 31 Correctio : quia amor levis eſt , & inconſtans 32 Nimio amore. 33 Quid ſibi ſit honeſtum : quia multa facit contrà dignitátem ſuam. 34 Pudorem omnem abjeci. *De* enim hoc loco non augmentum , ſed privationem ſignificat. 35 Qui à me diſceſſit. 36 Honeſtatem , vel ruborem. Translatio ſumpta à militibus , qui fugientes relinquunt ſigna , i. e. Vexilla. 37 Mihi , quæ confeſſa ſum tibi amorem meum. 38 Flecte. Translatio ſumpta ab equis.

[1] *Quo mihi, quod genitor: qui* [2] *poſſidet æquora, Minos?*
[3] *Quod veniant* [4] *proavi fulmina* [5] *torta manu?*
Quod ſit [6] *avus,* [7] *radiis* [8] *frontem* [9] *vallatus acutis,*
[10] *Purpureo tepidum qui movet* [11] *axe diem?*
Nobilitas ſub Amore [12] *jacet.* [13] *miſerere priorum:*
Et, mihi ſi non vis parcere, parce meis.
[14] *Eſt mihi dotalis tellus Jovis* [15] *inſula* [14] *Crete.*
[16] *Serviat Hippolyto regia* [17] *tota meo.*
Flecte [18] *feros animos.* [19] *potuit* [20] *corrumpere taurum*
[21] *Mater. eris tauro ſævior ipſe* [22] *truci?*
Per Venerem parcas oro, [23] *quæ* [24] *plurima mecum eſt:*
Sic nunquam, quæ te ſpernere poſſit, ames.
Sic tibi [25] *ſecretis* [26] *agilis* [27] *Dea* [28] *ſaltibus* [29] *adſit,*
Silvaque [30] *perdendas præbeat alta feras.*
Sic faveant [31] *Satyri, montanaque numina* [31] *Panes:*
Et [32] *cadat* [33] *adverſa* [34] *cuſpide* [35] *foſſus aper.*
Sic tibi dent [36] *Nymphæ (quamvis odiſſe puellas*
Diceris) arentem quæ levet unda ſitim.
Addimus his lacrymas precibus quoque: verba precantis.
Perlegis, & lacrymas [37] *finge videre meas.*

1 Sc. prodeſt. 2 Qui dominatur Cretæ, & multis inſulis, quæ in mari ſunt. 3 Ordo eſt: Quid prodeſt mihi, quòd fulmina veniant. 4 Jovis: nam Phœbus filius eſt Jovis, Paſiphaë verò mater Phædra, filia Phœbi. 5 Jacta. 6 Phœbus, qui & Sol dicitur: nam Solis filia fuit Paſiphaë, Phædræ mater. 7 Quibus orbem terrarum illuſtrat. 8 Caput. 9 Circumdatus. 10 Pulchro, aut rubicundo: quia ſol manè rubet. 11 Curru. 12 Proſtrata eſt. Amore victa nobilitatis meæ rationem habere non potui. 13 Majorum meorum decus reſpicias, ne turpi amoris exitu violetur. 14 Q. d. Dabo tibi dotem inſulam Creten. 15 Ubi Jupiter natus eſt, & educatus. Virg. *Creta Jovis magni medio jacet inſula Ponto.* 16 Sit ſub poteſtate Hippolyti 17 Quicquid eſt paterni regni. 18 Duros 19 Argumentum à majori ad minus. 20 In coïtum ſuum impellere. 21 Sc. mea, Paſiphaë. 22 Fero. 23 Venus. 24 Tota eſt mecum, & violenta, pluſquam ſatis eſt. 25 Remotis, & non frequentatis. 26 Velox, qualem oportet eſſe venatricem. 27 Diana. 28 Nemoribus & campis. 29 Præſens ſit, & faveat. 30 Interficiendas. Q. d. Sic tibi faveat Diana, Dea venationis, ut non deſint tibi feræ, quas poſſis interficere. 31 Dii ſilveſtres, undè eos vocat *Numina montana.* 32 Moriatur. 33 Oppoſitâ: nam venabula ſolent opponi apris in pectus, ſupra quæ ſe ſæpe immittunt. 34 Haſtâ, ſc. tuâ. 35 Percuſſus. 36 Quæ præſunt undis, & fontibus. *Dent tibi undam, quæ levet*, i. e. minuat, *ſitim arentem*, i. e. quæ ex ariditate & ſiccitate concipitur. 37 Putate ita videre me flentem, ſicut legis verba mea.

EPISTOLA V.

ARGUMENTUM.

Cùm Hecuba, Ciſſei filia, & Priami uxor gravida eſſet, ardentem facem totam Trojam comburentem ſe parere ſomniavit. Territus itaque Priamus oraculum conſuluit: à quo cùm accepiſſet, oriturum filium, qui patriæ eſſet exitio, cùm primùm partus ederetur, juſſit interfici. Hecuba verò cum puerum, qui poſteà Paris dictus eſt, peperiſſet, maternâ pietate mota, paſtoribus regiis clam alendum mandavit. Is autem cùm jam adoleſceret, Oenonem Nympham adamavit: atque in uxorem duxit. Sed cùm Juno, Pallas & Venus de pulchritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo ſcriptum erat, *Detur pulcherrimæ*, à Jove ad Paridis arbitrium remiſſæ ſunt: cui cùm Juno regnum, Pallas ſapientiam, Venus voluptatem, & mulierum pulcherrimam promiſiſſet, pro Venere ſententiam tulit. Qui deinde à patre cognitus, & in gratiam ſuſceptus, Sparten navigans, Helenam, Menelai uxorem, rapuit, eamque Trojam abduxit. Quod cùm Oenone reſciviſſet, hac epiſtolâ de perfidiâ ejus conquerendo, Helenam Græcis reddi, & ſe recipi ſuadet.

OENONE PARIDI.

Perlegis? an [1] conjux [2] prohibet nova? perlege: non eſt
Iſta [3] Mycenæa littera facta manu.
[4] Pegaſis Oenone, Phrygiis [5] celeberrima [6] ſylvis,
[7] Læſa queror de te, ſi [8] finis ipſe, [9] meo.
Quis Deus [10] oppoſuit noſtris ſua numina votis?
Ne tua permaneam, [11] quod mihi crimen obeſt?
[12] Leniter, [13] ex merito quicquid [14] patiare, [15] ferendum eſt:
Quæ venit indignæ pœna, [16] dolenda venit.

1 Helena, quam nuper duxiſti. 2 Vetat te legere epiſtolam meam. 3 Menelai, qui fuit ex Mycenis. Mycenæ Peloponneſi urbs, Menelai & Agamemnonis patria. Q. d. non eſt ſcripta manu alicujus tui hoſtis: nam Menelaus propter raptam conjugem ſuam debuerat ſcribere literas, quas Paris non libenter legeret. 4 Nympha. Pegaſides enim Najades dicuntur, & fontium Nymphæ, & Muſæ ipſæ, quoniam fontium ſunt cultrices, *ἀπὸ τῆς πηγῆς, à fonte.* 5 Notiſſima. 6 In Idæ, Phrygiæ montis, ſylvis. 7 Quæ accepi injuriam à te. 8 Si pateris me queri, i. e. ſi non removes cauſam querelæ. 9 Qui es meus conjux. Nam priuſquam Paris Helenam raperet, Oenone Paridi nupſit. 10 Quod numen nobis obſtitit. 11 Cùm nihil commiſerim, neſcio quid mihi obſit, cur in tuo non perſtem conjugio. 12 Æquo animo. 13 Pro meritò, & juſtè. 14 Patiatur aliquis. Q. d. Ferendum eſt æquo animo, quicquid accidit homini merenti: at illud dolenter fertur, quod præter meritum evenit. 15 Tolerandum eſt. 16 Cum dolore ferenda.

Nondum [1] tantus eras, cum, te contenta marito,
[2] Edita de magno [3] flumine [4] Nympha fui.
[5] Qui nunc Priamides, ([6] abſit reverentia vero)
[7] Servus eras. ſervo [8] nubere Nympha [9] tuli.
[10] Sæpe greges inter requievimus arbore [11] tecti;
Miſtaque cum foliis [12] præbuit herba torum.
Sæpe ſuper [13] ſtramen fœnoque jacentibus alto
[14] Defenſa eſt [15] humili [16] cana pruina [17] caſa.
Quis [18] tibi monſtrabat ſaltus [19] venatibus aptos;
Et [20] tegeret catulos qua fera [21] rupe ſuos?
Retia ſæpe [22] comes maculis [23] diſtincta tetendi;
Sæpe citos [24] egi per [25] juga longa canes.
[26] Inciſæ ſervant à te mea nomina fagi:
Et [27] legor Oenone falce [28] notata tua.
Et quantum [29] trunci, [30] tantum mea nomina creſcunt:
Creſcite, & in [31] titulos [32] ſurgite recta meos.
[33] Populus eſt (memini) fluviali [34] conſita [35] ripa,
Eſt in qua noſtri littera ſcripta [36] memor.
Popule, [37] vive precor, quæ conſita [38] margine ripæ,
Hoc in [39] rugoſo cortice [40] carmen habes:

1 Tanti nominis & potentiæ: quia tunc eras in numero paſtorum, non procerum, aut filiorum regis, ficut nunc es. 2 Genita. 3 Xantho. 4 Sc. ego. 5 Qui nunc diceris filius Priami, regis Trojanorum. 6 Ignoſcas, ſi vera narro: aut, ſecedat perſonæ reſpectus, & omni pudor, ubi quid ex fide narratur. 7 Regii paſtoris, i. e. paſtor, & armenta cuſtodiebas. 8 Fieri uxor. 9 Paſſa ſum. 10 Commemorat conſuetudinem, quæ ſibi fuit cum Paride. 11 Sub umbrâ arboris. 12 Fuit nobis pro toro 13 A ſternendo dicitur, quicquid poteſt ſubterſterni. 14 Vitata ſub humili caſa. 15 Non altâ. 16 Alba. 17 Tugurio, paſtoris domo. 18 Qui eras imperitus locorum. 19 Venationibus, vel venatoribus. 20 Occultaret. 21 In quâ parte montis eſſent ferarum luſtra. 22 Sc tua, i. e. quæ tecum veniebam. 23 Plena nodis. 24 In feras impuli, inſtigavi. 25 Per montes. 26 Inſcriptæ. 27 In fagis, & aliis arboribus. 28 Scripta. 29 Populei: hi ſunt, quibus arbores nituntur. 30 Quia quantò majores arbores fiunt, tantò magis apparent notæ, & literæ mei nominis. 31 Commemorationem mei nominis, ut teſtimonium faciatis, me Paridi nupſiſſe. 32 Erigimini. 33 Arbor, quæ aquis gaudet. 34 Poſita, plantata. 35 Ad ripas Xanthi fluminis. 36 Quæ mei memoriam ſervat, propter ſcripturam tuam. 37 In invidiam Paridis, ne noſtrum poſſit diſſimulari conjugium. 38 Extremitate Xanthi fluminis. 39 Aſpero, & pleno rugis. 40 Quod Paris ſcripſit.

Cum

[1] *Cum Paris Oenone poterit* [2] *ſpirare relicta,*
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe, retro [3] *propera;* [4] *verſæque recurrite* [5] *lymphæ.*
[6] *Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.*
[7] *Illa dies* [8] *fatum miſeræ mihi dixit: ab* [9] *illa*
Peſſima mutati [10] *cœpit amoris* [11] *hyems:*
[12] *Qua Venus & Juno, ſumptiſque* [13] *decentior armis*
Venit in [14] *arbitrium nuda Minerva tuum.*
[15] *Attoniti* [16] *micuere ſinus, gelidusque cucurrit,*
[17] *Ut mihi* [18] *narraſti, dura per oſſa* [19] *tremor.*
[20] *Conſului (neque enim modice terrebar)* [21] *anuſque,*
[22] *Longævoſque ſenes:* [23] *conſtitit* [24] *eſſe nefas.*

1 Tunc aqua fluvii Xanthi reverſura eſt ad fontem, cùm Paris poſſet vivere, Oenone à ſe derelicta. Q. d. quod ſicut impoſſibile eſt, quod aqua Xanthi unquam revertatur ad fontem ſuum: ita erit impoſſibile, quod ego Paris poſſim ſine Oenone vivere. 2 Vivere. 3 In tuum fontem relabere. 4 A curſu ſuo mutata. 5 Aquæ. 6 Patitur, & poteſt. 7 Narrat originem malorum ſuorum, quæ incepit quando tres Deæ ſuppoſuerunt ſe judicio Paridis. 8 Infortunii initium mihi fuit. 9 Die, *quâ Venus*, &c. 10 Incepit. 11 Diſſidium: tranſlatio à mari 12 Ad nuptias Pelei, Æaci filii, & Thetidis uxoris ejus, quæ in Pelio Theſſaliæ celebratæ ſunt, Diis omnibus ac Deabus. præter Diſcordiam invitatis, illa indignata, accumbentibus cum Jove, Junone ejus uxore, & Pallade, & Venere, in medium earum pomum conjecit, in quo ſcriptum erat, *Detur pulchriori.* Cumque quælibet earum ſe pulchriorem diceret, neque Jupiter vellet judicare, ne aut uxorem, aut filias offenderet, eas remiſit ad Paridem, à quo juſſit eas petere hujus contentionis judicium. Ad hunc igitur in Ida monte armenta ſervantem, cùm tres Deæ acceſſiſſent, ſeorſum cum eo quæque locutæ, pollicitationibus corrumpere tentaverunt. Nam Juno divitias & regna: Pallas gloriam, ſapientiam, & rerum omnium cognitionem: Venus autem voluptatem, & pulcherrimæ in toto orbe terrarum mulieris uſum & poſſeſſionem promiſit. Quas auditas Paris, juſſit antè ſe nudas adeſſe, ut certius de earum pulchritudine judicare poſſet, & tandem Veneris promiſſis magis captus, pro ea ſententiam tulit. Hic Paris poſteà aliquot navibus ædificatis Spartam navigavit; ubi cum à Menelao hoſpitio exceptus fuiſſet, deinde ipſi Menelao contigiſſet in Cretam proficiſci, ille perfidus hoſpes Helenam, Menelai uxorem, Jovis ex Læda filiam, omnium mulierum pulcherrimam, in amorem ſuum ſollicitatam, abduxit ad Trojam. 13 Quæ armata eſt ſpectabilior, quam nuda. 14 In judicium tuum de pomo. 15 Terrefacti. 16 Tremuêre: ut Ep. 1. *Uſque metu micuêre ſinus.* 17 Poſtquam. 18 Dixiſti mihi, tres Deas ad judicium tuum veniſſe. 19 Qui facit homines gelidos. 20 Interrogavi. 21 Vetulas mulieres, quæ plerumque interpretantur talia. 22 Longæ ætatis. 23 Ab illis judicatum eſt: uno ore prædixerunt. 24 Eſſe malum, aut aliquid mali portendi.

Caſa

[1] Cæſa [2] abies, ſectæque [3] trabes, &, claſſe parata,
[4] Cærula [5] ceratas accipit unda rates.
[6] Fleſti [7] diſcedens: hoc ſaltem [8] parce negare.
Præterito magis eſt iſte [9] pudendus [10] amor.
Et [11] fleſti, & noſtros vidiſti flentis [12] ocellos.
Miſcuimus lacrymas mœſtus uterque [13] ſuas.
[14] Non ſic [15] appoſitis [16] vincitur vitibus [17] ulmus,
[18] Ut tua ſunt collo brachia [19] nexa meo.
Ah quoties, cum te vento quererere [20] teneri,
[21] Riſerunt comites! [22] ille [23] ſecundus erat.
Oſcula dimiſſæ quoties [24] repetita dediſti!
[25] Quam vix [26] ſuſtinuit dicere lingua, Vale!
[27] Aura levis rigido pendentia lintea [28] malo
[29] Suſcitat; & remis [30] eruta [31] canet aqua.
[32] Proſequor infelix oculis abeuntia vela,
[33] Qua licet; & lacrymis [34] humet arena meis.
[35] Utque celer venias virides [36] Nereïdas oro.
[37] Scilicet ut venias in [38] mea damna celer.
Votis ergo meis [39] alii [40] rediture rediſti?

1 Inciſa, ſc. eſt. Brevis narratio apparatus Paridis ad rapiendam Helenam. 2 Arbor montana, apta navibus ædificandis. 3 Ligna. 4 Coloris cærulei. 5 Naves cera, vel pice illitas. 6 Quod amoris ſignum fuit. 7 A me, ut peteres Spartam. 8 Abſtine, & noli negare hoc, te fleviſſe, cùm à me diſcederes. 9 Eſt turpior tibi, quam meus, i. e. magis te pudere deberet amare Helenam, quam confiteri amaſſe me, quia amor meus erat licitus & honeſtus. 10 Helenæ adulteræ, quæ virum reliquit, & liberos, ut externum ſequeretur. 11 Uterque flevimus. 12 Oculos mei flentis. 13 Proprias. Ut, *Quiſque patimur manes.* 14 Comparatio amplexus Paridis. 15 Adhærentibus, tanquam maritis ſuis. 16 Ligatur. 17 Arbor vitibus apta, præſertim in Italia. 18 Sicut. 19 Implicita. 20 Impediri. 21 Quia videbant non eſſe verum, quod querebaris: ſed te hoc facere, quia pigebat te à me diſcedere. 22 Ventus. 23 Felix. 24 Renovata: quia cùm me dimiſiſſes, ſæpè revertebaris, ut me oſculareris. 25 Quam difficile 26 Potuit. Q. d. abiens præ dolore vix me ſalutare potuiſti. 27 Exponit proceſſum diſceſſus Paridis. 28 Arbore navis: decl. hic malus. 29 Movet, i. e. libero & ſecundo vento navigas. 30 Commota 31 Spumeſcit. 32 Proſpicio. 33 Quatenus licet, i. e. quantum poſſum. 34 Madefit. 35 Precor pro celeri reditu tuo. 36 Nymphas, maris Nelei filias. 37 Certè: & eſt quaſi irriſio ſui ipſius, quæ in damnum ſuum reditum Paridis optaverat. 38 Ad meum exitium. 39 Ad utilitatem alterius, ſc. Helenæ, quæ te jam marito fruitur. 40 Qui eras rediturus.

Hei mihi, [1] pro dira [2] pellice [3] blanda fui!
[4] Aſpicit [5] immenſum [6] moles [7] nativa [8] profundum;
[9] Mons fuit: æquoreis illa [10] reſiſtit aquis.
[11] Hinc ego vela tuæ cognovi [12] prima carinæ:
Et mihi per [13] fluctus [14] impetus ire fuit.
Dum [15] moror, in ſumma fulſit mihi [16] purpura prora.
Pertimui: cultus non erat ille [17] tuus.
Fit [18] propior, terraſque [19] cita ratis attigit [19] aura:
Fœmineas vidi [20] corde tremente [21] genas.
Non [22] ſatis [23] id fuerat: quid enim furioſa morabar?
[24] Hærebat gremio [25] turpis amica tuo.
[26] Tunc vero [27] rupique ſinus, & pectora [28] planxi,
Et [29] ſecui madidas [30] ungue rigente genas:
[31] Implevique [32] ſacram querulis ululatibus Iden.
[33] Illinc has [34] lacrymas in [35] mea ſaxa tuli.
[36] Sic Helene doleat, deſertaque conjuge ploret;
Quæque prior nobis intulit, ipſa [37] ferat.
[38] Nunc tibi [39] conveniunt, quæ te per aperta ſequantur
Æquora, [40] legitimos [41] deſtituantque viros.

1 In utilitatem pellicis, quæ mihi nocet. 2 Sc. meâ, i. e. Helenâ. Pellex autem dicitur reſpectu mulieris, & non viri: ut Calyſto fuit pellex Junonis, & non Jovis. Eſt autem pellex, quæ, cùm uxor non ſit, cum aliquo tamen vivit, ut uxor: quam nunc concubinam appellant. 3 Diis ſupplex. 4 Qui in ea eſt aſpicere poteſt. Sigæum promontorium deſcribit, undè primùm vidit Paridem revertentem à Græcia cum Helena. 5 Quaſi quod ſit ſine menſurâ. 6 Altitudo. 7 Naturalis, non arte facta. 8 Mare. 9 Sc. illa moles. 10 Opponitur, & eas frangit. 11 Ex illa mole. 12 Antè alios. 13 Ut tibi obviam irem. 14 Vehemens voluntas. 15 Exſpecto. 16 Veſtis purpurea, qui habitus erat muliebris. 17 Quem tu ſolebas geſtare, aut qui tibi conveniebat. 18 Propinquior, ſc. navis. 19 Volucri vento. 20 Sc. meo. 21 Vultum: pars pro toto. 22 Ad dolorem meum. 23 Vidiſſe faciem muliebrem. 24 Sedebat in ſinu tuo: & hoc erat mihi acerbius. 25 Per adulterium & rapinam parta. 26 Cùm vidi amicam eſſe in gremio tuo. 27 Dilaceravi veſtes. 28 Percuſſi. 29 Incidi, & laceravi. 30 Unguibus duris. 31 Exclamavi altâ voce. 32 Propter Cybeles ceremonias, & ſacra, quæ in Idâ celebrabantur. 33 In Idam montem. 34 Has imprecationes cum lachrymis, quas fundo præ dolore. 35 In ſaxa montis Idæ, in quibus habitare ſoleo. 36 Sicut ego. 37 Patiatur mala, quæ ego nunc ſentio. 38 Quòd Priami filius diceris, & quod dives es. 39 Fœminæ fugitivæ & adulteræ placent. 40 Juſto matrimonio ſibi junctos, quos non relinquunt, niſi impudiciſſimæ mulieres. 41 Derelinquunt.

[1] At cum pauper eras, armentaque paſtor [2] agebas,
Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.
Non ego [3] miror opes, nec me tua regia [4] tangit,
Nec de tot Priami [5] dicar ut una nurus.
[6] Non tamen ut Priamus [7] Nymphæ ſocer eſſe [8] recuſet;
Aut Hecubæ fuerim [9] diſſimulanda nurus.
[10] Dignaque ſum, & cupio fieri [11] matrona [12] potentis.
Sunt mihi, quas poſſint ſceptra [13] decere, manus.
Nec me, [14] faginea quod tecum fronde jacebam,
Deſpice: [15] purpureo ſum magis apta toro.
Denique, [16] tutus amor meus eſt tibi. nulla parantur
[17] Bella, nec [18] ultrices advehit unda [18] rates.
[19] Tyndaris [20] infeſtis fugitiva [21] repoſcitur armis.
[22] Hac venit in thalamos dote [23] ſuperba tuos.
[24] Quæ [25] ſi ſit Danaïs reddenda, vel [26] Hectora fratrem,
Vel cum Deïphobo [27] Polydamanta roga.
Quid [28] gravis Antenor, Priamus quid [29] ſuadeat ipſe,

1 Q. d. Non ſequuntur te, ſed fortunam tuam: ego autem ſecuta ſum te, quæ in paupertate tua tibi nupſi, & te amavi. 2 Ducebas. 3 Suſpicio, & cupio, i. e. non habeo reſpectum tuarum opum, & magnæ tuæ potentiæ. 4 Movet. 5 Sc. nuribus: quinquaginta autem nurus habuit Priamus, & generos 12. teſte Homero. 6 Sc. eſt. 7 Sc. mei. 8 Quod ſpernat, & dedignetur. 9 Tacenda, & occultanda, i. e. quod Hecubam debeat pudere, dicere me eſſe nurum ſuam. Q. d. non improbant meum conjugium Priamus & Hecuba; nec ſi velint, poſſint. 10 Tuo conjugio, & mereor: ſum enim nympha. 11 Uxor: nam matrona eſt, quæ legitimè viro nupſit. 12 Sc. tui. 13 Sunt mihi manus ad ferendum ſceptrum honeſtè, licet in ſylvis habitaverim. 14 Aut ſub arbore fago, aut quia ex frondibus arborum fiebant plerumque tori, & præcipuè ab iis, qui habitabant ſylvas. 15 Purpurâ ornato, regio, i. e. convenit mihi regius thalamus. 16 Sine periculo. 17 Qualia imminent ex Helenæ rapinâ. 18 Quales pro Helena repetenda parantur. Ferunt autem naves fuiſſe mille centum ſeptuaginta & quinque. 19 Helena, quæ putabatur filia Tyndari ex Læda: nam reverà filia Jovis fuiſſe dicitur. 20 Inimiciſſimis. 21 A marito Menelao, & à tota Græcia: nam Palamedes, Ulyſſes, & Menelaus legati ad Trojam venerunt, ut Helena cum bonis omnibus redderetur: cùm non impetraſſent, bellum indixerunt. 22 Irriſoriè. Q. d. pro dote adfert tibi bellum. 23 Quia videt bellum propter ſe moveri. 24 Helena. 25 An. 26 Non à fratribus quæras, an ſit reddenda Helena: ſed populum conſulas. 27 Polydamas vir Trojanus fuit ex primoribus. 28 Venerabilis, prudens. 29 Quid ſentiat, an reddenda, an retinenda ſit Helena: nam Antenor in concilio ſuaſit, Helenam omninò reddendam eſſe. Ideò Horat. *Antenor cenſet belli præcidere cauſam.*

Conſule;

[1] Conſule; [2] quis [3] ætas longa magiſtra fuit.
Turpe [4] rudimentum, [5] patriæ præponere [6] raptam.
Cauſa [7] pudenda tua eſt; [8] juſta [9] vir [10] arma movet.
[11] Nec tibi, ſi [12] ſapias, fidam promitte [13] Lacænam,
[14] Quæ ſit in [15] amplexus tam cito [16] verſa tuos.
[17] Ut [18] minor Atrides [19] temerati fœdera lecti
[20] Clamat, & [21] externo læſus amore dolet;
[22] Tu quoque [23] clamabis. [24] Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt: [25] deperit [26] illa [27] ſemel.
[28] Ardet amore tui: [29] ſic & Menelaon amavit.
Nunc jacet in viduo [30] credulus [31] ille toro.
[32] Felix Andromache, [33] certo bene nupta [34] marito!
Uxor ad exemplum [35] fratris habenda fui.
[36] Tu [37] levior foliis, [38] tunc cum, ſine pondere ſucci,
Mobilibus ventis arida facta [39] cadunt.
Et minus eſt in te, quam ſumma pondus [40] ariſta,
[41] Quæ levis aſſiduis [42] ſolibus [43] uſta riget.

1 Interroga. 2 Quibus. 3 Quibus longa ætas rerum experientiam dedit: longa enim ætas hominem facit prudentiorem, quia *ſeris venit uſus ab annis.* 4 Inſtitutio. Rudimenta omnium diſciplinarum principia dicuntur. 5 Civitati tuæ, i. e. malle eam retinere, quam ſervare patriam tuam, quæ propter ipſam eſt peritura. 6 Abductam, non autem legitimè tibi junctam. 7 Turpis, digna pudore. 8 Pro recuperanda uxore. 9 Menelaus. 10 Bella. 11 Reddit Helenam ſuſpectam infidelitatis, quod priori marito non ſervaverit fidem. 12 Quamvis optes. 13 Helenam, à Laconia regione, undè fuit oriunda: maſc. eſt Lacon; fœm. Lacæna; neut. Laconicum. 14 Helena. 15 In tuum amorem & concubitum. 16 Mutata ab amore Menelai. 17 Sicut. 18 Junior, ſc. Menelaus: nam Agamemnone minor natu fuit. 19 Adulterio vitiati. 20 Conqueritur. 21 Peregrino, ſc. tuo. 22 Sicut ille. 23 Cùm te deceperit. 24 Ordo eſt: Pudicitia læſa, eſt reparabilis nullâ arte, quia illa deperit ſemel, i. e. pudicitia amiſſa nunquam ampliùs reparari poteſt. 25 Amittitur. 26 Pudicitia. 27 Uno tempore: non autem ſæpius. Semel enim fieri dicitur id, quod infactum reddi non poteſt. 28 Objectio. Amat te, dicet aliquis. 29 Ut te amat, non vero amore: nam eum deſeruit, te ſecuta. Reſponſio ad objectionem, q. d. non eſt fidendum ejus amori. 30 Qui nimium facile credidit ſe amari, quique pudicam Helenam fore credidit. 31 Menelaus. 32 Ex commendatione Hectoris fratris tui. 33 Fido, & ſtabili, qui præter Andromachen, nullum duxit. 34 Hectori, fratri tuo. 35 Quia ſicut Hector diligit Andromachen, ita me deligere debueras. 36 O Pari. 37 Mutabilior. 38 Q. d. non omnibus foliis, ſed aridis, quæ ſolent eſſe leviora. 39 Sparguntur, & per aëra feruntur. 40 Quæ ita dicta eſt ab ariditate. Ariſta eſt extrema ſpicæ pars. 41 Ariſta. 42 Continuo calore. 43 Coacta.

[1] Hæc tua (nam recolo) quondam [2] germana [3] canebat,
Sic mihi diffuſis vaticinata [4] comis?
[5] Quid facis, Oenone? [6] quid arenæ ſemina mandas?
Non [7] profecturis littora bubus aras.
Graja [8] juvenca venit, quæ te, patriamque, domumque
[9] Perdat. io [10] prohibe; Graja juvenca venit.
[11] Dum licet, obſcœnam ponto, Dî, mergite [12] puppim.
Heu quantum Phrygii ſanguinis illa vehit!
Dixerat. [13] in curſu famulæ [14] rapuere [15] furentem.
At mihi flaventes [16] diriguere comæ.
Ah [17] nimium vates miſeræ mihi vera fuiſti?
Poſſidet en [18] ſaltus illa juvenca meos.
Sit facie quamvis [19] inſignis, adultera certe eſt.
[20] Deſeruit ſocios [21] hoſpite capta [22] Deos.
Illam de [23] patria Theſeus, (niſi nomine fallor)
Neſcio quis Theſeus, [24] abſtulit arte [25] ſua.

1 Quæ nunc evenerunt. 2 Soror, ſc. Caſſandra. Hæc fuit Priami filia, cujus amore captus Phœbus, promiſit ei vaticinandi artem, ſi ſibi obſecuta eſſet: quod cùm illa ſe facturam dixiſſet, poſtea acceptâ arte, & poteſtate vaticinandi, negavit. Quam rem Phœbus ægrè ferens, cùm ei auferre non liceret, quod ſemel dederat, abſtulit ei fidem divinationis: effecit enim, ut ei non crederetur. Unde Virg. 2. Æn. *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora, Dei juſſu, non unquam credita Teucris.* Dicit igitur Oenone, Caſſandram prædixiſſe ſibi, adventum Helenæ, pernicioſum ſibi & Trojanis fore. 3 Prædicebat. 4 Crinibus ſparſis per humeros, quemadmodum vaticinantes habere ſolent: ut Virg. de Sibylla: *Non comptæ manſere comæ* 5 Verba ſunt Caſſandræ. 6 Q. d. fruſtra amas Paridem. Tranſlatio ab agricolis: ſicut enim amittunt ſemina, qui ea in arena ſpargunt; ita illi dicuntur amittere laborem, qui in ea re laborant, quam aſſequi nequeunt. 7 Reddituris fructum. 8 Helena. 9 Quæ evertet & deſtruet Trojam, & Laomedontis familiam. 10 Oh prohibe, ſc. ne veniat. 11 Dum nondum attigit littus. 12 Paridis navem, quæ vehit obſcœnam mulierem Helenam. 13 In medio vaticinandi calore, cùm longè prædicenda ſibi reſtarent. 14 Suſtinuerunt. 15 Vaticinantem. 16 Rigidæ factæ ſunt ex metu. 17 Quia venit illa juvenca, & expulit me. 18 Illa juvenca eſt in poſſeſſione meorum paſcuorum, i. e. poſſidet maritum meum, quem ego poſſidere deberem. Tranſlatio eſt: nam juvencæ ſolent paſci in ſaltibus, i. e. nemoribus, ubi ſunt paſcua. 19 Egregia, pulchra. 20 Fugiens à patriâ. 21 Helena capta amore tui, hoſpitis ſui. 22 Connubio præſidentes, aut patrios. 23 Sc. ſua. 24 Exportavit. 25 Suis dolis.

[1] *Ac* [2] *juvene &* [3] *cupido* [4] *credatur* [5] *reddita* [6] *virgo.*
[7] Unde [8] *hæc* [9] *compererim tam bene, quæris?* [10] *amo.*
[11] *Vim* [12] *licet appelles, & culpam* [13] *nomine* [14] *veles;*
[15] *Quæ* [16] *toties rapta eſt, præbuit ipſa rapi.*
At manet Oenone [17] *fallenti* [18] *caſta* [19] *marito:*
Et poteras falli [20] *legibus ipſe tuis.*
Me [21] *Satyri celeres (ſilvis ego tecta latebam)*
Quæſierunt [22] *rapido turba* [23] *proterva pede:*
Cornigerumque caput [24] *pinu præcinctus acuta*
Faunus, in immenſis [25] *qua* [26] *tumet* [27] *Ida* [28] *jugis.*
Me [29] *fide* [30] *conſpicuus Trojæ* [31] *munitor amavit.*
[32] *Ille meæ* [33] *ſpolium virginitatis habet.*
[34] *Id quoque* [35] *luctando.* [36] *rupi tamen ungue* [37] *capillos,*
[38] *Oraque ſunt digitis* [39] *aſpera facta meis.*
Nec [40] *pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci.*
Turpiter [41] *ingenuum munera corpus emunt.*
[42] *Ipſe,* [43] *ratus* [44] *dignam,* [45] *medicas mihi tradidit artes;*
[46] *Admiſitque meas ad ſua* [47] *dona manus.*

1 Reddit eam ſuſpectam ſtupri, cùm rapta fuit. 2 Nam juvenes proniores ſunt in Venerem. 3 Amante Q. d. Non eſt credibile, quod juvenis, & amans Theſeus, caſtam reddiderit Helenam. 4 Debeat-ne credi? Q. d. non. 5 Reſtituta. 6 Intacta, & inviolata. 7 A quo. 8 Quæ dixi de Helenâ. 9 Cognoverim. 10 Nihil eſt, quod amor non ſentiat. Unde Virg. *Quis fallere poſſit amantem?* 11 Violentiam illatam à Theſeo. 12 Quamvis. 13 Sc. violentiæ, & non voluntarii delicti. 14 Tegas. 15 Ipſa Helena, quæ toties eſt capta, voluit capi. 16 Invidioſe dixit, cùm bis tantum fuerit rapta: primùm à Theſeo, deinde à Paride. 17 Tibi, qui me fallis. 18 Inviolata. 19 Paridi. 20 Quibus tu uſus es; quia, quo jure utitur maritus in uxorem, eodem poteſt uti uxor in maritum. 21 Dii ſilveſtres. 22 Celeri, proſecutione. 23 Libidinoſa. 24 Quia coronas ex frondibus pineis ferre dicitur. 25 Sc. parte. 26 Altus eſt, eminet. 27 Phrygiæ mons. 28 In altitudine. 29 Citharâ. 30 Inſignis. 31 Tutator: undè mœnia dicuntur quaſi munia. Intelligit autem Apollinem, qui dicitur cum Neptuno, promiſſâ ſibi mercede à Laomedonte, Trojæ muros feciſſe. 32 Phœbus. 33 Tranſlatio a victore: nam ſpolium dicitur, quicquid victo eripitur à victore. 34 Spolium virginitatis. 35 Sc. habet, i. e. pugnando, & non voluntate mea. 36 Laniavi. 37 Ipſius Phœbi. 38 Phœbe. 39 Quoniam unguibus illa ſecui. 40 Mercedem. 41 Liberum, i. e. turpe eſt liberæ mulieri corpus ſuum pro quæſtu proſtituere. Ingenuus eſt, cujus majores ſemper fuerunt liberi, nec unquam ſervierunt. 42 Phœbus. Q. d. ſponte ſuâ, me nihil petente. 43 Arbitratus. 44 Tanto munere. 45 Artem medendi. 46 Accepit, vel adhibuit. 47 Ad medicinam, cujus eſt autor.

Quæcumque herba [1] potens ad opem, radixque medendi
Utilis in toto naſcitur orbe, [2] mea eſt.
Me miſeram, quod amor non eſt medicabilis herbis!
[3] Deficior prudens [4] artis ab arte mea.
[5] Ipſe repertor [6] opis vaccas [7] paviſſe [8] Pheræas
Fertur, & è noſtro ſaucius [9] igne fuit.
[10] Quod neque graminibus tellus fœcunda creandis,
Nec [11] Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes, & [12] merui. [13] dignæ miſerere puellæ.
Non ego cum [14] Danaïs arma cruenta fero.
Sed tua ſum, tecumque fui [15] puerilibus annis:
Et tua, quod [16] ſupereſt temporis, eſſe precor.

1 Efficax. 2 Mihi cognita, & meæ arti ſubjecta. 3 Derelinquor. 4 Perita medicinæ. 5 Phœbus. 6 Medicinæ, quia hominibus, etiam de vitâ periclitantibus, opitulatur. Hanc autem artem à Phœbo inventam ipſe Phœbus Metam. lib. 1. dicit: *Inventum medicina meum eſt, opifexque per orbem Dicor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.* 7 Ad paſcua duxiſſe. 8 Theſſalicas, i. e. vaccas Admeti, regis Theſſaliæ. Pheræ enim urbs fuit Theſſaliæ. Q. d. Neque tamen mirum videri debet, me non poſſe mederi amori meo: cùm nec ipſe Apollo, inventor medicinæ, idem hoc potuerit; ut qui captus amore Alceſtidis, Admeti regis armenta paverit. 9 Meo amore flagravit. 10 Potes ſanare mea vulnera, quæ nec arte, nec Dei ope coïrent. 11 Phœbus. 12 Quia te dilexi, & ſemper tibi fida fui. 13 Meritæ. 14 Cum Græcis, ſicut Helena. 15 Puellaribus. 16 Reſtat.

EPISTOLA VI.

ARGUMENTUM.

Monitus oraculo Pelias, Neptuni filius, tunc illi propinquam fore mortem, cùm patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſibi ſupervenerit: cui annua ſacra peragenti, Jaſon, Æſonis filius, ejuſque nepos, demiſſo in limo Anauri fluvii calceamento, ad ſacra properans, altero pede exuto occurrit. Pelias igitur oraculi memor, Jaſoni ſuaſit, ut Colchon iret, aureum vellus quæſiturus: ſperans illic eum periturum, cùm audiviſſet opus eſſe humanis viribus inſuperabile. Jaſon autem veluti magnanimus, expeditionem libenter aſſumens, ac multis Græciæ Nobilibus convocatis, Argo navem ex Pagaſo, Theſſaliæ ſinu, ſolvens, in Lemnon inſulam delatus eſt: ubi cùm mulieres viros omnes communi conſilio unâ nocte interfeciſſent, Hypſipyle, Thoantis filia, quem ſub falsâ mortis ſimulatione ſalvaverat, tunc imperium occupabat: quæ Jaſonem & hoſpitio, & lecto liberaliſſime excepit. Verùm jam duobus annis peractis, orantibus ſociis, & exigente tempore, ut prædictam expeditionem perficeret, Hypſipylem gravidam relinquens, Colchon navigavit. Ubi arte Medeæ dracone ſopito, tauriſque ſuperatis, aureum illud vellus adeptus, illam ſecum abduxit. Quare Hypſipyle Medeam ſibi prælatam dolens, hac epiſtolâ Jaſon de proſpero reditu congratulando, in contemptum ejus, crudelitatem atque incantationes execrans, vertere nititur. Poſtremò in Jaſonem & Medeam imprecatur.

HYPSIPYLE JASONI.

[1] *Littora* [2] *Theſſaliæ* [3] *reduci tetigiſſe* [4] *carina*
Diceris, auratæ [5] *vellere dives ovis.*
[6] *Gratulor incolumi,* [7] *quantum ſinis.* [8] *hoc tamen ipſo*
Debueram [9] *ſcripto* [10] *certior eſſe tuo.*
Nam, ne [11] *pacta tibi* [12] *præter mea* [13] *regna redires,*
[14] *Cum cuperes; ventos non habuiſſe potes.*
[15] *Quamlibet* [16] *adverſo* [17] *ſignetur epiſtola vento.*

1 Portum. 2 Regionis tuæ. Dicta eſt Theſſalia, à Theſſalo, Æmonis filio. 3 Incolumi, & ex magnis periculis liberata. Nam propriè dicuntur reduces, qui pericula evadunt. Q. d. Diceris Argo navi incolumis in patriam rediiſſe. 4 Argo navi. 5 Lanâ: dicitur autem à vellendo: quia apud veteres non tondebatur, ſed vellebatur. 6 Gaudeo, quòd incolumis redieris 7 Quantum permittis, ſc. me gratulari. 8 De hoc ipſo, quod incolumis rediiſſes cum vellere aureo, ut gratularer. 9 Per aliquam tuam epiſtolam. 10 Admoneri. 11 Promiſſa, ſc. à te. 12 Juxta, ad. 13 Lemnon. 14 Quamvis cuperes Q. d. Poſſibile eſt, quod non habueris ventos proſperos, ut redires ad me, cùm velles redire. 15 Quamvis: q. d. etiam breviſſima. 16 Contrario tibi, ne ſineret te venire. Q. d. Quamvis ventus fuiſſet adverſus, potuiſſes tamen aliquam ſcribere epiſtolam. 17 Claudatur, & ſcribatur: unde reſignare epiſtolas, eſt aperire. Ponitur autem *ſignetur*, pro ſignata fuiſſet.

Hypſi-

[1] *Hypſipyle* [2] *miſſæ digna ſaluti fui.*
Cur mihi [3] *fama prior, quam* [4] *nuncia* [5] *littera, venit,*
Iſſe ſacros [6] *Marti ſub juga* [7] *panda* [8] *boves?*
[9] *Seminibus* [10] *jactis* [11] *ſegetes* [12] *adoleſſe virorum,*
Inque necem [13] *dextra non eguiſſe tua?*
[14] *Pervigilem* [15] *ſpolium* [16] *pecudis ſervaſſe draconem,*
[17] *Rapta tamen forti vellera fulva manu?*
[18] *O, ego ſi poſſem* [19] *timide credentibus, Iſta*
[20] *Ipſe mihi ſcripſit, dicere,* [21] *quanta forem!*
Quid queror [22] *officium* [23] *lenti* [24] *ceſſaſſe mariti?*
[25] *Obſequium, maneo ſi tua, grande* [26] *tuli.*
[27] *Barbara narratur veniſſe* [28] *venefica tecum,*
In mihi promiſſi parte recepta tori.
[29] *Credula res amor eſt. utinam* [30] *temeraria dicar*
Criminibus [31] *falſis* [32] *inſimulaſſe virum!*
[33] *Nuper ab* [34] *Æmoniis hoſpes mihi Theſſalus* [35] *oris*
Venerat; & tactum [36] *vix bene* [37] *limen erat:*
[38] *Æſonides, dixi, quid agit* [39] *meus?* [40] *Ille* [41] *pudore*

1 Sc. ego. 2 A te. 3 Publicus ſermo omnium. 4 Quæ nunciaret mihi. 5 Epiſtola tua. 6 Qui erant Marti conſecrati propter ferocitatem, quæ ipſi Marti attribuitur. 7 Curva: à pando. 8 Tauros. 9 Sc. quam fama nuntia. 10 Sparſis. 11 Viros ſeminatos. 12 Creviſſe. Jaſon acceptos dentes ſerpentis à Medea ſeminavit. 13 Quia ſe ipſos interfecerunt. Nam cum Jaſon quædam, quæ Medea dederat, in medios illos terrigenas projeciſſet, illi arma in ſe converterunt, & mutuis vulneribus ceciderunt. 14 Nunquam dormientem ſerpentem. 15 Pellem. 16 Arietis. Fagum enim ex qua pendebat vellus, cuſtodiens aſſiduè vigilabat ſerpens, qui Orphei cantu, & Medeæ carminibus conſopitus eſt: Jaſon, juvantibus Caſtore, Polluce, & Mopſo, vellus ſubripuit. 17 Vi capta. 18 Dicit, quòd exiſtimaret ſe felicem, ſi poſſet dicere hæc ſibi ab Jaſone ſcripta fuiſſe. 19 Vix, ſine certa fide. 20 Jaſon. Propriâ manu hæc mihi ſcripſit. 21 Quam magna, quam felix. Q. d. feliciſſima. 22 Scribendi mihi. 23 Tardi. 24 Defuiſſe mihi. 25 Rem gratam, i. e. ſatisfeciſti mihi, ſi modò remaneo tua: nec decet me queri, quod nihil ad me ſcripſeris. 26 Accepi. 27 Crudelis: quippe quæ fratrem Abſyrtum in fruſtra diſcerpſit, filios trucidavit, & Creontis regiam incendit. 28 Incantatrix, ſc. Medea: nam venefici dicuntur, qui vel incantationibus, vel alio quovis modo hominum mentes pervertunt: nam omnia, quæ hanc vim habent, venena dici poſſunt. 29 Quæ facilè credit. 30 Facilè, nullo adhibito conſilio, credens. 31 Falsò. 32 Accuſaſſe. 33 Narrat quomodo id intellexerit. 34 Theſſalicis: nam ab Æmone rege Theſſalia Æmonia dicta eſt. 35 Regionibus: ut *Troja qui primus ab oris.* 36 Vix erat ingreſſus domum. 37 Ingreſſus domus. 38 Jaſon, filius Æſonis. 39 Sc. maritus. 40 Hoſpes. 41 Quia non audebat mihi dicere, quod feceras,

Hæſit

[1] *Hæſit in oppoſita lumina* [2] *fixus humo.*
Protinus [4] *exilui; tuniciſque à pectore* [5] *ruptis,*
Vivit? an, exclamo, me quoque fata [6] *trahunt?*
Vivit, [7] *ait. timidumque mihi* [8] *jurare coëgi.*
Vix mihi, [9] *teſte Deo, credita vita tua eſt.*
[10] *Ut rediit animus, tua facta requirere cœpi.*
Narrat [11] *ahenipedes Martis araſſe boves:*
[12] *Vipereos dentes in humum pro* [13] *ſemine jactos,*
Et ſubito natos arma tuliſſe viros:
[14] *Terrigenas populos,* [15] *civili Marte peremtos,*
[16] *Impleſſe ætatis* [17] *fata diurna ſuæ.*
[18] *Devicto ſerpente, iterum, ſi vivat Jaſon,*
Quærimus. [19] *alternant* [20] *ſpeſque* [21] *timorque* [22] *fidem.*
[23] *Singula dum narrat;* [24] *ſtudio* [25] *curſuque loquendi,*
[26] *Detegit.* [27] *ingenio* [28] *vulnera facta tuo.*
[29] *Heu! ubi* [30] *pacta fides? ubi connubialia jura?*
[31] *Faxque ſub* [32] *arſuros dignior ire* [32] *rogos?*
Non ego ſum [33] *furtim tibi cognita. pronuba Juno*
Adfuit, & [34] *ſertis* [35] *tempora vinctus Hymen.*
At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed [36] *triſtis Erinnys*
Prætulit [37] *infauſtas ſanguinolenta faces.*

1 Tacuit. 2 Habens oculos fixos. 3 Statim. 4 Metu diu pro ſalute tua ſollicita ſum. 5 Laceratis. 6 Mors etiam me vocat, ſi ipſe mortuus eſt. 7 Theſſalus hoſpes. 8 De vita tua. 9 Jurato ab ipſo, & in teſtimonium adducto: nam Deus juratus dicitur teſtis ejus, quod juramus. 10 Poſtquam reſpiravi aliquantulum. 11 Habentes pedes ære munitos. 12 Dentes ſerpentis. 13 Loco ſeminis. 14 Natos ex terrâ. 15 Suo proprio. 16 Perfeciſſe. 17 Vitam unius diei: quia eodem die nati, & mortui ſunt. 18 Senſus eſt: Poſtquam autem audiſſem, tandem etiam devictum draconem, ſive ſerpentem, à quo cuſtodiebatur vellus, iterum præ timore ac ſollicitudine quæro, num vivat Jaſon. 19 Variant, & incertam faciunt. 20 Quæ faciebat credere. 21 Qui prohibebat credere. 22 Meum credere. 23 Omnia ſigillatim, & per ordinem. 24 Amore. 25 Proceſſu. 26 Aperit. 27 Sc. detegit. 28 Injuriam, ſc. Medeæ raptum. 29 Accuſat Jaſona perjurii, & non ſervatæ fidei. 30 Promiſſa mihi à te. 31 Sc. connubialis. 32 Dignior, quæ interfuiſſet funeribus, & rogis mortuorum, quam nuptiis, quia erat futura infelix. 33 Clam, & per adulterium: inde furta dicuntur adulteria, quia clam fiunt. 34 Coronis. 35 Habens tempora, i. e. caput ornatum, & cinctum. 36 Infelix. 37 Infelices.

Nondum [1] tantus eras, cum, te contenta marito,
[2] Edita de magno [3] flumine [4] Nympha fui.
[5] Qui nunc Priamides, ([6] abſit reverentia vero)
[7] Servus eras. ſervo [8] nubere Nympha [9] tuli.
[10] Sæpe greges inter requievimus arbore [11] tecti;
Miſtaque cum foliis [12] præbuit herba torum.
Sæpe ſuper [13] ſtramen fœnoque jacentibus alto
[14] Defenſa eſt [15] humili [16] cana pruina [17] caſa.
Quis [18] tibi monſtrabat ſaltus [19] venatibus aptos;
Et [20] tegeret catulos qua fera [21] rupe ſuos?
Retia ſæpe [22] comes maculis [23] diſtincta tetendi;
Sæpe citos [24] egi per [25] juga longa canes.
[26] Inciſæ ſervant à te mea nomina fagi:
Et [27] legor Oenone falce [28] notata tua.
Et quantum [29] trunci, [30] tantum mea nomina creſcunt:
Creſcite, & in [31] titulos [32] ſurgite recta meos.
[33] Populus eſt (memini) fluviali [34] conſita [35] ripa,
Eſt in qua noſtri littera ſcripta [36] memor.
Popule, [37] vive precor, quæ conſita [38] margine ripæ,
Hoc in [39] rugoſo cortice [40] carmen habes:

1 Tanti nominis & potentiæ: quia tunc eras in numero paſtorum, non procerum, aut filiorum regis, ſicut nunc es. 2 Genita. 3 Xantho. 4 Sc. ego. 5 Qui nunc diceris filius Priami, regis Trojanorum. 6 Ignoſcas, ſi vera narro: aut, ſecedat perſonæ reſpectus, & omni pudor, ubi quid ex fide narratur. 7 Regii paſtoris, i. e. paſtor, & armenta cuſtodiebas. 8 Fieri uxor. 9 Paſſa ſum. 10 Commemorat conſuetudinem, quæ ſibi fuit cum Paride. 11 Sub umbrâ arboris. 12 Fuit nobis pro toro 13 A ſternendo dicitur, quicquid poteſt ſubterſterni. 14 Vitata ſub humili caſa. 15 Non altâ. 16 Alba. 17 Tugurio, paſtoris domo. 18 Qui eras imperitus locorum. 19 Venationibus, vel venatoribus. 20 Occultaret. 21 In quâ parte montis eſſent ferarum luſtra. 22 Sc. tua, i. e. quæ tecum veniebam. 23 Plena nodis. 24 In feras impuli, inſtigavi. 25 Per montes. 26 Inſcriptæ. 27 In fagis, & aliis arboribus. 28 Scripta. 29 Populei: hi ſunt, quibus arbores nituntur. 30 Quia quantò majores arbores fiunt, tantò magis apparent notæ, & literæ mei nominis. 31 Commemorationem mei nominis, ut teſtimonium faciatis, me Paridi nupſiſſe. 32 Erigimini. 33 Arbor, quæ aquis gaudet. 34 Poſita, plantata. 35 Ad ripas Xanthi fluminis. 36 Quæ mei memoriam ſervat, propter ſcripturam tuam. 37 In invidiam Paridis, ne noſtrum poſſit diſſimulari conjugium. 38 Extremitate Xanthi fluminis. 39 Aſpero, & pleno rugis. 40 Quod Paris ſcripſit.

[1] *Cum Paris Oenone poterit* [2] *ſpirare relicta,*
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe, retro [3] *propera;* [4] *verſæque recurrite* [5] *lymphæ.*
[6] *Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.*
[7] *Illa dies* [8] *fatum miſeræ mihi dixit: ab* [9] *illa*
Peſſima mutati [10] *cœpit amoris* [11] *hyems:*
[12] *Qua Venus & Juno, ſumptiſque* [13] *decentior armis*
Venit in [14] *arbitrium nuda Minerva tuum.*
[15] *Attoniti* [16] *micuere ſinus, gelidusque cucurrit,*
[17] *Ut mihi* [18] *narraſti, dura per oſſa* [19] *tremor.*
[20] *Conſului (neque enim modice terrebar)* [21] *anuſque,*
[22] *Longævoſque ſenes:* [23] *conſtitit* [24] *eſſe nefas.*

1 Tunc aqua fluvii Xanthi reverſura eſt ad fontem, cùm Paris poſſet vivere, Oenone à ſe derelicta. Q. d. quod ſicut impoſſibile eſt, quod aqua Xanthi unquam revertatur ad fontem ſuum: ita erit impoſſibile, quod ego Paris poſſum ſine Oenone vivere. 2 Vivere. 3 In tuum fontem relabere. 4 A curſu ſuo mutata. 5 Aquæ. 6 Patitur, & poteſt. 7 Narrat originem malorum ſuorum, quæ incepit quando tres Deæ ſuppoſuerunt ſe judicio Paridis. 8 Infortunii initium mihi fuit. 9 Die, *quâ Venus*, &c. 10 Incepit. 11 Diſſidium: tranſlatio à mari 12 Ad nuptias Pelei, Æaci filii, & Thetidis uxoris ejus, quæ in Pelio Theſſaliæ celebratæ ſunt, Diis omnibus ac Deabus. præter Diſcordiam invitatis, illa indignata, accumbentibus cum Jove, Junone ejus uxore, & Pallade, & Venere, in medium earum pomum conjecit, in quo ſcriptum erat, *Detur pulchriori.* Cumque quælibet earum ſe pulchriorem diceret, neque Jupiter vellet judicare, ne aut uxorem, aut filias offenderet, eas remiſit ad Paridem, à quo juſſit eas petere hujus contentionis judicium. Ad hunc igitur in Ida monte armenta ſervantem, cùm tres Deæ acceſſiſſent, ſeorſum cum eo quæque locutæ, pollicitationibus corrumpere tentaverunt. Nam Juno divitias & regna: Pallas gloriam, ſapientiam, & rerum omnium cognitionem: Venus autem voluptatem, & pulcherrimæ in toto orbe terrarum mulieris uſum & poſſeſſionem promiſit. Quas auditas Paris, juſſit antè ſe nudas adeſſe, ut certius de earum pulchritudine judicare poſſet, & tandem Veneris promiſſis magis captus, pro ea ſententiam tulit. Hic Paris poſteà aliquot navibus ædificatis Spartam navigavit: ubi cum à Menelao hoſpitio exceptus fuiſſet, deinde ipſi Menelao contigiſſet in Cretam proficiſci, ille perfidus hoſpes Helenam, Menelai uxorem, Jovis ex Læda filiam, omnium mulierum pulcherrimam, in amorem ſuum ſollicitatam, abduxit ad Trojam. 13 Quæ armata eſt ſpectabilior, quam nuda. 14 In judicium tuum de pomo. 15 Terrefacti. 16 Tremuêre: ut Ep. 1. *Uſque metu micuêre ſinus.* 17 Poſtquam. 18 Dixiſti mihi, tres Deas ad judicium tuum veniſſe. 19 Qui facit homines gelidos. 20 Interrogavi. 21 Vetulas mulieres, quæ plerumque interpretantur talia. 22 Longæ ætatis. 23 Ab illis judicatum eſt: uno ore prædixerunt. 24 Eſſe malum, aut aliquid mali portendi.

Caſa

[1] *Cæſa* [2] *abies, ſectæque* [3] *trabes,* & *, claſſe parata,*
[4] *Carula* [5] *ceratas accipit unda rates.*
[6] *Fleſti* [7] *diſcedens: hoc ſaltem* [8] *parce negare.*
Præterito magis eſt iſte [9] *pudendus* [10] *amor.*
Et [11] *fleſti,* & *noſtros vidiſti flentis* [12] *ocellos.*
Miſcuimus lacrymas mœſtus uterque [13] *ſuas.*
[14] *Non ſic* [15] *appoſitis* [16] *vincitur vitibus* [17] *ulmus,*
[18] *Ut tua ſunt collo brachia* [19] *nexa meo.*
Ah quoties, cum te vento quererere [20] *teneri,*
[21] *Riſerunt comites!* [22] *ille* [23] *ſecundus erat.*
Oſcula dimiſſæ quoties [24] *repetita dediſti!*
[25] *Quam vix* [26] *ſuſtinuit dicere lingua, Vale!*
[27] *Aura levis rigido pendentia lintea* [28] *malo*
[29] *Suſcitat;* & *remis* [30] *eruta* [31] *canet aqua.*
[32] *Proſequor infelix oculis abeuntia vela,*
[33] *Qua licet;* & *lacrymis* [34] *humet arena meis.*
[35] *Utque celer venias virides* [36] *Nereïdas oro.*
[37] *Scilicet ut venias in* [38] *mea damna celer.*
Votis ergo meis [39] *alii* [40] *rediture rediſti?*

1 Inciſa, ſc. eſt. Brevis narratio apparatus Paridis ad rapiendam Helenam. 2 Arbor montana, apta navibus ædificandis. 3 Ligna. 4 Coloris cærulei. 5 Naves cera, vel pice illitas. 6 Quod amoris ſignum fuit. 7 A me, ut peteres Spartam. 8 Abſtine, & noli negare hoc, te fleviſſe, cùm à me diſcederes. 9 Eſt turpior tibi, quam meus, i. e. magis te pudere deberet amare Helenam, quam conſiteri amaſſe me, quia amor meus erat licitus & honeſtus. 10 Helenæ adulteræ, quæ virum reliquit, & liberos, ut externum ſequeretur. 11 Uterque flevimus. 12 Oculos mei flentis. 13 Proprias. Ut, *Quiſque patimur manes.* 14 Comparatio amplexus Paridis. 15 Adhærentibus, tanquam maritis ſuis. 16 Ligatur. 17 Arbor vitibus apta, præſertim in Italia. 18 Sicut. 19 Implicita. 20 Impediri. 21 Quia videbant non eſſe verum, quod querebaris: ſed te hoc facere, quia pigebat te à me diſcedere. 22 Ventus. 23 Felix. 24 Renovata: quia cùm me dimiſiſſes, ſæpè revertebaris, ut me oſcularereris. 25 Quam difficile 26 Potuit. Q. d. abiens præ dolore vix me ſalutare potuiſti. 27 Exponit proceſſum diſceſſus Paridis. 28 Arbore navis: decl. hic malus. 29 Movet, i. e. libero & ſecundo vento navigas. 30 Commota 31 Spumeſcit. 32 Proſpicio. 33 Quatenus licet, i. e. quantum poſſum. 34 Madeſit. 35 Precor pro celeri reditu tuo. 36 Nymphas, maris Nelei filias. 37 Certè: & eſt quaſi irriſio ſui ipſius, quæ in damnum ſuum reditum Paridis optaverat. 38 Ad meum exitium. 39 Ad utilitatem alterius, ſc. Helenæ, quæ te jam marito fruitur. 40 Qui eras rediturus.

Hei mihi, [1] pro dira [2] pellice [3] blanda fui!
[4] *Aſpicit [5] immenſum [6] moles [7] nativa [8] profundum;*
[9] *Mons fuit: æquoreis illa [10] reſiſtit aquis.*
[11] *Hinc ego vela tuæ cognovi [12] prima carinæ:*
Et mihi per [13] fluctus [14] impetus ire fuit.
Dum [15] moror, in ſumma fulſit mihi [16] purpura prora.
Pertimui: cultus non erat ille [17] tuus.
Fit [18] propior, terraſque [19] cita ratis attigit [19] aura:
Fœmineas vidi [20] corde tremente [21] genas.
Non [22] ſatis [23] id fuerat: quid enim furioſa morabar?
[24] *Hærebat gremio [25] turpis amica tuo.*
[26] *Tunc vero [27] rupique ſinus, & pectora [28] planxi,*
Et [29] ſecui madidas [30] ungue rigente genas:
[31] *Implevique [32] ſacram querulis ululatibus Iden.*
[33] *Illinc has [34] lacrymas in [35] mea ſaxa tuli.*
[36] *Sic Helene doleat, deſertaque conjuge ploret;*
Quæque prior nobis intulit, ipſa [37] ferat.
[38] *Nunc tibi [39] conveniunt, quæ te per aperta ſequantur*
Æquora, [40] legitimos [41] deſtituantque viros.

1 In utilitatem pellicis, quæ mihi nocet. 2 Sc. meâ, i. e. Helenâ. Pellex autem dicitur reſpectu mulieris, & non viri: ut Calyſto fuit pellex Junonis, & non Jovis. Eſt autem pellex, quæ, cùm uxor non ſit, cum aliquo tamen vivit, ut uxor: quam nunc concubinam appellant. 3 Diis ſupplex. 4 Qui in ea eſt aſpicere poteſt. Sigæum promontorium deſcribit, undè primùm vidit Paridem revertentem à Græcia cum Helena. 5 Quaſi quod ſit ſine menſurâ. 6 Altitudo. 7 Naturalis, non arte facta. 8 Mare. 9 Sc. illa moles. 10 Opponitur, & eas frangit. 11 Ex illa mole. 12 Antè alios. 13 Ut tibi obviam irem. 14 Vehemens voluntas. 15 Exſpecto. 16 Veſtis purpurea, qui habitus erat muliebris. 17 Quem tu ſolebas geſtare, aut qui tibi conveniebat. 18 Propinquior, ſc. navis. 19 Volucri vento. 20 Sc. meo. 21 Vultum: pars pro toto. 22 Ad dolorem meum. 23 Vidiſſe faciem muliebrem. 24 Sedebat in ſinu tuo: & hoc erat mihi acerbius. 25 Per adulterium & rapinam parta. 26 Cùm vidi amicam eſſe in gremio tuo. 27 Dilaceravi veſtes. 28 Percuſſi. 29 Incidi, & laceravi. 30 Unguibus duris. 31 Exclamavi altâ voce. 32 Propter Cybeles ceremonias, & ſacra, quæ in Idâ celebrabantur. 33 In Idam montem. 34 Has imprecationes cum lachrymis, quas fundo præ dolore. 35 In ſaxa montis Idæ, in quibus habitare ſoleo. 36 Sicut ego. 37 Patiatur mala, quæ ego nunc ſentio. 38 Quòd Priami filius diceris, & quod dives es. 39 Fœminæ fugitivæ & adulteræ placent. 40 Juſto matrimonio ſibi junctos, quos non relinquunt, niſi impudiciſſimæ mulieres. 41 Derelinquunt.

[1] *At cum pauper eras, armentaque paſtor* [2] *agebas,*
Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.
Non ego [3] *miror opes, nec me tua regia* [4] *tangit,*
Nec de tot Priami [5] *dicar ut una nurus.*
[6] *Non tamen ut Priamus* [7] *Nymphæ ſocer eſſe* [8] *recuſet;*
Aut Hecubæ fuerim [9] *diſſimulanda nurus.*
[10] *Dignaque ſum, & cupio fieri* [11] *matrona* [12] *potentis.*
Sunt mihi, quas poſſint ſceptra [13] *decere, manus.*
Nec me, [14] *faginea quod tecum fronde jacebam,*
Deſpice: [15] *purpureo ſum magis apta toro.*
Denique, [16] *tutus amor meus eſt tibi. nulla parantur*
[17] *Bella, nec* [18] *ultrices advehit unda* [18] *rates.*
[19] *Tyndaris* [20] *infeſtis fugitiva* [21] *repoſcitur armis.*
[22] *Hac venit in thalamos dote* [23] *ſuperba tuos.*
[24] *Quæ* [25] *ſi ſit Danaïs reddenda, vel* [26] *Hectora fratrem,*
Vel cum Deïphobo [27] *Polydamanta roga.*
Quid [28] *gravis Antenor, Priamus quid* [29] *ſuadeat ipſe,*

1 Q. d. Non ſequuntur te, ſed fortunam tuam: ego autem ſecuta ſum te, quæ in paupertate tua tibi nupſi, & te amavi. 2 Ducebas. 3 Suſpicio, & cupio, i. e. non habeo reſpectum tuarum opum, & magnæ tuæ potentiæ. 4 Movet. 5 Sc. nuribus: quinquaginta autem nurus habuit Priamus, & generos 12. teſte Homero. 6 Sc. eſt. 7 Sc. mei. 8 Quod ſpernat, & dedignetur. 9 Tacenda, & occultanda, i. e. quod Hecubam debeat pudere, dicere me eſſe nurum ſuam. Q. d. non improbant meum conjugium Priamus & Hecuba; nec ſi velint, poſſint. 10 Tuo conjugio, & mereor: ſum enim nympha. 11 Uxor: nam matrona eſt, quæ legitimè viro nupſit. 12 Sc. tui. 13 Sunt mihi manus ad ferendum ſceptrum honeſtè, licet in ſylvis habitaverim. 4 Aut ſub arbore fago, aut quia ex frondibus arborum fiebant plerumque tori, & præcipuè ab iis, qui habitabant ſylvas. 15 Purpurâ ornato, regio, i. e. convenit mihi regius thalamus. 16 Sine periculo. 17 Quasia imminent ex Helenæ rapina. 18 Quales pro Helena repetenda parantur. Ferunt autem naves fuiſſe mille centum ſeptuaginta & quinque. 19 Helena, quæ putabatur filia Tyndari ex Læda: nam revera filia Jovis fuiſſe dicitur. 20 Inimiciſſimis. 21 A marito Menelao, & à tota Græcia: nam Palamedes, Ulyſſes, & Menelaus legati ad Trojam venerunt, ut Helena cum bonis omnibus redderetur: cùm non impetraſſent, bellum indixerunt. 22 Irriſoriè. Q. d. pro dote adfert tibi bellum. 23 Quia videt bellum propter ſe moveri. 24 Helena. 25 An. 26 Non à fratribus quæras, an ſit reddenda Helena: ſed populum conſulas. 27 Polydamas vir Trojanus fuit ex primoribus. 25 Venerabilis, prudens. 29 Quid ſentiat, an reddenda, an retinenda ſit Helena: nam Antenor in concilio ſuaſit, Helenam omninò reddendam eſſe. Ideò Horat. *Antenor cenſet belli præcidere cauſam.*

[1] Conſule; [2] quis [3] ætas longa magiſtra fuit.
Turpe [4] rudimentum, [5] patriæ præponere [6] raptam.
Cauſa [7] pudenda tua eſt; [8] juſta [9] vir [10] arma movet.
[11] Nec tibi, ſi [12] ſapias, fidam promitte [13] Lacænam,
[14] Quæ ſit in [15] amplexus tam cito [16] verſa tuos.
[17] Ut [18] minor Atrides [19] temerati fœdera lecti
[20] Clamat, & [21] externo læſus amore dolet;
[22] Tu quoque [23] clamabis. [24] Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt: [25] deperit [26] illa [27] ſemel.
[28] Ardet amore tui: [29] ſic & Menelaon amavit.
Nunc jacet in viduo [30] credulus [31] ille toro.
[32] Felix Andromache, [33] certo bene nupta [34] marito!
Uxor ad exemplum [35] fratris habenda fui.
[36] Tu [37] levior foliis, [38] tunc cum, ſine pondere ſucci,
Mobilibus ventis arida facta [39] cadunt.
Et minus eſt in te, quam ſumma pondus [40] ariſta,
[41] Quæ levis aſſiduis [42] ſolibus [43] uſta riget.

1 Interroga. 2 Quibus. 3 Quibus longa ætas rerum experientiam dedit: longa enim ætas hominem facit prudentiorem, quia *ſeris venit uſus ab annis.* 4 Inſtitutio. Rudimenta omnium diſciplinarum principia dicuntur. 5 Civitati tuæ, i. e. malle eam retinere, quam ſervare patriam tuam, quæ propter ipſam eſt peritura. 6 Abductam, non autem legitimè tibi junctam. 7 Turpis, digna pudore. 8 Pro recuperanda uxore. 9 Menelaus. 10 Bella. 11 Reddit Helenam ſuſpectam infidelitatis, quod priori marito non ſervaverit fidem. 12 Quamvis optes. 13 Helenam, à Laconia regione, undè fuit oriunda: maſc. eſt Lacon; fœm. Lacæna; neut. Laconicum. 14 Helena. 15 In tuum amorem & concubitum. 16 Mutata ab amore Menelai. 17 Sicut. 18 Junior, ſc. Menelaus: nam Agamemnone minor natu fuit. 19 Adulterio vitiati. 20 Conqueritur. 21 Peregrino, ſc. tuo. 22 Sicut ille. 23 Cùm te deceperit. 24 Ordo eſt: Pudicitia læſa, eſt reparabilis nullâ arte, quia illa deperit ſemel, i. e. pudicitia amiſſa nunquam ampliùs reparari poteſt. 25 Amittitur. 26 Pudicitia. 27 Uno tempore: non autem ſæpius. Semel enim fieri dicitur id, quod infactum reddi non poteſt. 28 Objectio. Amat te, dicet aliquis. 29 Ut te amat, non vero amore: nam eum deſeruit, te ſecuta. Reſponſio ad objectionem, q. d. non eſt fidendum ejus amori. 30 Qui nimium facile credidit ſe amari, quique pudicam Helenam fore credidit. 31 Menelaus. 32 Ex commendatione Hectoris fratris tui. 33 Fido, & ſtabili, qui præter Andromachen, nullum duxit. 34 Hectori, fratri tuo. 35 Quia ſicut Hector diligit Andromachen, ita me deligere debueras. 36 O Pari. 37 Mutabilior. 38 Q. d. non omnibus foliis, ſed aridis, quæ ſolent eſſe leviora. 39 Sparguntur, & per aëra feruntur. 40 Quæ ita dicta eſt ab ariditate. Ariſta eſt extrema ſpicæ pars. 41 Ariſta. 42 Continuo calore. 43 Coacta.

[1] Hæc tua (nam recolo) quondam [2] germana [3] canebat,
Sic mihi diffuſis vaticinata [4] comis?
[5] Quid facis, Oenone? [6] quid arenæ ſemina mandas?
Non [7] profecturis littora bubus aras.
Graja [8] juvenca venit, quæ te, patriamque, domumque
[9] Perdat. io [10] prohibe; Graja juvenca venit.
[11] Dum licet, obſcœnam ponto, Dî, mergite [12] puppim.
Heu quantum Phrygii ſanguinis illa vehit!
Dixerat. [13] in curſu famulæ [14] rapuere [15] furentem.
At mihi flaventes [16] diriguere comæ.
Ah [17] nimium vates miſeræ mihi vera fuiſti?
Poſſidet en [18] ſaltus illa juvenca meos.
Sit facie quamvis [19] inſignis, adultera certe eſt.
[20] Deſeruit ſocios [21] hoſpite capta [22] Deos.
Illam de [23] patria Theſeus, (niſi nomine fallor)
Neſcio quis Theſeus, [24] abſtulit arte [25] ſua.

1 Quæ nunc evenerunt. 2 Soror, ſc. Caſſandra. Hæc fuit Priami filia, cujus amore captus Phœbus, promiſit ei vaticinandi artem, ſi ſibi obſecuta eſſet: quod cùm illa ſe facturam dixiſſet, poſtea acceptâ arte, & poteſtate vaticinandi, negavit. Quam rem Phœbus ægrè ferens, cùm ei auferre non liceret, quod ſemel dederat, abſtulit ei fidem divinationis: effecit enim, ut ei non crederetur. Unde Virg. 2. Æn. *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora, Dei juſſu, non unquam credita Teucris.* Dicit igitur Oenone, Caſſandram prædixiſſe ſibi, adventum Helenæ, perniciosum ſibi & Trojanis fore. 3 Prædicebat. 4 Crinibus ſparſis per humeros, quemadmodum vaticinantes habere ſolent: ut Virg. de Sibylla: *Non comptæ manſere comæ* 5 Verba ſunt Caſſandræ. 6 Q. d. fruſtra amas Paridem. Tranſlatio ab agricolis: ſicut enim amittunt ſemina, qui ea in arena ſpargunt; ita illi dicuntur amittere laborem, qui in ea re laborant, quam aſſequi nequeunt. 7 Redituris fructum. 8 Helena. 9 Quæ evertet & deſtruet Trojam, & Laomedontis familiam. 10 Oh prohibe, ſc. ne veniat. 11 Dum nondum attigit littus. 12 Paridis navem, quæ vehit obſcœnam mulierem Helenam. 13 In medio vaticinandi calore, cùm longè prædicenda ſibi reſtarent. 14 Suſtinuerunt. 15 Vaticinantem. 16 Rigidæ factæ ſunt ex metu. 17 Quia venit illa juvenca, & expulit me. 18 Illa juvenca eſt in poſſeſſione meorum paſcuorum, i. e. poſſidet maritum meum, quem ego poſſidere deberem. Tranſlatio eſt: nam juvencæ ſolent paſci in ſaltibus, i. e. nemoribus, ubi ſunt paſcua. 19 Egregia, pulchra. 20 Fugiens à patriâ. 21 Helena capta amore tui, hoſpitis ſui. 22 Connubio præſidentes, aut patrios. 23 Sc. ſua. 24 Exportavit. 25 Suis dolis.

[1] *A* [2] *juvene & [3] cupido [4] credatur [5] reddita [6] virgo.*
[7] Unde [8] hæc [9] comperiverim tam bene, quæris? [10] amo.
[11] Vim [12] licet appelles, & culpam [13] nomine [14] veles;
[15] Quæ [16] toties rapta eſt, præbuit ipſa rapi.
At manet Oenone [17] fallenti [18] caſta [19] marito:
Et poteras falli [20] legibus ipſe tuis.
Me [21] Satyri celeres (ſilvis ego tecta latebam)
Quæſierunt [22] rapido turba [23] proterva pede:
Cornigerumque caput [24] pinu præcinctus acuta
Faunus, in immenſis [25] qua [26] tumet [27] Ida [28] jugis.
Me [29] fide [30] conſpicuus Trojæ [31] munitor amavit.
[32] Ille meæ [33] ſpolium virginitatis habet.
[34] Id quoque [35] luctando. [36] rupi tamen ungue [37] capillos,
[38] Oraque ſunt digitis [39] aſpera facta meis.
Nec [40] pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci.
Turpiter [41] ingenuum munera corpus emunt.
[42] Ipſe, [43] ratus [44] dignam, [45] medicas mihi tradidit artes;
[46] Admiſitque meas ad ſua [47] dona manus.

1 Reddit eam ſuſpectam ſtupri, cùm rapta fuit. 2 Nam juvenes proniores ſunt in Venerem. 3 Amante Q. d. Non eſt credibile, quod juvenis, & amans Theſeus, caſtam reddiderit Helenam. 4 Debeat-ne credi? Q. d. non. 5 Reſtituta. 6 Intacta, & inviolata. 7 A quo. 8 Quæ dixi de Helenâ. 9 Cognoverim. 10 Nihil eſt, quod amor non ſentiat. Unde Virg. *Quis fallere poſſit amantem?* 11 Violentiam illatam à Theſeo. 12 Quamvis. 13 Sc. violentiæ, & non voluntarii delicti. 14 Tegas. 15 Ipſa Helena, quæ toties eſt capta, voluit capi. 16 Invidioſe dixit, cùm bis tantum fuerit rapta: primùm à Theſeo, deinde à Paride. 17 Tibi, qui me fallis. 18 Inviolata. 19 Paridi. 20 Quibus tu uſus es; quia, quo jure utitur maritus in uxorem, eodem poteſt uti uxor in maritum. 21 Dii ſilveſtres. 22 Celeri, proſecutione. 23 Libidinoſa. 24 Quia coronas ex frondibus pineis, ferre dicitur. 25 Sc. parte. 26 Altus eſt, eminet. 27 Phrygiæ mons. 28 In altitudine. 29 Citharâ. 30 Inſignis. 31 Tutator: undè mœnia dicuntur quaſi munia. Intelligit autem Apollinem, qui dicitur cum Neptuno, promiſſâ ſibi mercede à Laomedonte, Trojæ muros feciſſe. 32 Phœbus. 33 Tranſlatio a victore: nam ſpolium dicitur, quicquid victo eripitur à victore. 34 Spolium virginitatis. 35 Sc. habet, i. e. pugnando, & non voluntate mea. 36 Laniavi. 37 Ipſius Phœbi. 38 Phœbe. 39 Quoniam unguibus illa ſecui. 40 Mercedem. 41 Liberum, i. e. turpe eſt liberæ mulieri corpus ſuum pro quæſtu proſtituere. Ingenuus eſt, cujus majores ſemper fuerunt liberi, nec unquam ſervierunt. 42 Phæbus. Q. d. ſponte ſuâ, me nihil petente. 43 Arbitratus. 44 Tanto munere. 45 Artem medendi. 46 Accepit, vel adhibuit. 47 Ad medicinam, cujus eſt autor.

Quæcumque herba [1] potens ad opem, radixque medendi
Utilis in toto naſcitur orbe, [2] mea eſt.
Me miſeram, quod amor non eſt medicabilis herbis!
[3] Deficior prudens [4] artis ab arte mea.
[5] Ipſe repertor [6] opis vaccas [7] paviſſe [8] Pheræas
Fertur, & è noſtro ſaucius [9] igne fuit.
[10] Quod neque graminibus tellus fœcunda creandis,
Nec [11] Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes, & [12] merui. [13] dignæ miſerere puellæ.
Non ego cum [14] Danaïs arma cruenta fero.
Sed tua ſum, tecumque fui [15] puerilibus annis:
Et tua, quod [16] ſupereſt temporis, eſſe precor.

1 Efficax. 2 Mihi cognita, & meæ arti ſubjecta. 3 Derelinquor. 4 Perita medicinæ. 5 Phœbus. 6 Medicinæ, quia hominibus, etiam de vitâ periclitantibus, opitulatur. Hanc autem artem à Phœbo inventam ipſe Phœbus Metam. lib. 1. dicit: *Inventum medicina meum eſt, opiſexque per orbem Dicor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.* 7 Ad paſcua duxiſſe. 8 Theſſalicas, i. e. vaccas Admeti, regis Theſſaliæ. Pheræ enim urbs fuit Theſſaliæ. Q. d. Neque tamen mirum videri debet, me non poſſe mederi amori meo: cùm nec ipſe Apollo, inventor medicinæ, idem hoc potuerit; ut qui captus amore Alceſtidis, Admeti regis armenta paverit. 9 Meo amore flagravit. 10 Potes ſanare mea vulnera, quæ nec arte, nec Dei ope coïrent. 11 Phœbus. 12 Quia te dilexi, & ſemper tibi fida fui. 13 Meritæ. 14 Cum Græcis, ſicut Helena. 15 Puellaribus. 16 Reſtat.

EPI-

EPISTOLA VI.

ARGUMENTUM.

Monitus oraculo Pelias, Neptuni filius, tunc illi propinquam fore mortem, cùm patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſibi ſupervenerit: cui annua ſacra peragenti, Jaſon, Æſonis filius, ejuſque nepos, demiſſo in limo Anauri fluvii calceamento, ad ſacra properans, altero pede exuto occurrit. Pelias igitur oraculi memor, Jaſoni ſuaſit, ut Colchon iret, aureum vellus quæſiturus: ſperans illic eum periturum, cùm audiviſſet opus eſſe humanis viribus inſuperabile. Jaſon autem veluti magnanimus, expeditionem libenter aſſumens, ac multis Græciæ Nobilibus convocatis, Argo navem ex Pagaſo, Theſſaliæ ſinu, ſolvens, in Lemnon inſulam delatus eſt: ubi cùm mulieres viros omnes communi conſilio unâ nocte interfeciſſent, Hypſipyle, Thoantis filia, quem ſub falsâ mortis ſimulatione ſalvaverat, tunc imperium occupabat: quæ Jaſonem & hoſpitio, & lecto liberaliſſime excepit. Verùm jam duobus annis peractis, orantibus ſociis, & exigente tempore, ut prædictam expeditionem perficeret, Hypſipylem gravidam relinquens, Colchon navigavit. Ubi arte Medeæ dracone ſopito, tauriſque ſuperatis, aureum illud vellus adeptus, illam ſecum abduxit. Quare Hypſipyle Medeam ſibi prælatam dolens, hac epiſtola Jaſon de proſpero reditu congratulando, in contemptum ejus, crudelitatem atque incantationes execrans, vertere nititur. Poſtremò in Jaſonem & Medeam imprecatur.

HYPSIPYLE JASONI.

[1] *Littora* [2] *Theſſaliæ* [3] *reduci tetigiſſe* [4] *carina*
Diceris, auratæ [5] *vellere dives ovis.*
[6] *Gratulor incolumi,* [7] *quantum ſinis.* [8] *hoc tamen ipſo*
Debueram [9] *ſcripto* [10] *certior eſſe tuo.*
Nam, ne [11] *pacta tibi* [12] *præter mea* [13] *regna redires,*
[14] *Cum cuperes; ventos non habuiſſe potes.*
[15] *Quamlibet* [16] *adverſo* [17] *ſignetur epiſtola vento.*

1 Portum. 2 Regionis tuæ. Dicta eſt Theſſalia, à Theſſalo, Æmonis filio. 3 Incolumi, & ex magnis periculis liberata. Nam propriè dicuntur reduces, qui pericula evadunt. Q. d. Diceris Argo navi incolumis in patriam rediiſſe. 4 Argo navi. 5 Lanâ: dicitur autem à vellendo: quia apud veteres non tondebatur, ſed vellebatur. 6 Gaudeo, quòd incolumis redieris 7 Quantum permittis, ſc. me gratulari. 8 De hoc ipſo, quod incolumis rediiſſes cum vellere aureo, ut gratularer. 9 Per aliquam tuam epiſtolam. 10 Admoneri. 11 Promiſſa, ſc. à te. 12 Juxta, ad. 13 Lemnon. 14 Quamvis cuperes. Q. d. Poſſibile eſt, quod non habueris ventos proſperos, ut redires ad me, cùm velles redire. 15 Quamvis: q. d. etiam breviſſima. 16 Contrario tibi, ne ſineret te venire. Q. d. Quamvis ventus fuiſſet adverſus, potuiſſes tamen aliquam ſcribere epiſtolam. 17 Claudatur, & ſcribatur: unde reſignare epiſtolas, eſt aperire. Ponitur autem *ſignetur*, pro ſignata fuiſſet.

Hypſi-

[1] *Hypſipyle* [2] *miſſa digna ſaluti fui.*
Cur mihi [3] *fama prior, quam* [4] *nuncia* [5] *littera, venit,*
Iſſe ſacros [6] *Marti ſub juga* [7] *panda* [8] *boves?*
[9] *Seminibus* [10] *jactis* [11] *ſegetes* [12] *adoleſſe virorum,*
Inque necem [13] *dextra non eguiſſe tua?*
[14] *Pervigilem* [15] *ſpolium* [16] *pecudis ſervaſſe draconem,*
[17] *Rapta tamen forti vellera fulva manu?*
[18] *O, ego ſi poſſem* [19] *timide credentibus, Iſta*
[20] *Ipſe mihi ſcripſit, dicere,* [21] *quanta forem!*
Quid queror [22] *officium* [23] *lenti* [24] *ceſſaſſe mariti?*
[25] *Obſequium, maneo ſi tua, grande* [26] *tuli.*
[27] *Barbara narratur veniſſe* [28] *venefica tecum,*
In mihi promiſſi parte recepta tori.
[29] *Credula res amor eſt. utinam* [30] *temeraria dicar*
Criminibus [31] *falſis* [32] *inſimulaſſe virum!*
[33] *Nuper ab* [34] *Æmoniis hoſpes mihi Theſſalus* [35] *oris*
Venerat; & tactum [36] *vix bene* [37] *limen erat:*
[38] *Æſonides, dixi, quid agit* [39] *meus?* [40] *Ille* [41] *pudore*

1 Sc. ego. 2 A te. 3 Publicus ſermo omnium. 4 Quæ nunciaret mihi. 5 Epiſtola tua. 6 Qui erant Marti conſecrati propter ferocitatem, quæ ipſi Marti attribuitur. 7 Curva: à pando. 8 Tauros. 9 Sc. quam fama nuntia. 10 Sparſis. 11 Viros ſeminatos. 12 Creviſſe. Jaſon acceptos dentes ſerpentis à Medea ſeminavit. 13 Quia ſe ipſos interfecerunt. Nam cum Jaſon quædam, quæ Medea dederat, in medios illos terrigenas projeciſſet, illi arma in ſe converterunt, & mutuis vulneribus ceciderunt. 14 Nunquam dormientem ſerpentem. 15 Pellem. 16 Arietis. Fagum enim ex qua pendebat vellus, cuſtodiens aſſiduè vigilabat ſerpens, qui Orphei cantu, & Medeæ carminibus conſopitus eſt: Jaſon, juvantibus Caſtore, Polluce, & Mopſo, vellus ſubripuit. 17 Vi capta. 18 Dicit, quòd exiſtimaret ſe felicem, ſi poſſet dicere hæc ſibi ab Jaſone ſcripta fuiſſe. 19 Vix, ſine certa fide. 20 Jaſon. Propriâ manu hæc mihi ſcripſit. 21 Quam magna, quam felix. Q. d. feliciſſima. 22 Scribendi mihi. 23 Tardi. 24 Defuiſſe mihi. 25 Rem gratam, i. e. ſatisfeciſti mihi, ſi modò remaneo tua: nec decet me queri, quod nihil ad me ſcripſeris. 26 Accepi. 27 Crudelis: quippe quæ fratrem Abſyrtum in fruſtra diſcerpſit, filios trucidavit, & Creontis regiam incendit. 28 Incantatrix, ſc. Medea: nam venefici dicuntur, qui vel incantationibus, vel alio quovis modo hominum mentes pervertunt: nam omnia, quæ hanc vim habent, venena dici poſſunt. 29 Quæ facilè credit. 30 Facilè, nullo adhibito conſilio, credens. 31 Falsò. 32 Accuſaſſe. 33 Narrat quomodo id intellexerit. 34 Theſſalicis: nam ab Æmone rege Theſſalia Æmonia dicta eſt. 35 Regionibus: ut *Troja qui primus ab oris.* 36 Vix erat ingreſſus domum. 37 Ingreſſus domus. 38 Jaſon, filius Æſonis. 39 Sc. maritus. 40 Hoſpes. 41 Quia non audebat mihi dicere, quod feceras.

Haſit

[1] *Hæſit in oppoſita lumina* [2] *fixus humo.*
[3] *Protinus* [4] *exilui; tuniciſque à pectore* [5] *ruptis,*
Vivit? an, exclamo, me quoque fata [6] *trahunt?*
Vivit, [7] *ait. timidumque mihi* [8] *jurare coëgi.*
Vix mihi, [9] *teſte Deo, credita vita tua eſt.*
[10] *Ut rediit animus, tua facta requirere cœpi.*
Narrat [11] *ahenipedes Martis araſſe boves:*
[12] *Vipereos dentes in humum pro* [13] *ſemine jactos,*
Et ſubito natos arma tuliſſe viros:
[14] *Terrigenas populos,* [15] *civili Marte peremtos,*
[16] *Impleſſe ætatis* [17] *fata diurna ſuæ.*
[18] *Devicto ſerpente, iterum, ſi vivat Jaſon,*
Quærimus. [19] *alternant* [20] *ſpeſque* [21] *timorque* [22] *fidem.*
[23] *Singula dum narrat;* [24] *ſtudio* [25] *curſuque loquendi,*
[26] *Detegit* [27] *ingenio* [28] *vulnera facta tuo.*
[29] *Heu! ubi* [30] *pacta fides? ubi connubialia jura?*
[31] *Faxque ſub* [32] *arſuros dignior ire* [32] *rogos?*
Non ego ſum [33] *furtim tibi cognita. pronuba Juno*
Adfuit, & [34] *ſertis* [35] *tempora vinctus Hymen.*
At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed [36] *triſtis Erinnys*
Prætulit [37] *infauſtas ſanguinolenta faces.*

1 Tacuit. 2 Habens oculos fixos. 3 Statim. 4 Metu diu pro ſalute tua ſollicita ſum. 5 Laceratis. 6 Mors etiam me vocat, ſi ipſe mortuus eſt. 7 Theſſalus hoſpes. 8 De vita tua. 9 Jurato ab ipſo, & in teſtimonium adducto: nam Deus juratus dicitur teſtis ejus, quod juramus. 10 Poſtquam reſpiravi aliquantulum. 11 Habentes pedes ære munitos. 12 Dentes ſerpentis. 13 Loco ſeminis. 14 Natos ex terrâ. 15 Suo proprio. 16 Perfeciſſe. 17 Vitam unius diei: quia eodem die nati, & mortui ſunt. 18 Senſus eſt: Poſtquam autem audiſſem, tandem etiam devictum draconem, ſive ſerpentem, à quo cuſtodiebatur vellus, iterum præ timore ac ſollicitudine quæro, num vivat Jaſon. 19 Variant, & incertam faciunt. 20 Quæ faciebat credere. 21 Qui prohibebat credere. 22 Meum credere. 23 Omnia ſigillatim, & per ordinem. 24 Amore. 25 Proceſſu. 26 Aperit. 27 Sc. detegit. 28 Injuriam, ſc. Medeæ raptum. 29 Accuſat Jaſona perjurii, & non ſervatæ fidei. 30 Promiſſa mihi à te. 31 Sc. connubialis. 32 Dignior, quæ interfuiſſet funeribus, & rogis mortuorum, quam nuptiis, quia erat futura infelix. 33 Clam, & per adulterium: inde furta dicuntur adulteria, quia clam fiunt. 34 Coronis. 35 Habens tempora, i. e. caput ornatum, & cinctum. 36 Infelix. 37 Infelices.

[1] *Quid mihi cum* [2] *Minyis? quid cum* [3] *Tritonide* [4] *pinu?*
[5] *Quid tibi cum patria, navita* [6] *Tiphy, mea?*
[7] *Non erat hic aries* [8] *villo* [9] *ſpectabilis aureo:*
Nec ſenis [10] *Æetæ regia Lemnos erat.*
[11] *Certa fui primo (* [12] *ſed me mala fata trahebant)*
[13] *Hoſpita* [14] *fœminea pellere* [13] *caſtra manu.*
[15] *Lemniadeſque* [16] *viros, nimium quoque, vincere* [17] *norunt.*
[18] *Milite tam forti vita* [19] *tuenda fuit.*
Urbe [20] *virum vidi,* [21] *tectoque animoque recepi:*
[22] *Hic tibi biſque æſtas,* [23] *biſque cucurrit hiems.*
[24] *Tertia meſſis erat: cum tu, dare vela* [25] *coactus,*
[26] *Impleſti lacrymis talia verba tuis:*
[27] *Abſtrahor, Hypſipyle: ſed (dent modo fata* [28] *recurſus)*
Vir tuus hinc abeo: vir tibi ſemper ero.

1 Sc. erat. Conqueritur autem, quòd Jaſon nunquam ad littus ſuum venerit. 2 Myniarum familia ex Orchomeno, Bœotiæ oppido, Jolcon in Theſſaliam commigravit, undè Argonautæ Myniæ ſunt appellati. 3 Palladiâ, i. e. quæ erat in tutelâ Palladis; nam Tritonia dicitur Pallas, à Tritone, Africæ palude. 4 Argo navi: cujus architectus fuit Argus, Junonis & Palladis auxilio. 5 Quid negotii tibi erat, quare deberes huc in Lemnon venire? 6 Gubernator navis Jaſonis. 7 Si ibatis ad rapiendum aureum vellus, non erat hîc, ſed in Colchis. 8 Vellere, aut lana aurea. 9 Pulcher. 10 Æetes pater fuit Medeæ, Solis filius, Colchorum rex. 11 Deliberaveram. 12 Fatis imputat, quòd non in ſententiâ perſeveraverit. 13 Vos hoſpites, ſc. Argonautas. Caſtra autem etiam de navibus dicuntur. Virg. *Nos caſtra movemus.* 14 Muliebribus viribus, & exercitu. 15 Mulieres Lemni. 16 Maſculos: quia deleverunt maritos ſuos, & omnem prolem maſculinam. Cùm enim Venus, Vulcani uxor, deprehenſa fuiſſet cum Marte in adulterio in Lemno inſula, cumque Lemniacæ mulieres cæteris Diis Deabuſque ſacrificarent, Venerem ob adulterii infamiam ſpreverunt: ob quam rem illa indignata, hircinum fœtorem omnibus immiſit, quo tam graviter olebant, ut à maritis ſpernerentur. Qui cùm expeditionem bellicam adverſus Thraces ſuſcepiſſent, eorum uxores conſilium ceperunt, domum revertentes omnes interficere, & maſculos omnes delere. Quod cùm omnes effeciſſent, ſola Hypſipyle, Thoantis patris miſerta, ei pepercit: quem navi impoſitum, Bacchus pater ejus in Thoam inſulam perduxiſſe dicitur. Ipſa verò in regia ſua rogo conſtructo, alterius hominis funus celebravit pro patre, quem occidiſſe ajebat. 17 Optimè ſciunt. 18 Quam ſunt mulieres Lemni. 19 Fuit defendenda & ſervanda contrà te; qui veneras in perniciem meam. 20 Maritum. 21 Recepi te hoſpitio liberali. 22 In Lemno. 23 Quia duos annos mecum hîc fuiſti. 24 Tertius annus: nam à meſſibus, quæ ſingulis annis fiunt, anni denominantur. 25 Inſtante Hercule cum cæteris. 26 Perfudiſti: quia non potuiſti ea dicere ſine fletu. 27 Violenter & contra voluntatem meam hinc abducor. 28 Regreſſum, & renavigationem.

Quod

Quod [1] *tamen è nobis gravida celatur in alvo,*
[2] *Vivat; & ejuſdem ſimus uterque parens.*
[3] *Hactenus:* & , *lacrymis in* [4] *falſa cadentibus ora,*
[5] *Cætera te memini non potuiſſe loqui.*
[6] *Ultimus è ſociis* [7] *ſacram conſcendis in* [8] *Argo.*
Illa [9] *volat: ventus* [10] *concava vela* [11] *tenet.*
Cærula [12] *propulſæ* [13] *ſubducitur unda carinæ:*
[14] *Terra* [15] *tibi, nobis aſpiciuntur aquæ.*
[16] *In latus omne* [17] *patens turris* [18] *circumſpicit undas.*
[19] *Huc feror; & lacrymis* [20] *oſque* [21] *ſinuſque madent.*
Per [22] *lacrymas ſpecto;* [23] *cupidæque faventia menti,*
Longius [24] *aſſueto* [25] *lumina noſtra vident.*
[26] *Addo preces caſtas,* [27] *immiſtaque vota timori,*
[28] *Nunc quoque te ſalvo* [29] *perſolvenda mihi.*
Vota ego perſolvam? [30] *votis Medea fruetur?*
[31] *Cor dolet; atque ira miſtus abundat* [32] *amor.*
Dona feram templis, vivum [33] *quod Jaſona perdo?*
[34] *Hoſtia pro damnis concidat* [35] *icta meis?*
[36] *Non equidem ſecura fui; ſemperque verebar,*
Ne [37] *pater* [38] *Argolica ſumeret urbe nurum.*
[39] *Argolidas timui: nocuit mihi barbara pellex.*

1 Licet hinc diſcedam. 2 Servetur à te diligenter, ut vivat. 3 Sc. locutus es, i. e. hæc ſola verba. 4 Simulata: nam cum ſimulares mærorem ex diſceſſu tuo, non tamen dolebas. 5 Alia, ſc. præter, ſupradicta. 6 Poſtremus, ut amorem indicares. 7 Quæ erat ſub tutela Palladis, cujus curâ fuerat fabricata. 8 Pro Argoa, per Synereſin. 9 Celeriter currit per mare. 10 Tumefacta. 11 Implet, occupat. 12 Agitatæ remis & ventis in altum. 13 Subtrahitur. 14 Sc. aſpicitur. 15 A te. 16 Deſcribit locum, ex quo dicit ſe ſpectaſſe navem Jaſonis diſcedentis. 17 Quæ ab omni parte poteſt videri. 18 Qui in eâ eſt, circumſpicit. 19 In hanc turrim, unde erat latiſſimus proſpectus. 20 Facies. 21 Pectus. 22 Quæ effluebant ex oculis meis. 23 Quia quod ego optabam, ipſi oculi volebant me aſpicere. 24 Solito. 25 Oculi. 26 Addidi officio meo & amori. 27 Cùm de reditu tuo timerem, vota ſuſcepi. 28 Cùm nondum ea ſolvi. 29 Reddenda tanquam debita. 30 Capiet fructum & utilitatem ex votis meis? 31 Diſrumpor dolore, quoniam non mihi, ſed Medeæ rediit Jaſon. 32 Amor mixtus ira abundat, i. e. major fit. 33 Quia perdam maritum meum? 34 Victima, & ſacrificia. 35 Percuſſa cultro, & mactata. 36 Non fui ſine timore, ſemper de te dubitavi. 37 Æſon. 38 Theſſalicâ: nam Argos urbs fuit Theſſaliæ. 39 Theſſalicas, vel Græcas.

[1] Non expectatâ [2] vulnus ab hoſte tuli;
Nec [3] facie [4] meritiſve placet; ſed carmine [5] movit:
Diraque [6] cantatâ [7] pabula [8] falce metit.
[9] Illa [10] reluctantem curru deducere Lunam.
Nititur, & [11] tenebris [12] abdere Solis equos.
Illa [13] refrænat aquas, [14] obliquaque flumina [15] ſiſtit:
Illa [16] loco ſilvas, [17] vivaque ſaxa movet.
Per [18] tumulos errat [19] paſſis [20] diſcincta capillis,
[21] Certaque de [22] tepidis colligit oſſa rogis.
[23] Devovet abſentes; [24] ſimulacraque cerea [25] figit,
Et miſerum tenues in jecur [26] urget [27] acus.
Et [28] quæ neſcierim melius. [29] male quæritur herbis,
Moribus & forma conciliandus, amor.
Hanc potes amplecti? thalamoque relictus in [30] uno
[31] Impavidus ſomno nocte ſilente frui?
[32] Scilicet ut tauros, ita te juga [33] ferre coëgit:
Quaque feros angues, te quoque mulcet [34] ope.
[35] Adde, quod [36] adſcribi factis [37] procerumque [38] tuiſque
Se favet; & [39] titulo conjugis uxor [40] obeſt.

1 Non ſperato, & improviſo. 2 Injuriam, i. e. læſa ſum, à quo minimè putabam. 3 Pulchritudine. 4 Virtutibus, vel officiis. 5 Pervertit te ad amorem ſuum. 6 Incantata, ut majorem nocendi vim haberent. 7 Herbas noxias. 8 Quia ſecundum rationem magicam herbæ aliæ vellebantur, aliæ incidebantur, prout volebant earum eſſe vim. 9 Medea. 10 Invitam, reſiſtentem. 11 Caligine, i. e. facére ſolem obſcurari. 12 Occultare. 13 Retinet. 14 Curva. 15 Moratur. 16 Ex loco ſuo, ubi erant. 17 Naturalia, eo loco nata. 18 Per ſepulchra mortuorum. 19 Sparſis. 20 Soluta. 21 Non omnia. 22 Adhuc calentibus, ubi paulò antè fuerunt combuſta cadavera. 23 Execratur, & incantationibus ſuis inficit. 24 Effigies cæreas, quæ repræſentent eos, quos vult devovere. 25 Facit. 26 Infigit. 27 Ulcerat imaginem caream in jecore, quaſi in ſede amoris, ut ita percutiatur ille, cujus eſt illa imago. 28 Sc. alia veneficia Medea facit, quæ *neſcierim*, i. e. neſcirem dicere. 29 Amor melius conciliandus & acquirendus moribus, i. e. virtutibus, & formâ, ſed è contrà quæritur à Medeâ *herbis*, i. e. vi herbarum, & incantationibus: aut, quæ neſcierim melius. 30 Ut ſis ſolus cum ſola venefica. 31 Intrepidus: deberes enim ſemper eſſe in maximo timore, quando dormis cum ea. 32 Certè. Q. d. Ita te incantavit, ſicut tauros, quos ejus ope dicis te viciſſe. 33 Sibi eſſe ſubditum. 34 Eadem vi, i. e. incantatione. 35 Supradictis vitiis. 36 Annumerari. 37 Caſtoris, Pollucis, Herculis, & cæterorum heroum, qui tecum fuerunt in rapiendo vellere aureo. 38 Sc. factis. 39 Laudibus tuis: quia non tibi, ſed ſibi vult adſcribi victoriam ſuam. 40 Nocet.

Atque

Atque aliquis Peliæ de [1] *partibus* [2] *acta* [3] *venenis*
[4] *Imputat, & [5] populum, qui ſibi* [6] *credat, habet.*
[7] *Non hæc* [8] *Æſonides;* *ſed* [9] *Phaſias Æëtine*
Aurea [10] *Phryxeæ terga* [11] *revellit ovis.*
Non probat Alcimede mater tua; [12] *conſule matrem:*
Non [13] *pater, à* [14] *gelido cui venit* [14] *axe nurus.*
[15] *Illa ſibi* [16] *Tanai, Scythiæque paludibus udæ*
Quærat, & à patria [17] *Phaſidos uſque, virum,*
[18] *Mobilis Æſonide, vernaque* [19] *incertior* [20] *aura,*
Cur tua pollicito pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, vir non meus inde rediſti.
Sim reducis conjux, ſicut euntis eram.
Si te nobilitas, generoſaque nomina [21] *tangunt;*
En ego Minôo nata [22] *Thoante feror.*
Bacchus [23] *avus, Bacchi* [24] *conjux redimita* [25] *corona,*
[26] *Præradiat* [27] *ſtellis ſigna* [28] *minora ſuis.*
Dos tibi [29] *Lemnos erit, terra* [30] *ingenioſa colenti:*
Me quoque [31] *res tales inter habere potes.*
Nunc etiam peperi. [32] *gratare* [33] *ambobus, Iāſon:*
[34] *Dulce mihi gravidæ fecerat* [35] *auctor onus.*
Felix in numero [36] *quoque ſum; prolemque gemellam*

1 Qui Peliæ patruo tuo favet. 2 Sc. à te, i. e. victorias tuas. 3 Incantationibus & herbis Medeæ: & dicit te viciſſe ejus auxilio. 4 Attribuit. 5 Maximam partem Theſſaliæ. 6 Ita eſſe ut dicit, & ita minoris æſtimet virtutem tuam. 7 Ponit verba, quæ dicit ille fautor Peliæ. 8 Jaſon, Æſonis filius. 9 Medea. Phaſis fluvius eſt Colchorum. 10 A Phryxo Jovi conſecratæ. 11 Non abſtulit. 12 Interroga quid ſibi videatur. 13 Sc. probat. 14 A regione ſeptentrionali: nam Colchi in regione frigida ſunt. 15 Medea. 16 Tanais fluvius Scythiæ, qui Europam ab Aſia dividit. 17 A Colchide, ubi eſt Phaſis fluvius. 18 Mutabilis. 19 Inconſtantior. 20 Vento veris: nullâ enim anni parte incertiores ſpirant venti, quam vere. 21 Movent. 22 Minois nepote. 23 Sc. paternus. 24 Ariadne avia mea. 25 Qua Bacchus eam ornavit, cùm in cœlum rapuit, & ſidus fecit, quod coronam appellavit. 26 Splendore vincit. 27 Nam Bacchus novem gemmas coronæ Ariadnes mutavit in novem ſtellas. 28 Minùs lucentia. 29 Inſula mea. 30 Fertilis, & naturâ bonâ. 31 Inter tales res, i. e. inter nobilitatem & dotem, non debes me ſpernere. 32 Gratulare. 33 Mihi & tibi. 34 Non moleſtum. 35 Is per quem etiam gravida ſum, ſc. tu. 36 Etiam, i. e. præter hoc quod peperi, ſum etiam felix: quia non unum, ſed geminos peperi, ſc. Thoantem & Eunæum.

[1] *Pignora* [2] *Lucina bina* [3] *favente dedi.*
Si quæris, cui ſint ſimiles; cognoſceris [4] *illis.*
[5] *Fallere non norunt:* [6] *cætera* [7] *patris habent.*
[8] *Legatos quos pæne dedi pro* [9] *matre ferendos:*
Sed [10] *tenuit* [11] *cœptas ſæva noverca vias.*
Medeam timui: plus eſt Medea [12] *novercâ.*
Medeæ [13] *faciunt ad ſcelus omne manus.*
Spargere quæ [14] *fratris potuit laniata per agros*
Corpora, [15] *pignoribus parceret illa meis?*
Hanc tamen, ô demens Colchiſque [16] *ablatę venenis,*
Diceris Hypſipyles [17] *præpoſuiſſe toro.*
[18] *Turpiter illa* [19] *virum cognovit adultera virgo:*
Me tibi, teque mihi [20] *tæda pudica dedit.*
[21] *Prodidit illa patrem:* [22] *rapui de cæde* [23] *Thoanta.*
[24] *Deſeruit* [25] *Colchos: me mea Lemnos* [26] *habet.*
Quid [27] *refert,* [28] *ſcelerata* [29] *piam ſi vincit, & ipſo*
Crimine [30] *dotata eſt,* [31] *emeruitque virum?*
Lemniadum [32] *facinus* [33] *culpô, non* [34] *miror, Iâſon.*
Quamlibet iratis ipſe dat arma [35] *dolor.*
[36] *Dic age, ſi ventis (ut oportuit) actus iniquis*
Intraſſes portus, tuque comeſque, meos;

1 Filios. 2 Deâ partus: quam Junonem eſſe volunt. Ter. *Juno Lucina fer opem.* Dicta eſt Lucina à luce, in quam pueros naſcentes deducere dicitur. 3 Dante mihi pariendi facultatem. 4 Per illos, i. e. ſi quis videat illos, videtur te videre. 5 Sicut tu. 6 Præter cognitionem fallendi. 7 Id eſt tui, qui es eorum pater. 8 Nuncios. 9 Pro me. 10 Impedivit. 11 Propoſitas. Q. d. Penè ad te infantes mihi [illegible], ut te mihi conciliarent. Sed Medea, ſæva illa noverca, propoſitum iter impedivit. 12 Crudelior crudeli; nam cùm omnis noverca ſit crudelis, ipſa eſt plus, quam noverca. 13 Conveniunt. 14 Abſyrti. 15 Filiis meis, quorum eſt noverca, i. e. ſi fratrem interfecit, non parceret meis. 16 Capto. 17 Maluiſſe eam uxorem, quam me. 18 Quia id fecit clam patre ſuo. 19 Sc. te. 20 Nuptiæ ſeu matrimonium legitimum. 21 Decepit: quia favit tibi, qui res ejus eras rapturus. 22 Libera, cùm Lemniades viros omnes trucidaſſent. 23 Patrem meum. 24 Quia fugit. 25 Patriam ſuam. 26 Tenet me. 27 Prodeſt. 28 Medea. 29 Sc. me. 30 Si à te exiſtimatur habere ſatis magnam dotem, quia eſt venefica. 31 Per crimina & ſcelera ſua. 32 Quæ unâ nocte viros interfecerunt. 33 Reprehendo. 34 Quòd interfecerint viros, à quibus ſpernebantur. 35 Indignatio: dolebant enim Lemniades viros, Thraces ſervas adduxiſſe, quibus oblectarentur. 36 Ordo eſt: Age dic, quo vultu videres natos & me, ſi tu actus ventis iniquis, i. e. tuæ voluntati adverſis, intraſſes portus, ſc. Lemni, & ego exiſſem obvia, &c.

Obviaque exiſſem fœtu comitata gemello:
(Hiſcere nempe tibi terra [1] roganda fuit,)
[2] *Quo vultu natos, quo me, ſcelerate, videres?*
Perfidiæ [3] *pretio qua* [4] *nece dignus eras?*
[5] *Ipſe quidem per* [6] *me tutus ſoſpeſque fuiſſes:*
Non quia tu [7] *dignus, ſed quia* [8] *mitis ego.*
[9] *Pellicis ipſa meos* [10] *impleſſem* [11] *ſanguine vultus,*
[12] *Quoſque veneficiis abſtulit illa ſuis.*
[13] *Medeæ Medea forem. quod ſi quid ab alto*
Juſtus [14] *adeſt votis Jupiter ipſe meis;*
[15] *Quod gemit Hypſipyle, lecti quoque* [16] *ſubnuba noſtri*
[17] *Mœreat, &* [18] *leges ſanciat ipſa ſuas.*
Utque ego deſtituor conjux materque duorum;
Da totidem [19] *natis orba ſit, atque viro.*
Nec male [20] *parta diu teneat;* [21] *pejuſque relinquat.*
[22] *Exulet; & toto quærat in orbe fugam.*
[23] *Quam fratri germana fuit, miſeroque parenti*
Filia; tam natis, tam ſit acerba viro.
Cum mare, cum terras conſumſerit; aëra [24] *tentet.*
[25] *Erret inops,* [26] *exſpes, cæde* [27] *cruenta ſua.*

1 Ut hiſceret, & ſe aperiret tibi, ut te abſorberet potius, quam aſpectum meum, quam deceperas, videres cum adultera tua. 2 Quâ audacia. 3 Quâ pœnâ. Ter. *Ergo pretium ob ſtultitiam fero.* 4 Q. d. crudeliſſimâ. 5 Tu. 6 Quantum ad me pertinet, quia nihil nocuiſſem tibi. 7 Sc. ſis, eſſe tutus. 8 Clemens, quæ neſcio nocêre. 9 Medeæ. 10 Fœdaſſem. 11 Quia dilaceraſſem ejus vultus. 12 Et vultus tuos, quos abſtulit veneficiis ſuis, i. e. quos ſuis incantationibus à me cepit. 13 Contrà Medeam Medeæ ſævitiâ uterer. 14 Exaudit preces & vota mea. 15 Quod ego doleo, ſc. mihi ereptum maritum. 16 Concubina, ſc. Medea, quæ alienum thalamum violavit. 17 Fleat. 18 Quia qui alteri facit injuriam, dat quodammodo leges ſibi quoque inferendi injuriam. 19 Poſt totidem filios, i. e. poſtquam duos filios ſuſceperit: quod quidem ita ei accidit, ſicut imprecata eſt. 20 Malè quæſita. 21 Quam acquiſiverit. 22 Expellatur è patria. 23 Ordo eſt: Illa ſit tam acerba natis Didymo & Theſſandro, i. e. etiam crudelis mater, & tam acerba viro Jaſoni, i. e. tam crudelis uxor tibi marito ſuo, quam, ſc. acerba germani, i. e. ſoror, fuit fratri, ſc. Abſyrto, quem dilaniavit, & quam acerba filia fuit, miſero parenti, ſc. Æetæ, quem prodidit. 24 Volet per aëra. Volavit autem per aëra draconibus alatis. 25 Vagetur, & eat hùc illùc. 26 Sine ſpe. 27 Quæ ſe ipſam interficiat.

Hæc [1] *ego conjugio* [2] *fraudata* [1] *Thoantis* [3] *oro.*
[4] *Vivite* [5] *devoto* [6] *nuptaque* [7] *virque toro.*

1 Hypſipyle, Thoantis filia. 2 Cui vir non rediit, ut debuit. 3 Imprecor. 4 Diu manere. 5 Execrationibus & infelicitatibus pleno, i. e. veſtrum conjugium eo exitu claudatur, quem meæ imprecationes devovent. 6 O Medea. 7 O Jaſon.

EPISTOLA VII.

ARGUMENTUM.

Trojâ à Græcis everſâ, Æneas, Anchiſæ & Veneris filius, raptis ab incendio ſecum penatibus, 20. navibus mare conſcendit. Qui tempeſtate vexatus, magnâ parte maris pererratâ, in Libyam quidem delatus eſt: ubi tunc Dido, Beli filia, & Sichæi, Herculis ſacerdotis uxor, ex Tyro urbe profecta, fratris Pygmalionis, qui incautum maritum ob divitias ejus interfecerat, & ſævitiam & avaritiam fugiens, urbem novam Carthaginem condebat: à quâ Æneas cum ſociis liberaliſſimè ſuſceptus, & amatus, cum eâ concubuit. Verùm cùm Mercurii monitu, in Italiam, ſibi ab oraculo promiſſam, navigare cogeretur: Dido præſentiens (veluti quæ ardentiſſimo amoris flagrabat incendio) illum à navigandi, aut ſaltem differendi, propoſito revocare tentans, poſt multas tandem fruſtrà eſuſas preces, ad eum moribunda ſcripſit, quem noverat mortis cauſam præbuiſſe.

DIDO ÆNEÆ.

[1] *SIc, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis,*
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe [2] *moveri,*
Alloquor: adverſo [3] *vovimus iſta* [4] *Deo.*
[5] *Sed* [6] *merita &* [7] *famam,* [8] *corpuſque animumque pudicum*
Cum male perdiderim; perdere verba [9] *leve eſt.*
[10] *Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido:*

1 Dicit Dido ſe, appropinquante vitæ ſuæ fine, effundere flebiles voces ad Æneam: ſicut cygnus vicinus morti, ſolet flebiliter cantare. Ordo eſt: Olor albus, abjectus, i. e. poſitus, ad vada, i. e. apud aquas (nam vada dicuntur aquæ, per quas pedibus vadere poſſumus) Mæandri, i. e. fluvii Lydiæ, juxta quem multi ſunt cygni, concinit, i. e cantat, ſic, ſc. flebiliter, ſicut ego nunc canto, ubi, i. e. quando, fata vocant, i. e. mors eum trahit. 2 Flecti 3 Tibi preces fecimus. 4 Nobis irato, & non favente. 5 Q. d. Cùm majora perdiderim, poſſum etiam perdere leviora, i. e. verba fruſtra fundere. 6 Beneficii mei in te collati. 7 Laudem. 8 A te violatum. 9 Facile. 10 Statuiſti.

Atque iidem venti vela [1] *fidemque* [2] *ferent.*
Certus es, Ænea, cum [3] *fœdere* [4] *ſolvere naves:*
[5] *Quæque ubi ſint neſcis, Itala regna ſequi.*
Nec nova Carthago, nec te creſcentia tangunt
Mœnia; nec ſceptro [6] *tradita* [7] *ſumma* [8] *tuo.*
[9] *Facta fugis;* [10] *facienda petis.* [11] *quærenda per orbem*
[12] *Altera,* [13] *quæſita eſt altera terra tibi.*
[14] *Ut terram invenias, quis eam tibi tradet* [15] *habendam?*
Quis ſua non [16] *notis arva* [17] *tenenda dabit?*
Alter habendus amor tibi reſtat, & altera Dido:
Quamque [18] *iterum fallas, altera danda fides.*
[19] *Quando erit, ut* [20] *condas* [21] *inſtar Carthaginis urbem,*
Et videas populos altus ab arce [22] *tuos?*
[23] *Omnia ut* [24] *eveniant, nec te tua vota* [25] *morentur;*
Unde tibi, quæ te [26] *ſic amet, uxor erit?*
[27] *Uror, ut* [28] *inducto* [29] *ceratæ ſulfure* [30] *tædæ:*
Ut pia fumoſis addita thura focis.
Æneas oculis ſemper vigilantis inhæret:
Æneam animo noxque dieſque [31] *refert.*
[32] *Ille quidem male* [33] *gratus, & ad mea munera* [34] *ſurdus;*
[35] *Et quo, ſi* [36] *non ſim ſtulta, carere velim:*
Non tamen Ænean, quamvis male cogitat, odi:
Sed queror [37] *infidum,* [38] *queſtaque* [39] *pejus amo.*

1 Quam mihi dediſti: quia diſcedet tecum, neque eam mihi ſervabis. 2 Auferent. 3 Connubiali. 4 A littore movêre. 5 Quia ſolum audita, non autem viſa ſunt tibi. 6 Commiſſa. 7 Quicquid erat poteſtatis. 8 Tuæ poteſtati. 9 Conditam Carthaginem. 10 Eam urbem intelligit, quam in Italia ſe conditurum Æneas fato prædicabat. 11 Ordo eſt: Altera terra, ſc. Italica, eſt quærenda 12 Sc. hæc, quam tibi dedi. 13 Jam parta tibi. 14 Quamvis. 15 Poſſidendam, & habitandam. 16 Peregrinis. 17 Habenda. 18 Secundò: ſicut mihi datam ſemel fefelliſti 19 Q. d. nunquam. 20 Ædifices 21 Ad ſimilitudinem. 22 Tibi ſubditos. 23 Supradicta. 24 Contingant tibi. 25 Impediant. 26 Sicut ego amo te 27 Ardeo, ſc. amore tui. 28 Superimpoſito. 29 Illitæ. 30 Species arborum, quæ ex ſe liquorem emittunt. 31 Repræſentat. Virg. *Illum abſens abſentem auditque videtque.* 32 Æneas. 33 Is eſt, qui accepta beneficia non penſat. 34 Non reſpondens, quoniam commemoratione beneficiorum non movetur: tranſlatio ab eo, qui auditu caret. 35 Et talis eſt, quo ego debeam velle carere, & eſſe ſine eo. 36 Niſi. 37 Sc. eſſe Æneam. 38 Licet lamentata de eo. 39 Vehementiùs.

Parce Venus [1] *nurui*, *durumque amplectere fratrem*,
[2] *Frater* [3] *Amor: caſtris* [4] *militet ille tuis.*
[5] *Aut ego*, [6] *quem cœpi (neque enim dedignor) amare*;
[7] *Materiam curæ præbeat* [8] *ille meæ*.
[9] *Fallor*; *& iſta mihi falſò* [10] *jactatur imago.*
[11] *Matris ab* [12] *ingenio* [13] *diſſidet ille ſuæ.*
[14] *Te lapis*, *& montes*, [15] *innataque rupibus altis*
[16] *Robora*, *te ſævæ progenuere* [17] *feræ*:
Aut [18] *mare*, *quale* [19] *vides*, [20] *agitari nunc quoque ventis*:
[21] *Quo tamen adverſis fluctibus* [22] *ire paras*.
Quo fugis? obſtat [23] *hiems*: [24] *hiemis mihi gratia proſit.*
Aſpice, *ut everſas* [25] *concitet Eurus aquas.*
Quod tibi maluerim, [26] *ſine me* [27] *debere* [28] *procellis*,
[29] *Juſtior eſt animo ventus & unda tuo.*
[30] *Non ego ſum tanti*, *(quamvis merearis*, *inique*,*)*
Ut pereas, *dum me per freta longa fugis.*
[31] *Exerces pretioſa odia*, *&* [32] *conſtantia magno*;
[33] *Si*, *dum me careas*, *eſt tibi vile mori.*
[34] *Jam venti* [35] *ponent*; [36] *ſtrataque æqualiter unda*,
Cæruleis [37] *Triton per mare* [38] *curret* [39] *equis*.

1 Mihi, quæ ſum nurus tua: nam ſum uxor Æneæ filii tui. 2 Æneæ: nam ambo eſtis filii Veneris. 3 Cupido. 4 Verſetur: nam *Militat omnis*, &c. 5 Sc. militem in caſtris tuis. 6 Ex quo eum vidi, & audivi loquentem. Virg. *At regina gravi*, &c. 7 Nutrimentum, ſc. ut me quoque amet. 8 Æneas. 9 Fruſtra hic cogito & peto, ut me amet. 10 Laudatur, vel oſtentatur ab eo. 11 Veneris: quia Venus eſt mitis & placabilis, Æneas verò durus & inexorabilis. 12 Naturâ. 13 Diſcordat, alienus eſt. 14 Sic Virg. *Nec tibi Diva*, &c. 15 Genita. 16 Quercus. 17 Ut tygres, aut urſæ, aut leænæ. 18 Sc. genuit te. 19 Sc. nunc. 20 Moveri. 21 Per quod mare. 22 Cùm ita ventis agitetur. 23 Tempeſtas impedit te. 24 Si tuâ ſponte hoc mihi beneficium præſtare non vis, ut aut maneas, aut differas fugam tuam: ſaltem hoc feceris tempeſtatis neceſſitate. 25 Commoveat. 26 Permitte. 27 Me eſſe obligatam. 28 Tempeſtatibus, & impetuoſis ventis. Dicuntur quaſi *percellæ*, à percellendo, i. e. percutiendo. 29 Clementior: quia vult reddere gratiam mihi benè merenti, cùm vult te apud me retinere: tu autem, qui accepiſti beneficium, non vis reddere gratiam. 30 Ordo eſt: O inique, non ſum tanti, ut pereas, i. e. perire velis, dùm fugis me per longa freta. 31 Q. d. Si me odio habes, & propter hoc parvi facis morti te objicere: hæc tua odia ſunt nimis magni pretii, & nimis cara. 32 Quia conſtant tibi vitâ, quæ res eſt magna. 33 Si parvi facis. 34 Citò. 35 Quieſcent, ceſſabunt. 36 Multùm quietâ. 37 Deus maris, Neptuni filius, & ejuſdem tubicen. 38 Celeri curru ibit per mare. 39 Delphinibus junctis ad currum equorum vice.

Tu

Tu quoque cum [1] *ventis utinam mutabilis eſſes!*
Et, niſi duritia robora [2] *vincis*, [3] *eris.*
[4] *Quid? ſi neſcieris*, [5] *inſana quid æquora poſſint?*
[6] *Expertæ toties tam* [7] *male* [8] *credis aquæ?*
[9] *Ut pelago* [10] *ſuadente etiam* [11] *retinacula ſolvas,*
Multa tamen latus [12] *triſtia pontus habet.*
[13] *Nec violaſſe fidem* [14] *tentantibus æquora* [15] *prodeſt.*
Perfidiæ pœnas [15] *exigit ille locus.*
Præcipue cum læſus Amor: quia mater [16] *Amoris*
Nuda [17] *Cytheriaeis* [18] *edita fertur aquis.*
[19] *Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti;*
[20] *Neu bibat æquoreas* [21] *naufragus* [22] *hoſtis aquas.*
Vive, precor: [23] *ſic te melius, quam* [24] *funere, perdam.*
Tu [25] *potius leti cauſa* [26] *ferare mei.*
[27] *Finge, age, te rapido (nullum ſit in* [28] *omine* [29] *pondus)*
[30] *Turbine deprendi:* [31] *quid tibi mentis erit?*
[32] *Protinus* [33] *occurrent falſæ* [34] *perjuria linguæ,*
Et [35] *Phrygia Dido fraude coacta mori.*
Conjugis ante oculos deceptæ ſtabit [36] *imago*
Triſtis, & effuſis [37] *ſanguinolenta comis.*
[38] *Quicquid id eſt, totum* [39] *merui, concedite dicas:*

1 Quorum natura eſt, ut mutentur. 2 Niſi es durior roboribus. Robur autem ſpecies arboris eſt, cujus lignum eſt durius: ponitur autem pro omni re, quæ dura eſt. 3 Sc. mutabilis. 4 Sc. faceres? Q. d. ignoſcendum eſſet tibi, ſi intrares mare, cujus periculum ignorares. 5 Procelloſa. 6 Probatæ à te. 7 Tam cum periculo tuo. 8 Confidis. 9 Quamvis. 10 Mari tranquillo: quia tunc videtur ſuadere nobis navigationem. 11 Funes navium. 12 Incommoda, præter naufragium. 13 Nocet. 14 Ingredientibus. 15 Punit perfidos. 16 Venus. 17 Venerem in Cithera inſula educatam ferunt. Venus autem dicitur nata è maris ſpuma. 18 Genita. 19 Timeo ne te naufragio perdam: quem tamen amiſi, quia mecum manere non vis. 20 Vel ne. 21 Submerſus. 22 Æneas. 23 Vivendo. 24 Morte, i. e. melius eſt, quòd caream te vivo, quam mortuo. 25 Quam ego dicar eſſe mortis tuæ cauſa. 26 Dicaris. 27 Puta, animo tuo cogita. 28 In augurio verborum meorum, i. e. hoc tamen propter verba mea tibi non eveniat. 29 Effectus. 30 Turbo eſt flatus repentinus, proxima quæque proſternens. 31 Quæ mens & cogitatio erit tibi. 32 Dicit, quæ mens ei futura ſit 33 Venient in mentem. 34 Quibus me decepiſti. 35 Tua: nam Æneas Phrygius eſt. 36 Species. Videberis enim videre me, quam decepiſti: quod maximè te anget. Virg. *Et cum frigida mors, &c.* 37 Utpote quæ tui cauſa ſe interfecerit. 38 Quicquid ſubibis periculi. 39 Juſtè patior.

Quæque cadent, in te fulmina miſſa [1] *putes.*
[2] *Da breve ſævitiæ ſpatium pelagique tuæque:*
[3] *Grande* [4] *moræ pretium tuta futura* [5] *via eſt.*
[6] *Nec mihi parcatur; puero parcatur Iülo.*
Te ſatis eſt [7] *titulum mortis habere* [8] *meæ.*
Quid puer Aſcanius, quid Dî [9] *meruere* [10] *Penates?*
Ignibus [11] *ereptos obruet unda Deos.*
Sed neque [12] *fers tecum: nec, quæ mihi, perfide, jactas,*
[13] *Preſſerunt humeros* [14] *ſacra* [15] *paterque tuos.*
Omnia mentiris. nec enim tua fallere lingua
[16] *Incipit à nobis; primaque* [17] *plector ego.*
[18] *Si quæras, ubi ſit formoſi* [19] *mâter Iüli:*
[20] *Occidit à* [21] *duro* [22] *ſola relicta viro.*
[23] *Hæc mihi narraras: at me movere* [24] *merentem.*
Illa minor culpa [25] *pœna* [26] *futura mea eſt.*
Nec mihi mens dubia eſt, [27] *quin te tua numina* [28] *damnent.*
Per mare, per terras ſeptima jactat [29] *hiems.*
Fluctibus [30] *ejectum* [31] *tuta ſtatione recepi,*
[32] *Vixque bene audito nomine, regna dedi.*
His tamen [33] *officiis utinam contenta fuiſſem:*
Et mihi [34] *concubitûs* [35] *fama* [36] *ſepulta foret!*

1 Putabis, i. e. credes eſſe miſſa à Diis, ut perfidiam tuam vindicent. 2 Concede breve tempus, ut eas, poſtquam mare fuerit placatum. 3 Hæc mora erit utilis, quia poſteà habebis navigationem tutam. 4 Tardationis tuæ. 5 Navigatio. 6 Ne mei rationem habens, in morando, ſed filii tui. 7 Nomen. 8 Non etiam filii tui. 9 Sc. ut ſubmerſionis periculo à te objiciantur. 10 Quos tecum, ut dicis, in Italiam portas. 11 Liberatos incendio Trojano. Virg. *Sum pius Æneas, raptos*, &c. 12 Portas. 13 Tuis humeris ſunt portata. 14 Dii Penates. 15 Anchiſes. 16 Quia jam aſſuevit alios fallere. 17 Punior, ſc. perfidiâ tuâ. 18 Probat, quod alias deceperit. 19 Creüſa, Priami filia: quæ caſu relicta eâ nocte quâ combuſta eſt Troja, Cybeles ſacerdos conſtituta eſt. Sunt qui Æneæ fraude relictam tradant. 20 Periit. 21 Inhumano. 22 Sine te. 23 Sc. Creüſam eſſe à te relictam. 24 Præſtantem tibi beneficia. 25 Quam tu dabis & patieris propter Creüſam relictam. 26 Culpâ quam de me habes. 27 Ut non. 28 Dignum pœnâ judicent. 29 Septimus annus. Virg. quoque dicit, ſeptimo anno poſt captam Trojam Æneam in Italiam veniſſe. *Nam te jam ſeptima*. &c. 30 Naufragum. Virg. *Ejectum littore*, &c. 31 Portu Carthaginenſi. 32 Nam cum audiſſet Dido ab Ilioneo, *Rex erat Æneas nobis*, &c. reſpondit Dido: *Vultis & his*, &c. 33 Quòd te hoſpitio exceperim, & regna dederim. 34 Violatæ pudicitiæ. 35 Quæ jam ſparſa & vulgata eſt, me tecum concubuiſſe. Virg. de hac famâ: *Hæc tum multiplici*, &c. 36 Incognita, à nullo commemorata.

Illa

Illa [1] *dies* [2] *nocuit, qua nos* [3] *declive ſub* [4] *antrum*
[5] *Cæruleus ſubitis* [6] *compulit imber aquis.*
Audieram [7] *vocem;* [8] *Nymphas ululaſſe putavi.*
[9] *Eumenides fatis* [10] *ſigna dedere meis.*
[11] *Exige læſe* [12] *pudor pœnas, violate Sichæo:*
Ad quas (me miſeram!) plena pudoris eo.
[13] *Eſt mihi marmorea ſacratus in* [14] *æde* [15] *Sichæus:*
[16] *Appoſitæ frondes* [17] *velleraque alba* [18] *tegunt.*
[19] *Hinc ego me ſenſi* [20] *noto quater ore citari:*
[21] *Ipſe ſono tenui dixit,* [22] *Eliſſa, veni.*
[23] *Nulla mora eſt; venio. venio tibi* [24] *debita conjux:*
Sed tamen [25] *admiſſi tarda pudore mei.*
[26] *Da veniam culpæ; decepit* [27] *idoneus auctor.*
[28] *Invidiam* [29] *noxæ* [30] *detrahit ille meæ.*
[31] *Diva parens, ſeniorque pater pia* [32] *ſarcina nati,*
Spem mihi [33] *manſuri rite dedere viri.*

1 Commemorat tempus, quo primùm ſe cum Ænea commiſcuit. Dido enim in venationem exierat cum Ænea, immiſſoque ſubito imbri à Junone, Venere conſentiente, Æneas & Dido in eandem ſpeluncam, imbrem fugientes, devenerunt: ubi primùm concubuerunt. 2 Virg. *Ille dies primus leti, primuſque malorum cauſa fuit.* 3 Pendens. 4 In ſpeluncam. 5 Obſcurus. Virg. *Inſequitur commixtâ grandine nimbus.* 6 Coëgit. 7 Clamorem. 8 Virg. *Summoque ulularunt vertice Nymphæ.* 9 Q. d. Non fuerunt Nymphæ, ſed Furiæ, quæ meam calamitatem præcinebant. 10 Futuræ infelicitatis ac mortis præſagia. Vocantur Furiæ *Eumenides* per antiphraſin, quod immites atque implacabiles ſint: εὐμενὴς enim mitem ſignificat. 11 Ordo eſt: O pudor, i. e. ô pudicitia, læſe, violate, exige pœnas Sichæo, i. e. ſume de me pœnas, quas Sichæus debet exigere, quia ei non ſervavi fidem. Virg. *Nec ſervata fides cineri promiſſa Sichæo.* 12 Verecundiæ: quia pudet me. 13 Exponit aliud exitii ſui ſignum. 14 In templo. Virg. *Præterea fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui, miro quod honore colebat, Velleribus niveis, & feſtâ fronde revinctum.* 15 Sichæi imago. 16 Ad ornatum. 17 Vittæ puræ, quibus templa ornantur. 18 Ornant. 19 Ex hac æde. 20 Notis verbis. Virg. *Hinc exaudiri voces, & verba vocantis. Viſa viri.* 21 Sichæus. 22 Hoc enim fuit prius nomen Didonis, nam poſtquam Carthaginem condidit, Dido appellata eſt. 23 Dicit ſe paratam mori, ut ſit cum Sichæo. 24 Quoniam primæ nuptiæ legitimæ ſunt. 25 Criminis. 26 Ad Sichæum loquitur. 27 Non contemnendus, cui credendum quiſque putaret. 28 Odium. 29 Culpæ, impudicitiæ. 30 Aufert. 31 Non mortalis. Enumerat ea, quæ fecerunt fidem. 32 Pium onus, i. e. pater, quem humeris ſuis ſe geſtaſſe dicebat. 33 Qui non fugeret, ſed in fide perſeveraret.

[1] *Si fuit errandum, cauſas habet error* [2] *honeſtas.*
[3] *Adde fidem; nulla parte* [4] *pigendus erit.*
[5] *Durat in extremum, vitaque* [6] *noviſſima noſtræ*
Proſequitur [7] *fati, qui fuit ante, tenor.*
[8] *Occidit internas conjux* [9] *mactatus ad* [10] *aras:*
Et ſceleris tanti [11] *præmia* [12] *frater habet.*
[13] *Exul agor; cinereſque viri patriamque relinquo:*
Et feror in duras [14] *hoſte ſequente vias.*
[15] *Applicor* [16] *ignotis: fratrique* [17] *elapſa fretoque,*
Quod tibi donavi, perfide, littus [18] *emo.*
[19] *Urbem conſtitui; lateque patentia fixi*
Mœnia, finitimis [20] *invidioſa locis.*
[21] *Bella tument: bellis peregrina & fœmina tentor:*
Vixque [22] *rudes portas urbis &* [23] *arma paro.*
[24] *Mille procis placui: qui me coïere* [25] *querentes*
[26] *Neſcio quem* [27] *thalamis præpoſuiſſe ſuis.*
[28] *Quid dubitas vinctam* [29] *Gætulo tradere Iarbæ?*
[30] *Præbuerim ſceleri brachia noſtra tuo.*
Eſt etiam [31] *frater; cujus manus impia poſſit*

1 Si ob ullam rem debui non ſervare quod Sichæo promiſeram: nam in hoc erravi. 2 Probabiles. 3 Quam dedit mihi, i. e, adde quod mihi juravit. 4 Sc. Æneas, i. e. non erit, quare pigeat, & turpe mihi ſit ei credidiſſe. 5 Durat uſque ad ultimum vitæ ſpiritum. 6 Ultima, i, e. uſque ad mortem. 7 Perſeverantia, infelicitatis. 8 Periit. 9 Tanquam victima interfectus, ſc. à Pygmalione, Didonis fratre, propter opes Sichæi, quibus Pygmalion inhiabat. 10 Apud aras Herculis; erat enim Sichæus ſacerdos Herculis. Virg. *Impius ante aras, atque auri cæcus amore, Clam ferro incautum ſuperat*, &c. 11 Nomen. 12 Sc. meus, Pygmalion. 13 Expellor è patria: nam crudelitas fratris coëgit eam facere, ſuadente Sichæi imagine, quæ Didoni noctu apparuit, & omnia Pygmalionis facinora enarravit. 14 Fratre Pygmalione, qui vitæ & rebus meis inſidiabatur ut hoſtis. 15 Adducor. 16 Africam ſignificat, in quam delata eſt. 17 Clam & cum difficultate erepta. 18 Dido quantum taurino corio poſſet circumdare, ad Hyarba, Getuliæ rege, tantum emit terræ; ubi Carthaginem condidit. 19 Carthaginem. 20 Quibus invidetur. Undè Anna ad Didonem 4. Æn. *Nec venit in mentem quorum conſederis arvis*, &c. 21 Virg. *Quid bella Tyro ſurgentia dicam.* Hyarbas enim, quoniam contemnebatur ejus conjugium, bellum Carthaginenſibus minabatur. 22 Novas. 23 Quibus mœnia defendebantur. 24 Multis. Num. ſin. pro inſin. 25 Congregati ſunt, conſpirarunt in me, quoniam à me tuâ causâ contempti ſunt. 26 Quaſi ignotum. 27 Conjugio ipſorum. 28 Rectè me in poteſtatem Hyarbæ conjicis, cùm me tibi committere non dubitarim. 29 Qui imperat Getuliæ, quæ eſt pars Africæ. 30 Præbebo. 31 Pygmalion.

Reſpergi noſtro, [1] *ſparſa cruore.* [2] *viri.*
[3] *Pone* [4] *Deos, & quæ tangendo ſacra* [5] *profanas:*
Non bene cæleſtes impia dextra colit.
[6] *Si tu cultor eras elapſis igne futurus;*
Pœnitet elapſos ignibus eſſe Deos.
Forſitan & gravidam Dido, ſcelerate, relinquas;
[7] *Parſque tui lateat corpore clauſa meo.*
[8] *Accedet* [9] *fatis matris* [10] *miſerabilis infans;*
Et nondum nato funeris auctor eris.
[11] *Cumque parente ſua* [12] *frater morietur Iüli;*
[13] *Pœnaque* [14] *connexos auferet una duos.*
[15] *Sed jubet ire* [16] *Deus. vellem vetuiſſet adire;*
Punica nec Teucris [17] *preſſa fuiſſet humus.*
[18] *Hoc* [19] *duce (nempe Deo) ventis agitaris iniquis,*
Et [20] *teris in rapido tempora longa freto.*
[21] *Pergama vix* [22] *tanto tibi erant repetanda labore,*
Hectore ſi vivo [23] *quanta fuere forent.*
Non [24] *patrium Simoënta petis; ſed* [25] *Tybridis undas.*
Nempe, [26] *ut pervenias quo* [27] *cupis,* [28] *hoſpes eris.*
[29] *Utque latet, vitatque tuas abſtruſa carinas,*
Vix tibi contingret [30] *terra petita* [31] *ſeni.*
[32] *Hos potius populos in dotem,* [33] *ambage* [34] *remiſſa,*

1 Fœdata. 2 Mariti mei Sichæi, quem interfecit. Q. d. Pygmalion paratus eſt ad exitium meum. 3 Depone. 4 Penates: quoniam impios ſacra tractare non decet. 5 Polluis tangenda. 6 Ordo eſt; *Deos pœnitet eſſe elapſos ignibus, ſi tu*, ſc. ſceleratus & impius, *eras futurus cultor ipſis ereptis ignis*, i. e. liberatis incendio Trojano: quia mallent ſe eſſe combuſtos, quam habere talem cultorem. 7 Aliquis filius, qui eſt pars patris. 8 Addetur. 9 Morti. 10 Quia nullâ culpâ ſuâ morietur. 11 Mecum, quæ ſum mater ejus. 12 Qui erit ex te genitus, ſicut Iülus. 13 Una mors. 14 Conjunctos, ſc. matrem & filium. 15 Objectio, quam poſſet facere Æneas. 16 Mercurius: ſic enim ſe excuſabat Æneas apud Virg. 4. Æn. *Nunc etiam interpres divum*, &c. 17 Calcata. Sic Dido apud Virg. 4. Æn. *Felix, heu nimium felix, ſi littora tantum*, &c. 18 Sc. Mercurio. 19 Autore. 20 Conſumis. 21 Troja. 22 Quanto petis arva aliena. Virg. 4. Æn. *Quid ſi, non arva aliena*, &c. 23 Quam Florida. 24 Trojanum. 25 Qui procul eſt ab his locis. 26 Quamvis. 27 Sc. ad Italiam. 28 Peregrinus, & advena. 29 Sicut eſt remota, & occultata. 30 Quam tu petis. 31 Etiamſi vixeris multos annos, i. e. vix ſenex in Italiam venies. 32 Meos. 33 Circuitu. 34 Omiſſa.

Accipe; & advectas Pygmalionis [1] opes.
[2] *Ilion in Tyriam transfer [3] felicius [4] urbem:*
Inque loco regis ſceptra [5] ſacrata tene.
Si tibi mens avida eſt Belli, ſi quærit Iülus
[6] *Unde ſuo partus Marte triumphus eat;*
Quem ſuperet [7] ne quid deſit, præbebimus hoſtem.
Hic pacis [8] leges: [9] hic locus arma capit.
Tu modo, per matrem, fraternaque [10] tela ſagittas,
Perque fugæ comites Dardana ſacra [11] Deos:
(Sic [12] ſuperent quoſcumque tua de gente reportas,
[13] *Mars ferus & [14] damni [15] ſit modus ille tui,*
Aſcaniuſque ſuos feliciter impleat [16] annos,
Et ſenis Anchiſæ molliter oſſa [17] cubent)
Parce precor [18] domui, quæ ſe [19] tibi tradit [20] habendam.
[21] *Quod crimen dicis, præter amaſſe, meum?*
Non ego ſum [22] Phthias, magniſque [23] oriunda [24] Mycenis:
Nec [25] ſteterunt in te virque paterque meus.
[26] *Si pudet uxoris; non nupta, ſed [27] hoſpita dicar.*
[28] *Dum tua ſit Dido, [29] quidlibet eſſe feret.*
Nota mihi freta ſunt Afrum [30] frangentia littus:
Temporibus [31] certis dantque negantque [32] viam.
Cum dabit aura viam, præbebis carbaſa ventis.

1 Quas Pygmalion habere cupiebat & ſperabat. 2 Res Ilienſes, i. e. ſtatum Trojanum & regnum tranſmuta in Carthaginem, & eſto hujus loci rex 3 Quam Troja fuit. 4 In Carthag:nem, quam Tyriam à conditoribus Tyriis appellavit. 5 Venerabilia: quia omnes reges erant ſacri. 6 Ex qua cauſa. 7 Ut omnia habeas, ſc. regnum, & etiam opportunitatem victoriarum & triumphorum. 8 Et paci, & bello convenit. 9 Noſter, ſc. Carthago. 10 Arma Cupidinis fratris tui. 11 Penates. 12 Vincant. 13 Illud bellum, ſc. Trojanum. 14 Tuæ calamitatis, i. e. ultrà bellum Trojanum nullam unquam patiaris calamitatem. 15 Sit finis. 16 Naturâ vel fato tibi debitos. 7 Quieſcant. 18 Sc. meæ. 9 A te. 20 Poſſidendam. 21 Nihil in me accuſare potes, niſi amorem, is quoque veniâ dignus eſt. 22 Theſſaliæ urbe, Achillis patriâ. 23 Orta. 24 Unde Agamemnon & Menelaus orti fuerunt. 25 In acie contrà te militarunt. Virg. 4. Æn. *Non ego cum Danaïs Trojanam excindere gentem Aulide juravi, claſſemve ad Pergama miſi,* 26 Si pudet te habere me nomine uxoris. 27 Peregrina & amica. 28 Dummodò. 29 Sub quavis conditione, i. e. & ſerva & amica. 30 Percutientia. Q. d. Novi maris Lybici ſævitiam. 31 Quibuſdam, non omnibus. 32 Opportunitatem eundi.

Nunc

Nunc [1] levis ejectam continet [2] alga ratem.
Tempus ut obſervem, [3] manda mihi; certius ibis:
[4] Nec te, ſi [5] cupies, ipſa [6] manere ſinam.
Et [7] ſocii requiem poſcunt, [8] laniataque claſſis
Poſtulat exiguas [9] ſemirefecta [10] moras.
[11] Pro meritis, & ſi [12] qua tibi debebimus ultro,
Pro ſpe conjugii [13] tempora parva peto.
Dum freta miteſcunt, & Amor: [14] dum tempore & uſu
Fortiter [15] ediſco [16] triſtia poſſe pati.
[17] Sin minus; eſt [18] animus nobis [19] effundere vitam.
In me crudelis non potes eſſe diu.
Adſpicias utinam, [20] quæ ſit ſcribentis [21] imago!
Scribimus; & gremio Troïcus [22] enſis adeſt:
Perque genas lacrymæ [23] ſtrictum labuntur in enſem;
Qui jam [24] pro lacrymis ſanguine [25] tinctus erit.
Quam bene conveniunt [26] fato tua [27] munera noſtro!
[28] Inſtruis impenſa noſtra [29] ſepulcra [30] brevi.
Nec mea [31] nunc primo feriuntur pectora telo:
[32] Ille locus ſævi vulnus Amoris habet.
Anna ſoror, ſoror Anna, meæ [33] male [34] conſcia [35] culpæ,
[36] Jam dabis in cineres [37] ultima dona meos.
Nec, [38] conſumta rogis, inſcribar [39] Eliſſa Sichæi;
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:

1 Vilis. 2 Herba maris, quæ in tempeſtate tollitur ſuper undas, & interdum moratur naves. 3 Committe. 4 Non permittam. 5 Quamvis velis: quia hortabor te ut eas, cùm venti poſcent. 6 Sc. hic. 7 Sc. tui. 8 Ventis quaſſata. 9 Non plene renovata. 10 Exiguum morandi ſpatium. 11 Pro beneficiis in te collatis. 12 Si qua præſtare debebimus ultra hæc, quæ jam præſtitimus. 13 Exiguam moram. 14 Dum conſuetudine amor fit tolerabilis. 15 Aſſueſcam. 16 Diſceſſus tui dolores. 17 Si non, ſc. præſtiteris hoc parvum tempus. 18 Certò ſtatui. 19 Mori. 20 Qualis. 21 Species, aſpectus. 22 Quem mihi reliquiſti. 23 Nudum. 24 Loco lachrymarum. 25 Maculatus. 26 Morti noſtræ. 27 Datus enſis. 28 Ornas. 29 Meas exequias, 30 Unius enſis munere. 31 Quia etiam anteà percuſſa ſum. 32 Pectus meum. 33 Quia mihi prodeſſe non potuiſti. 34 Nam, ut eſt apud Virg. ei amorem ſuum detexit, Anna, fatebor enim, &c. 35 Amoris ſecundi mariti: quem culpam appellavit, propter fidem non ſervatam priori marito. 36 Mox, citò. 37 Exequias. 38 Combuſta ignibus rogalibus. 39 Sc. uxor: nam in mulierum epitaphiis ſcribebantur nomina maritorum ſuorum. Non vult ergo ſcribi uxor Sichæi, quia non fuit ei fida uxor.

Præ-

Præbuit Æneas & [1] *cauſam mortis &* [2] *enſem.*
Ipſa ſua Dido [3] *concidit uſa manu.*

1 Quia eam decepit. 2 Quia reliquit enſem, quo ſe interfecit. 3 Mortua eſt.

EPISTOLA VIII.

ARGUMENTUM.

Hermione, Menelai & Helenæ filia, à Tyndaro avo materno, cui domum commendaverat Menelaus, dùm iret ad Trojam, Oreſti, Agamemnonis & Clytemneſtræ filio, deſponſata eſt: quam etiam Menelaus, hujuſce rei inſcius, Pyrro, Achillis filio, ante Trojam promiſit, qui tandem reverſus Hermionem rapuit. Sed cùm Pyrrhi connubium maximo odio haberet, & Oreſtem adamaret clam per nuncium monuit, facilè ſe poſſe à Pyrrhi vinculis liberari. Quod quidem eſt aſſecuta: nam Oreſtes poſt Ægyſthi matriſque cædem furore purgatus, Pyrrho in templo Apollinis interfecto, eam recepit.

HERMIONE ORESTÆ.

[1] *Alloquor* [2] *Hermione nuper fratremque virumque,*
Nunc fratrem; nomen conjugis alter habet.
Pyrrhus [3] *Achillides,* [4] *animoſus imagine patris,*
Incluſam contra [5] *juſque* [6] *piumque tenet.*
[7] *Quod potui,* [8] *renui; ne non* [9] *invita tenerer;*
[10] *Cætera* [11] *fœmineæ non valuere manus.*
Quid facis, Æacide? non ſum ſine [12] *vindice, dixi:*
Hæc tibi [13] *ſub domino, Pyrrhe, puella ſuo eſt.*
[14] *Surdior ille freto* [15] *clamantem nomen Oreſtæ*
Traxit [16] *inornatis in ſua tecta comis.*

1 Scilicet epiſtolâ. 2 Menelai filia, Oreſtis uxor, ut videre eſt in Argumento: nam prius Oreſti, poſtea Pyrrho nupta fuit, itaque alterum fratrem & virum, alterum fratrem tantum, alterum conjugem tantum vocat. 3 Filius Achillis, ex Deïdamia, Lycomedis filia, Scyri inſulæ regis. 4 Audax, vel iracundus, vehementiam patris imitans. 5 Contrà humanas leges. 6 Contrà religionem, & Deorum inſtitutum. 7 Quantum. 8 Recuſavi. 9 Contrà voluntatem meam. 10 Præter renuere. 11 Et ideò imbecilles. 12 Ultore, vel defenſore, i. e. habeo qui me poſſit ex hac contumelia liberare. 13 Non ſub te, ſed alterius, ſc. Oreſtis, cujus jam ſum dicata connubio. 14 Quia ſicut mare non audit precantes, ita ille multò minùs audiebat me ſupradicta dicentem. 15 Vocantem, quaſi mihi auxilio eſſe deberet. 16 Solutis, & laceratis.

Quid

[1] *Quid gravius capta Lacedæmone ſerva tuliſſem,*
Si raperet Grajas barbara turba nurus?
[2] *Parcius* [3] *Andromachen vexavit Achaïa* [4] *victrix,*
[5] *Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.*
At tu, [6] *cura mei ſi te pia tangit, Oreſte,*
[7] *Injice non timidas in* [8] *tua jura manus.*
[9] *An, ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis,*
Arma feras? rapta conjuge lentus [10] *eris?*
Sit [11] *ſocer exemplo,* [12] *nuptæ repetitor* [13] *ademtæ:*
Cui pia militiæ cauſa puella fuit.
Si ſocer ignavus vidua ſtertiſſet in aula;
Nupta [14] *foret Paridi mater, ut* [15] *ante fuit.*
[16] *Nec tu mille rates ſinuoſaque vela pararis;*
Nec numeros Danai militis: [17] *ipſe veni.*
[18] *Sic quoque eram repetenda tamen: nec turpe marito,*
Aſpera [19] *pro caro bella tuliſſe toro.*
Quid, quod avus nobis idem [20] *Pelopeïus* [21] *Atreus?*
Et [22] *ſi non eſſes vir mihi, frater* [23] *eras?*
[24] *Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori:*
[25] *Inſtant officio nomina* [26] *bina tuo.*

1 Q. d. Nihil. Dicit enim ſe eſſe in deteriori conditione, quam ſi captâ Lacedæmone, urbe ſuâ, facta fuiſſet captiva. 2 Mitius. 3 Hectoris uxorem. 4 Victores Græci, qui jure victoriæ poterant eſſe ſæviores. 5 Cùm Troja igne Græcorum conſumeretur. 6 Amor. 7 Verbum eſt juris. Dicitur enim injicere manus, qui nullâ judicis autoritate exſpectatâ, rem ſibi debitam vendicat. 8 In me vendicandam, quæ ſum tua. 9 Arguit à minori ad majus. Si enim pugnatur pro armentis raptis, multò magis pugnandum eſt pro uxore. 10 Piger eris, & à pugnâ ceſſabis. 11 Menelaus, pater meus, ſocer tuus. 12 Helenæ matris meæ, uxoris ſuæ. 13 Raptæ à Paride. 14 Si fuiſſet lentus, & non curaſſet repetere eam armis. 15 Sc. fuit nupta. 16 Non eſt opus exercitu, aut magnâ claſſe, ut me habeas. 17 Tu, & non alius pro te. 18 Sc. cum claſſibus, & numero militum, ſi opus eſſet. 19 Pro chara conjuge. Non erat damnabile, ſi uxoris cauſa moviſſes bellum. 20 Pelopis filius. Pelops autem, filius Tantali, genuit Atreum & Thyeſtem: Atreus Agamemnonem & Menelaum: Thyeſtes verò ex Pelope filia genuit Ægiſtum, qui poſteà adulter fuit Clytemneſtiæ. 21 Pater dicitur fuiſſe Agamemnonis, patris Oreſtis, & Menelai, patris Hermiones. 22 Quamvis. 23 Patruelis: erant enim Oreſtes & Hermione antè conjugium patrueles, i. e. nati ex duobus fratribus: & ſic eundem habebant avum. 24 Tu marite. 25 Urgent te ita facere, ut me ab hac contumelia vindices. 26 Sc. & mariti, & patruelis, ſive fratris.

[1] Me tibi [2] Tyndareus, [3] vita [4] gravis auctor & [5] annis,
Tradidit: [6] arbitrium [7] neptis habebat avus.
At pater [8] Æacidæ promiſerat [9] inſcius acti.
Plus quo, qui prior eſt [10] ordine, poſſet avus.
Cum tibi nubebam, nulli mea [11] tæda nocebat:
Si jungar Pyrrho, tu mihi [12] læſus eris.
Et pater [13] ignoſcet noſtro Menelaus amori.
[14] Succubuit telis [15] præpetis ipſe [16] Dei.
Quem ſibi permiſit, [17] genero permittet amorem.
Proderit [18] exemplo [19] mater amata ſuo.
[20] Tu mihi, quod matri pater, es: [21] quas egerat [22] olim
[23] Dardanius [24] partes advena, Pyrrhus agit.
[25] Ille licet [26] patriis [27] ſine fine ſuperbiat actis;
[28] Et tu [29] quæ referas acta parentis habes.
[30] Tantalides omnes [31] ipſumque regebat Achillem.
[32] Hic [33] pars militiæ; dux erat [34] ille [35] ducum.
Tu quoque habes proavum Pelopem Pelopiſque [36] parentem:
Si melius numeres, à Jove [37] quintus eris.
Nec [38] virtute cares: arma [39] invidioſa tuliſti.
[40] Sed tu [41] quid faceres? [42] induit illa pater.

1 Probat ſe Oreſti legitimè nupſiſſe. 2 Avus meus maternus: nam pater fuit Helenæ. 3 Honeſtate vivendi. 4 Venerabilis, & dignus autoritate. 5 Quia jam ſenex. 6 Poteſtatem. 7 Mei, quæ nata ſum ex filia ejus. 8 Pyrrhò, Æaci pro nepoti. 9 Me tibi nupſiſſe ignorabat Menelaus. 10 Cognationis. 11 Matrimonium. 12 Injuriâ affectus. 13 Dabit veniam. 14 Victus eſt. 15 Alati, vel volucris. 16 Cupidinis. 17 Tibi. 18 Quia quod propter eam fecit pater, licebit tibi propter me facere. 19 Meâ, ſc. Helena. 20 Sicut pater meus eſt legitimus maritus matri meæ Helenæ, ita tu mihi. 21 Sicut Paris non legitimus conjux erat matri meæ, ſed raptor: ita & Pyrrhus agit eas partes, ſc. raptoris. 22 Cùm haberet apud ſe matrem meam. 23 Paris. 24 Officia. 25 Pyrrhus. 26 Paternis, ſc. Achillis. 27 Infinitè. 28 Etiam tu. 29 Quæ poſſis memorare, i. e. tu quoque pâtris tui Agamemnonis facta jactare potes, qui Græcorum omnium in expeditione Trojana Imperator extitit. 30 Agamemnon, qui à Tantalo originem duxit. 31 Quo Pyrrhus tam ſuperbit. 32 Achilles. 33 Unus ex militibus & ducibus, qui erant ſub Agamemnone. 34 Agamemnon pater tuus. 35 Quia omnes duces ei parebant. 36 Tantalum. 37 Nam Jupiter Tantalum, Tantalus Pelopem, Pelops Pliſthenem, Pliſthenes Agamemnonem, Agamemnon Oreſtem genuit. 38 Fortitudine. 39 Odioſa, quia interfeciſti matrem. 40 Excuſatio matricidii Oreſtis. 41 Q. d. Nihil aliud, quam quod feciſti. 42 Dedit ei veſtem ſuperiori parte non apertam, quâ caput emittere poſſet: quâ implicatus, & uxoris, & adulteri manibus interfectus eſt.

Ma-

[1] *Materia vellem fortis* [1] *meliore fuiſſes:*
Non [2] *lecta eſt,* [3] *operi* [4] *ſed data cauſa tuo.*
[5] *Hanc tamen* [6] *impleſti; juguloque* [7] *Ægyſthus aperto*
[8] *Tecta* [9] *cruentavit,* [10] *quæ pater ante tuus.*
[11] *Increpat* [12] *Æacides,* [13] *laudemque in crimina* [14] *vertit.*
Et [15] *tamen aſpectus* [16] *ſuſtinet ille meos.*
[17] *Rumpor; & ora mihi pariter cum mente tumeſcunt:*
Pectoraque incluſis [18] *ignibus* [19] *uſta dolent.*
Hermione coram [20] *quicquamne objecit Oreſti?*
[21] *Nec mihi ſunt vires; nec ferus enſis adeſt.*
[22] *Flere licet certe: flendo* [23] *diffundimus iram:*
Perque ſinum lacrymæ fluminis [24] *inſtar eunt.*
Has ſolas habeo ſemper, ſemperque [25] *profundo.*
Hument incultæ [26] *fonte* [27] *perenne genæ.*
[28] *Hoc generis fato, quod noſtras errat in annos,*
[29] *Tantalides matres apta rapina ſumus*
Non ego fluminei referam [30] *mendacia* [31] *cygni:*

1 Honeſtiore cauſa, quam cæde matris. 2 Electa à te. 3 Facto, ſc. matricidio, i. e. non voluntatem ſed neceſſitate, arma contrà tuos ſumpſiſti. 4 Sc. & ſcelere matris, & reſponſo oraculi. 5 Cauſam tibi datam. 6 Perfeciſti, vindicatâ morte paternâ. 7 Adulter matris tuæ. 8 Paternam regiam. 9 Cruore ſuo fœdavit. 10 Sc. cruentaverat, i. e. iiſdem tectis eum interfeciſti, quibus ille patrem tuum interfecerat. 11 Reprehendit, ſc. hoc factum tuum. 12 Pyrrhus. 13 Ultionem cædis paternæ, quæ tibi laudi eſt. 14 Accuſat, & dicit homicidium eſſe. 15 Quamvis ita de te male dicat. 16 Patitur ſe à me videri, quam ſcit non poſſe malè de te audire. 17 Sc. dolore. 18 Indignationibus, quæ tanquam ignes latentes pectus meum urunt. 19 Ardentia. 20 Pro quiſquam-ne objiciet, i. e. quiſquam-ne malè dicet de Oreſte in præſentia mea. 21 Non poſſum ulciſci hanc injuriam. 22 Poſſum ſolum flere, & non aliter vindicare. 23 Spargimus, & abjicimus iram flendo: quia plus lædit ira retenta & occultata, quam ſi fletu effundatur. 24 Valdè, abundè. 25 Largiſſimè emitto. 26 Copiâ lachrymarum. 27 Jugi, perpetuo. 28 Hoc eſt infortunium gentis domus noſtræ, quod etiam ad meam ætatem pervenit, ut ex gente noſtra omnes mulieres rapiamur à viris, ſicut ego rapta ſum nunc à Pyrrho. Commemorat jam multas de genere ſuo raptas. 29 Mulieres de genere Tantali. 30 Fictionem, falſam figuram. 31 Habitantis juxtà flumina. Nam Cygnus, conſanguineus Phaëtontis, poſtquam Phaëton fulminis incendio à Jove conſumptus eſt, in volucrem ſui nominis ob dolorem mutatus eſt; Ovid. 2. Met. *Non ſe cœloque Jovique Credit*, &c.

Nec querar in [1] plumis [2] delituiſſe Jovem.
[3] Qua duo porrectus longe freta [4] diſtinet Iſthmos,
Vecta peregrinis Hippodamia [5] rotis.
[6] Caſtori Amyclæo & [7] Amyclæo Polluci
Reddita [8] Mopſopia [9] Tænaris urbe [10] ſoror.
Tænaris, [11] Idæo trans æquor ab [11] hoſpite rapta,
Argolicas [12] pro ſe [13] vertit in arma manus.
Vix equidem memini; memini tamen. omnia [14] luctus,
Omnia [15] ſollicitι plena timoris erant.
Flebat [16] avus, Phœbeque [17] ſoror, [18] fratreſque gemelli:
Orabat ſuperos [19] Leda, ſuumque [20] Jovem.
Ipſa ego [21] non longos etiam nunc ſciſſa capillos
Clamabam, Sine me, me ſine, mater, abis?
Nam [22] conjux [23] aberat. [24] ne [25] non Pelopëia credar,
Ecce Neoptolemo [26] præda parata fui.
[27] Pelides [28] utinam vitaſſet Apollinis arcus!
[29] Damnaret nati facta proterva pater.
Nec [30] quondam placuit, nec nunc placuiſſet Achilli,

1 In forma cygni. Nam Jupiter captus amore Ledæ, uxoris Tyndari, converſus in cygnum, ad eam volavit, quæ cùm eum ſinu excepiſſet, ille dicitur duo ova in ejus gremio peperiſſe, ex quorum altero nati ſunt Caſtor & Pollux, ex altero Helena & Clytemneſtra. 2 Latuiſſe. 3 Deſcribit locum, ubi rapta eſt Hippodamia, ſc. in Achaïa, quæ poſtea à Pelope. qui ibi regnavit, Peloponneſus, i. e Pelopis inſula dicta eſt. Nam Iſthmos, ut ſupra diximus, eſt terra tenuis inter duo maria. 4 Separat. 5 Curru peregrino: nam Pelops ex Phrygia venerat. 6 Poſtquam Helena in certamine palæſtræ à Theſeo rapta fuit, quæ poſtea Caſtori & Polluci fratribus, eam bello repetentibus, reddita eſt. 7 Ex Amyclis, Laconiæ urbe. Dicitur Amyclæ, arum. 8 Athenienſi. Mopſopia Attica dicta eſt à Mopſopo rege. 9 Helena. 10 Caſtoris & Pollucis. 11 Paride Trojano, quem Helena hoſpitio exceperat. 12 Pro recuperatione ſuâ. 13 Movit. 14 Triſtitiæ. 15 Facientis homines ſollicitos, i. e. anxios, 16 Tyndarus. 17 Clytemneſtra, ſoror Helenæ matris meæ. 18 Caſtor & Pollux, fratres meæ matris. 19 Mater Helenæ. 20 A quo fuerat amata & compreſſa. 21 Breves, quantos habent infantulæ. 22 Sc. matris meæ, i. e. Menelaus. 23 Iverat enim in Cretam. 24 Addit nunc ſe ſupradictis, quas dixit fuiſſe raptas. 25 Ut credar Pelopeïa, i. e. ut ſim & videar de genere Pelopis. 26 Rapta ſum à Pyrrho: ſic dictus, quaſi novus pugnator: nam νέος *novum* ſignificat, & πόλεμος, *bellum*. 27 Achilles, pater Pyrrhi. 28 Utinam nunquam fuiſſet interfectus: quia ſi viveret, culparet factum filii, qui alienam uxorem vult rapere. *Apollinis* autem *arcus* dixit, non quod revera Apollo eum ſagittis interfecerit, ſed quòd in templo ejus ſit interfectus ſagittis Paridis. 29 Culparet. 30 Cùm, abductâ Briſeïde, ipſe flevit.

Abducta viduum conjuge flere virum.
Quæ mea cæleſtes injuria fecit [1] iniquos?
Quod mihi væ miſeræ [2] ſidus obeſſe querar?
[3] Parva mea ſine matre fui; pater arma [4] ferebat:
Et, duo [5] cum vivant, [6] orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis, mea mater, in annis
[7] Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego [8] captavi brevibus tua colla lacertis:
Nec gremio ſedi ſarcina [9] grata tuo.
Non [10] cultûs tibi cura mei: nec [11] pacta marito
Intravi thalamos, matre parante, novos.
Obvia [12] prodieram [13] reduci tibi; vera fatebor:
Nec facies nobis nota [14] parentis erat.
Te tamen eſſe Helenen, [15] quod eras pulcherrima, [16] ſenſi.
[17] Ipſa requirebas, [18] quæ tibi nata foret.
Pars hæc [19] una mihi [20] conjux [21] bene ceſſit Oreſtes:
[22] Is quoque, ni [23] pro ſe pugnet, ademtus erit.
Pyrrhus habet raptam reduce & victore [24] parente:
[25] Muneris hoc nobis diruta Troja dedit.
Cum tamen [26] altus equis [27] Titan [28] radiantibus [26] inſtat,
Perfruor infelix liberiore [29] malo,
Nox ubi me thalamis ululantem & [30] acerba gementem
Condidit, in mæſto procubuique toro;
[31] Pro ſomno lacrymis oculi funguntur obortis:

1 Inimicos. 2 Chaldæorum ſententia eſt, vi ſiderum homines benigniùs agere, aut indignè vexari. 3 Infantula. 4 Gerebat bellum: Menelaus enim bello Trojano intererat. 5 Quamvis vivant. 6 Privata, i. e. eram orphana. 7 Incertis verbis: quia infantes nondum ſciunt benè exprimere bella. 8 Amplexata ſum. 9 Gratum onus. 10 Sicut aliæ matres ſolent habere curam cultus ſuarum filiarum. 11 Deſponſata: cùm tibi nuberem. 12 Exieram 13 Revertenti à Troja 14 Matris meæ. 15 Quia. 16 Cognovi, judicavi. 17 Tu. 18 Quia etiam tu non cognoſcebas me. 19 Sola, ſcilicet. 20 Datus mihi maritus. 21 Evenit: quia in reliquis fuit infelix. 22 Oreſtes. 23 Ne adimatur mihi. 24 Menelao, i. e. poſt victoriam patris mei, & reditum in patriam, audet tamen Pyrrhus me captivam tenere 25 Hanc utilitatem habeo, quod Troja ſit devicta: ironicè. Q. d. Cùm tamen victrix captiva ſim. 26 Eſt in ſummo cœli. 27 Sol. 28 Splendentibus. 29 Dolore mitiore, & minùs urgente me. Q. d. Licet omni tempore in mœrore ſim, tamen minùs angor die, quam nocte. 30 Pro acerbè: nom. pro adverbio. 31 Cùm debent dormire, lachrymantur.

Quæ-

[1] Quaque licet fugio; ſicut ab hoſte, [2] virum.
Sæpe malis [3] ſtupeo: rerumque [4] oblita locique
[5] Ignara tetigi [6] Scyria membra manu.
[7] Utque nefas [8] ſenſi; malè corpora tacta relinquo:
Et mihi [9] pollutas [10] credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Oreſtæ
Exit: & [11] errorem vocis, [12] ut [13] omen, amo.
[14] Per genus infelix juro, generiſque [15] parentem,
Qui freta, qui terras, qui ſua regna quatit;
Per patris oſſa tui, patrui mihi; quæ tibi [16] debent,
Quod ſe ſub tumulo fortiter [17] ulta jacent:
Aut ego [18] præmoriar, primoque extinguar in ævo;
Aut ego [19] Tantalidæ Tantalis uxor ero.

1 Quantum poſſum. 2 A Pyrrho. 3 Careo ſenſu, & exanimor ærumnis. 4 Quæ non recordor quid faciam, aut ubi ſim. 5 Non advertente. 6 Membra Pyrrhi, qui natus eſt in Scyro inſula, ubi regnavit Lycomedes. 7 Poſtquam. 8 Senſi me tetigiſſe illum, quem nolebam. 9 Fœdatas, quòd virum non legitimum non tetigerim. 10 Videor mihi. 11 Quòd te pro eo vocem. 12 Tanquam. 13 Augurium fœlix: quia puto id mihi contingere, ut aliquando ſim futura tua. 14 Hoc propter matrum Tantalidum rapinam dicit. 15 Jovem, Tantali patrem: quia fuit frater patris mei. 16 Sunt obligata. 17 Vindicata, ſc. à te, interfectis Ægiſto & matre tua Clytemneſtra, à quibus pater tuus interfectus fuit. 18 Moriar antè tempus. 19 Tui Oreſtis, qui & ipſe es de Tantali genere. Oreſtes, interfecto Pyrrho, tandem Hermionem recepit: ex qua ſuſcepit filium, nomine Oreſtem.

EPI-

EPISTOLA IX.

ARGUMENTUM.

Herculem Jupiter ex Alcmena, ſub forma Amphitryonis mariti oppreſſa, tribus noctibus, in unam junctis, genuit: quem Euryſtheus, rex Mycænarum, Junonis aſtutiâ, ut ſic ille periret, ad arduos labores incitavit. Sed cùm robore corporeo, atque ingenio valeret, ſemper victor evaſit. Inter quos Acheloum, Ætoliæ fluvium, in varias ſeſe vertentem figuras, ob Deianiræ conjugium, in taurum tandem, debellavit. Et profectò, quamvis reliqua monſtra viriliter ſuperaverit, amori muliebri ſuccubuit. Nam cum Eurytus, rex Oechaliæ, Jolen filiam ſibi promiſſam denegaſſet, urbe captâ, & Euryto occiſo, Jolen obtinuit: cujus amore ita cæcatus eſt, ut eâ jubente, leonis ſpolium, & clavam depoſuerit: & inter Joles pediſſequas, cultu fœmineo indutus, nere non erubuit: & denique quicquid priùs ſub Omphale, Lydiæ reginâ, ex quâ genuerat Lamum, toleraverat, ea ſub Jole perpeſſus eſt. Cùm igitur Deianira, Oenei regis Calydonis filia, ejus uxor, illum tam illecebri amore captum reſciviſſet, ex voluntate adverſariorum factum vituperans, ad eum ſcripſit. Ponit autem illi antè oculos egregia illa ſua priora facinora, ut comparatione infamiam apertiorem faciat.

DEIANIRA HERCULI.

[1] *Gratulor* [2] *Oechaliam* [3] *titulis* [4] *accedere veſtris;*
[5] *Victorem* [6] *victæ* [7] *ſuccubuiſſe queror.*
Fama [8] *Pelaſgiadas ſubito pervenit in urbes*
[9] *Decolor, & factis* [10] *inficianda tuis;*
Quem nunquam [11] *Juno,* [12] *ſerieſque immenſa laborum*
Fregerit; [13] *huic Iölen impoſuiſſe* [14] *jugum.*
[15] *Hoc velit* [16] *Euryſtheus, velit hoc* [17] *germana Tonantis:*
Lætaque [18] *ſit vitæ* [19] *labe* [20] *noverca tuæ.*

1 Lætor. 2 Eubœæ urbem, in quâ regnavit Eurytus. Hanc expugnavit Hercules propter Jolen ſibi negatam, & ejus fratres interfecit. 3 Veſtris victoriis & laudibus. 4 Adjungi. 5 Te. 6 Jolæ. 7 Victum fuiſſe. 8 Græcas. 9 Turpis. 10 Neganda, & quæ factis prioribus minimè conveniret: nam inficiari negare ſignificat. 11 Quæ ſemper conata eſt te opprimere. 12 Ordo & numerus: nam plurimos labores paſſus eſt. 13 Sc. tibi. 14 Domuiſſe te. Tractum à bobus. Eſt autem ordo: Fama decolor &c. venit, Jolen impoſuiſſe jugum huic, quem Juno, & immenſa ſeries laborum nunquam fregerit. 15 Q. d. Facis quod placet inimicis tuis: quia cùm cupiant tuum dedecus, gaudent quòd à muliere ſis ſubjugatus. 16 Rex Mycænarum, qui tibi labores imperat. 17 Juno ſoror Jovis, qui Tonans dicitur, quia & tonitrua ciet, & fulmina mittit. 18 Erit. 19 Maculâ, turpitudine. 20 Ipſa Juno, quæ eſt noverca tua: nam Hercules filius fuit Jovis ex Alcmena.

At [1] *non* [2] *ille velit*, [3] *cui nox (ſi creditur)* [4] *una*
[5] *Non tanti*, [6] *ut* [7] *tantus conciperēre*, *fuit.*
Plus tibi, *quam Juno*, *nocuit Venus.* [8] *illa* [9] *premendo*
[10] *Suſtulit :* [11] *hæc humili ſub pede colla tenet.*
[12] *Reſpice* [13] *vindicibus* [14] *pacatum viribus orbem*,
[15] *Qua latam* [16] *Nereus cærulus ambit humum.*
Se tibi pax [17] *terræ*, *tibi ſe tuta æquora* [18] *debent :*
Impleſti [19] *meritis Solis* [20] *utramque domum.*
[21] *Quod te laturum eſt*, *cælum prior ipſe* [22] *tuliſti :*
[23] *Hercule ſuppoſito ſidera* [24] *fulcit Atlas.*
[25] *Quid niſi* [26] *notitia eſt miſero quæſita* [27] *pudori*,
Si [28] *cumulas* [29] *turpi facta priora* [30] *nota ?*
[31] *Tene ferunt geminos* [32] *preſſiſſe tenaciter* [33] *angues*,
Cum tener in cunis jam Jove [34] *dignus eras ?*
Cœpiſti melius, *quam* [35] *deſinis. ultima primis*
[36] *Cedunt :* [37] *diſſimiles* [38] *hic vir & * [39] *ille puer.*
Quem non mille feræ, *quem non Sthenelëius* [40] *hoſtis*,

1 Non talem te præſtas, non appares. 2 Talis. 3 Quali. 4 Sola: quia ex tribus noctibus unam fecit Jupiter, ut Herculem generaret. 5 Non ſuffecit. 6 Ut generaveris. 7 Tam magnus, tam fortis. 8 Juno. 9 Dùm premit. 10 Exaltavit. 11 Venus. 12 Conſidera. 13 Ultricibus monſtris: nam Hercules ad tollenda monſtra, quæ in quâlibet parte orbis terrarum nocebant hominibus, properabat. 14 Pacificatum, liberatum, & quaſi ex ſervitute in libertatem aſſertum. 15 Per totum orbem terrarum. 16 Oceanus: poſuit enim Deum pro mari. Oceanus autem circuit ipſam terram. 17 Terra pacata à te. 18 Tibi eſt obligata, & pax eſt propter te. 19 Beneficiis tuis. 20 Orientem & occidentem. 21 Quia virtutibus tuis in cœlum aſcenſurus es. 22 Suſtinuiſti. 23 Ferunt enim fabulæ, Herculem pro Atlante cœlum ſuſtinuiſſe: quia ei ſucceſſit in Aſtrologia. 24 Suſtentavit. 25 Sc. eſt quæſitum. Q. d. Quid tibi comparaſti per hæc tua clara facta, niſi ut nunc magis cognoſcatur dedecus tuum.? Eur. *Βασιλέων ἁμαρτήματα κλῖτες ἴσασι.* Juv. *Omne animi vitium*, &c. 26 Cognitio, nominis amplitudo. 27 Dedecori tuo. 28 Auges. 29 Si factis tuis prioribus claris & magnis addis nunc turpitudinem libidinis. 30 Maculâ, vitio. 31 Emphaticè. Q. d. Qui nunc es tam turpis & infamis. 32 Trucidaſſe fortiter. 33 A Junone immiſſos. Ovid. *Parvus erat, manibuſque duos Tirynthius angues Preſſit, & in cunis vel Jove dignus eras.* 34 Ut poſſes videri genitus à Jove, non autem à mortali. 35 Finis, i. e. Commendatius egiſti infantiam, quam virilitatem. 36 Sunt minora. 37 Sc. ſunt, i. e. non conveniunt. 38 Hæc tua ætas virilis. 39 Tu ille puer, qui hæc feciſti, i. e. illa tua ætas puerilis. 40 Euryſtheus, Stheneli filius, hoſtis tuus, qui certamina tibi ſuperanda projicere ſolitus fuit.

Non

Non potuit Juno vincere; vincit [1] Amor.
[2] *At bene nupta feror; quia nominer [3] Herculis uxor:*
Sitque [4] ſocer, rapidis qui tonat altus equis.
[5] *Quam male [6] inæquales [7] veniant ad aratra juvenci,*
Tam premitur magno conjuge [8] nupta [9] minor.
Non honor eſt, ſed [10] onus, [11] ſpecies læſura [12] ferentem:
Si qua voles apte nubere, nube [13] pari.
Vir mihi ſemper abeſt; & conjuge [14] notior [15] hoſpes
[16] *Monſtraque [17] terribiles perſequiturque feras.*
Ipſa domo vidua, votis [18] operata pudicis,
[19] *Torqueor; infeſto ne vir [20] ab hoſte [21] cadat.*
Inter ſerpentes aproſque avidoſque leones
[22] *Jactor, & [23] eſuros terna per ora canes.*
Me pecudum [24] fibræ, [25] ſimulacraque inania ſomni,
[26] *Ominaque arcana [27] nocte [28] petita [29] movent.*
[30] *Aucupor infelix incertæ [31] murmura [32] famæ:*
[33] *Speque timor dubia, ſpeſque timore cadit.*
[34] *Mater abeſt; queriturque [35] Deo placuiſſe potenti.*
Nec [36] pater Amphitryon, nec [37] puer Hyllus adeſt.

1 Quod eſt turpiſſimum. 2 Objectio. 3 Quaſi magni viri, & filii Jovis. 4 Jupiter. 5 Reſp. objectioni, dicens non eſſe conveniens matrimonium, ubi vir ſit major uxore. 6 Aut ætate, aut magnitudine, & robore corporis. 7 Conveniunt. 8 Uxor. 9 Inferior conditione generis & fortunæ. 10 Sicut mihi eſt onus, quòd ſim uxor tanti viri, cùm tamen te non fruar. 11 Dignitas. 12 Habentem ipſam ſpeciem. 13 Æquali tibi & ætate, & conditione fortunæ. 14 Quia video ſæpiùs peregrinos, quam maritum meum. 15 Peregrinos. 16 Ut hydram in Lernâ palude, & Cerberum, & Cacum. 17 Ut terribilem aprum in Erymantho, Arcadiæ monte, & leonem inuſitatæ magnitudinis in Nemea ſylva. 18 Sacrificans: nam *operari* propriè eſt ſacrificia perficere. 19 Crucior. 20 Ab homine, aut ferâ. 21 Interficiatur. 22 Verſor, ſc. cogitatione; quia cogito hæc pericula, in quibus ille verſatur, & videor eſſe in iiſdem periculis, quod accidit amantibus. 23 Aggreſſuros te. 24 Exta quæ inſpicio, ut intelligam quid de te futurum ſit: hæc autem ars *Haruſpicina* dicebatur. Inſpiciebant autem præcipuè fibras jecinorum, ſive jecorum, & pulmonum. 25 Figuræ ſine corpore. 26 Auguria. 27 Quæ eſt curarum maxima nutrix. 28 Capta, animo agitata. 29 Terrent me. 30 Inquiro percunctando multos. Tranſlatio ab aucupibus. 31 Voces. 32 De te. 33 Interdum ſpes vincit timorem, quem habeo de te: interdum timor vincit ſpem. 34 Sc. tua. Alcmena. Dicit ſe in abſentia Herculis non habere quenquam, qui eam conſoletur. 35 Jovi. 36 Tuus. 37 Filius noſter.

[1] *Arbiter* [2] *Euryſtheus iræ Junonis iniquæ*
Sentitur nobis, iraque [3] *longa Deæ.*
[4] *Hæc mihi ferre parum:* [5] *peregrinos addis amores:*
Et mater [6] *de te* [7] *quælibet eſſe poteſt.*
[8] *Non ego* [9] *Partheniis* [10] *temeratam vallibus* [11] *Augen,*
Nec referam partus, [12] *Ormeni nympha, tuos.*
[13] *Non tibi crimen erunt* [14] *Theutrantia turba ſorores:*
Quarum de populo nulla relicta tibi.
Una recens crimen præfertur [15] *adultera nobis;*
[16] *Unde ego* [17] *ſum* [18] *Lydo facta noverca Lamo.*
[19] *Mæandros,* [20] *toties qui terris* [21] *errat in îſdem,*
Qui lapſas in ſe ſæpe [22] *retorquet aquas:*
Vidit in Herculeo ſuſpenſa [23] *monilia collo;*
[24] *Illo, cui cœlum* [25] *ſarcina parva fuit.*
Non puduit fortes [26] *auro* [27] *cohibere lacertos,*

1 Executor: voluntate enim Junonis Herculi labores imperabat. Arbiter enim dicitur, qui habet autoritatem alicujus rei. Arbiter propriè eſt index, qui totius rei habet poteſtatem, lectus ab iis, qui litigant: vel arbiter eſt tertius, qui alienæ rei, quaſi teſtis, intereſt, ab *arbitrando* dictus, i. e. exiſtimando; ejus enim officium eſt indicare, non ex lege & ſtricto jure, ſed prout ipſe æquum eſſe exiſtimet. Hinc *arbitrarium* dicitur, quod alicujus arbitrio eſt relictum. Unde *arbitraria pœna* dicitur, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed judicis arbitrio relicta. 2 Cùm omnes alii deſint, ſolus Euryſtheus ſentitur à me: quia quotidiè novos tibi imponit labores, quibus me torqueri neceſſe eſt. 3 Longa & diu durans. 4 Pati hos dolores & timores de vitæ tuæ periculis. 5 Peregrinarum mulierum. 6 Ex compreſſu & coïtu tuo. 7 Quævis mulier: nam jam nulla eſt, quam non tentes. 8 Commemorat quaſdam puellas, quas dicit fuiſſe vitiatas ab Hercule. 9 Arcadicis. 10 Vitiatam. 11 Auge fuit Alei, Arcadiæ regis, filia, ab Hercule vitiata: ex quo gravida facta, peperit filium, qui poſteà Telephus dictus eſt. 12 Aſtydamiam ſignificat, Ormeni regis filiam: quam cùm pater Herculi negaſſet, Hercules expugnatâ urbe, & interfecto Ormeno, puellam rapuit, & ex ea Chryſippum genuit. 13 Nec etiam vitio à me tibi dabitur, quòd tot ſorores vitiaveris. 14 Quinquaginta Theſpidis filiæ, quas ab avo Teuthrante ita nominavit. Has omnes Hercules, adhùc puer, vitiavit, & ex iis 50. genuit filios, omnes mares, qui Theſpiades dicti ſunt. 15 Hoc dicit de Omphale, Lydorum reginâ: cui Hercules ita ſervivit, ut omnia faceret, quæ imperaſſet. Ter. *Qui minùs huic, quam Hercules ſervivit Omphalæ.* Ex hac genuit Hercules Lamum filium. 16 Ex qua Omphale. 17 Quia cùm ſim uxor tua, Lamus eſt factus privignus meus. 18 Qui ex Lyda Omphale natus eſt. 19 Lydiæ fluvius. 20 Sæpius: quia tam flexuoſus eſt, ut in ſe videatur recurrere. 21 Labitur, & vagatur. 22 Reflectit. 23 Ornamenta muliebria. 24 Collo. 25 Parvum onus: quia ſuſtinuiſſet etiam majus. 26 Manicis aureis. 27 Aſtringere.

Et [1] *ſolidis gemmas appoſuiſſe* [2] *toris.*
Nempe ſub his animam peſtis [3] *Nemeêa lacertis*
Edidit: unde humerus tegmina [4] *lævus habet.*
Auſus es hirſutos [5] *mitra* [6] *redimire capillos:*
Aptior Herculeæ [7] *populus alba comæ.*
Nec te [8] *Mæonia, laſcivæ more puellæ,*
Incingi [8] *zona* [9] *dedecuiſſe putas?*
Non tibi [10] *ſuccurrit* [11] *crudi Diomedis imago,*
[12] *Efferus* [13] *humana qui dape* [14] *pavit equas?*
Si te vidiſſet [15] *cultu* [16] *Buſiris in iſto;*
Huic victor victo nempe [17] *pudendus eras.*
[18] *Detrahat Antæus duro redimicula collo;*
Ne pigeat molli ſuccubuiſſe viro.
Inter [19] *Iöniacas* [20] *calathum tenuiſſe puellas*
Diceris; & [21] *dominæ pertimuiſſe minas.*
Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
[22] *Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?*
[23] *Craſſaque robuſto* [24] *deducis pollice fila,*
Æquaque formoſæ penſa [25] *rependis heræ?*
Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris,
Prævalidæ fuſos [26] *comminuere manus.*
Crederis, infelix, ſcuticæ tremefactus [27] *habenis,*
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.

1 Fortibus. 2 Toroſis, i. e. nervoſis membris. 3 Leo Nemeæus, quem in Nemæa ſylva jugulaſti: in cujus facti memoriam geſtas pellem ipſius leonis. 4 Siniſter: nam humerum dextrum ferebat Hercules defectum, ut eſſet expeditior. 5 Mitra eſt Barbarorum ornamentum, ex qua pendebant faſciolæ. 6 Ornare, i. e. addere redimicula, quæ ex mitra pendebant. 7 Corona populea. 8 Cingulo Omphales, more Lydio. 9 Turpe tibi fuiſſe. Hercules enim ita Omphalæ deditus fuit, ut omnia, quæ illa juberet, faceret. Ovid. 1. Faſt. 10 In mentem venit. 11 Crudelis, & inhumani. 12 Valdè ferus. 13 Hic Traciæ tyrannus ſæviſſimus equos equaſque ſuas advenarum carne alebat, & capita tectis ſuis affigebat: quem Hercules interfecit, & eodem ſupplicio affecit, quo ille hoſpites: nam eum equis ſuis epulandum appoſuit. 14 Aluit. 15 Iſto ornamento muliebri, & laſcivo. 16 Ægypti rex, qui hoſpites ſuos ſolebat immolare. 17 Puduiſſet Buſyridem à te vinci. 18 Pro detraheret, i. e. auferret. 19 Omphales Lydiæ pediſſequas. 20 Quaſillum, ſeu vas vimineum, in quo mulieres penſa revolvunt. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. 21 Omphales. 22 Politis, quaſi raſis. 23 Magna. 24 Nes. 25 Ad penſum reddis tu quoque, ſicut ancillæ. 26 Fregêre. 27 Loris.

Eximiis pompis [1] *præconia ſumma triumphi,*
Factaque narrabas [2] *diſſimulanda tibi.*
[3] *Scilicet immanes* [4] *eliſis faucibus hydros*
Infantem cunis involüiſſe manum?
Ut [5] *Tegeëus aper cupreſſifero* [6] *Erymantho*
[7] *Incubet, & vaſto pondere lædat humum?*
Non tibi [8] *Threïciis affixa penatibus* [9] *ora,*
Non hominum pingues cæde tacentur equæ?
[10] *Prodigiumque triplex,* [11] *armenti dives* [12] *Iberi*
Geryones; quamvis in [13] *tribus unus erat?*
[14] *Inque canes totidem* [15] *trunco* [16] *digeſtus ab uno*
[17] *Cerberos,* [18] *implicitis angue minante comis?*
[19] *Quæque* [20] *redundabat* [21] *fœcundo vulnere ſerpens*
Fertilis, & damnis [22] *dives ab ipſa ſuis?*
[23] *Quique inter lævumque latus lævumque lacertum*
Prægrave [24] *compreſſa fauce pependit onus?*
Et male [25] *confiſum pedibus* [26] *formaque bimembri*

1 Laudes victoriæ tuæ. 2 Quæ in eo habitu erant celanda, ac tacenda. 3 Dicit ea, quæ narrabat Hercules. 4 Strangulatos ſerpentes. 5 Arcadicus. Tegæa, eſt Arcadiæ oppidum. 6 Arcadiæ monte: illic enim aprum, Arcadicum agrum vaſtantem, interfecit. 7 Jaceat. 8 Diomedis. 9 Capita 10 Monſtrum tricorpor. 11 Pecoris: quod Hercules, Geryone ſuperato, in Italiam abduxit. 12 Hiſpani Gergonis, ſive Hiſpaniæ regis. 13 Quia unus erat, licet tria corpora haberet. 14 In tres, ut Geryones, i. e. totidem capita canina. 15 Ab uno corpore. 16 Diviſus. 17 Canis eſt tria capita habens: dicitur autem veſtibulum Tartari ſervare. Hunc Cerberum triplici catenâ vinctum, Hercules ad ſuperos juſſu Euryſthei traxiſſe dicitur. 18 Nam pro pilis angues habebat. 19 Hydram Lernæam ſignificat, ex cujus corpore centum prodibant ſerpentum capita & cervices: quorum ſingulis cæſis, duæ renaſcebantur: ob eamque rem minimè vinci poſſe videbatur, cum pars amputata validior efficeretur. Hanc difficultatem Hercules arte ſuperans, Jolaum monuit, ut inciſam cervicem ſubitò face ligneâ inureret, ne ſanguis effueret. Hoc pacto ſuperatâ belluâ, ſagittas ſuas eo ſanguine tinxit, quo illarum vulnus mortiferum redderetur. 20 Abundabat, & validior efficiebatur. 21 Quia ex una cervice amputata geminæ cervices naſcebantur. 22 Quia quantò plura amputabantur, tantò plura capita habebat. 23 Antæum ſignificat, terræ filium, corporis robore ac palæſtrâ præclarum in Lybiâ: quem Hercules altiùs ſublatum, ne matris auxilium ſentiret, interfecit. 24 Aſtrictâ. 25 Quia velocitate ſuâ freti, effugere non potuerunt. 26 Humanâ & equinâ.

Pulſum Theſſalicis [1] agmen equeſtre [2] jugis?
Hæc tu [3] Sidonio potes inſignitus amictu
Dicere? [4] non [5] cultu lingua retenta ſilet?
Se quoque [6] Nympha tuis [7] ornavit Iardanis [8] armis,
Et tulit è capto [9] nota tropæa [10] viro.
I nunc, tolle animos, & fortia geſta [11] recenſe.
[12] Quod [13] tu non eſſes jure, vir illa fuit.
[14] Qua tanto minor es, quanto te maxime rerum,
Quam quos viciſti, vincere majus erat.
Illi [15] procedit rerum [16] menſura tuarum.
[17] Cede bonis: [18] hæres laudis amica tuæ.
Pro pudor! hirſuti coſtas [19] exuta leonis
Aſpera [20] texerunt [21] vellera molle latus.
Falleris, & neſcis: non ſunt [22] ſpolia iſta leonis,
Sed tua tuque feri victor es; illa [23] tui.
Fœmina tela tulit Lernæis [24] atra [25] venenis;
Ferre [26] gravem lana vix ſatis apta colum:
Inſtruxitque manum [27] clava domitrice ferarum:
Vidit & in [28] ſpeculo conjugis arma ſui.

1 Centauros intelligit, ex Ixione & Nube genitos, Theſſaliam incolentes, qui ſupernâ parte viri, infernâ eques traduntur. Hi odore & vetuſtate vini, quod Pholus Centaurus à Dionyſio ſibi datum, reſervaverat in honorem Herculis, cùm hoſpitio ſuſcepiſſet, ebrii facti, domum Pholi magno impetu ingreſſi, diripere conati ſunt: quos, licet fortiſſimos, & matris Nubis, imbrem effundentis, auxilio uſos, Hercules tamen partim occîdit, partim fugavit. 2 In montibus Theſſaliæ. 3 Veſtitu purpureo, qui mulieribus convenit. Sidon urbs eſt Phœniciæ unde præſtantior fiebat purpura. 4 Non debet ſilere præ pudore. 5 Ornatu, qui non decet. 6 Omphale, Jardani filia. 7 Inſtruxit, armavit. 8 Sc. clavâ, & leonis pelle, & cæteris Herculis armis, quæ geſtabat. 9 Clara. 10 Ex te, quem cepit, & triumphavit. 11 Narra. 12 Sc. eſſe vir. 13 Eſſe deberes: quia melius eſſes fœmina, quam vir. 14 Dicit, quòd quantò difficilius fuit Herculi vincere ſe ipſum quam eos, quos vicit: tantò eſt Omphale eò major, quia vicit eum. 15 Ad Omphales laudem accedit. 16 Amplitudo rerum geſtarum. 17 Tuas laudes ne jactes. 18 Quia tu ex ea laude decidis, & ipſa tibi ſuccedit. 19 Nam ex pelle leonis Nemæi Hercules tegmen corporis ſibi fecit. 20 Pellis. 21 Fœmineum. 22 Sic dicuntur, quæ hoſti in victoria eripiuntur. Q. d. Illa pellis, quâ Omphale induta eſt, non ſignificat te leonem viciſſe, ſed illam te viciſſe, & ex te ſpolia abſtuliſſe. 23 Sc. victrix eſt. 24 Tincta. 25 Sanguine Lerneæ Hydræ, quod venenum fuit. 26 Plenam. 27 Hercules enim clavâ ad domandas feras uſus dicitur. 28 Quo mulieres præcipue utuntur.

Hæc [1] tamen [2] audieram: [3] licuit non credere [4] famæ.
En venit [5] ad ſenſus mollis [6] ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur [7] advena [8] pellex:
Nec mihi, quæ patior, [9] diſſimulare licet.
Non ſinis [10] averti? mediam captiva per [11] urbem
Invitis [12] oculis aſpicienda venit.
Nec venit incultis captarum more capillis,
[13] Fortunam vultus [14] faſſa [15] tegendo ſuos.
Ingreditur latè lato ſpectabilis auro:
Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.
[16] Dat vultum populo [17] ſublime ſub Hercule [18] victo:
[19] Oechaliam [20] vivo [21] ſtare parente [22] putes.
[23] Forſitan & , pulſa [24] Ætolide Deïanira,
Nomine depoſito pellicis, uxor erit:
[25] Eurytidoſque Iöles, atque inſani Alcidæ
Turpia [26] famoſus corpora [27] junget [26] Hymen.
Mens [28] fugit [29] admonitu, frigusque perambulat artus,
Et jacet in gremio [30] languida facta manus.
Me quoque cum multis, ſed me [31] ſine crimine amaſti:
Ne pigeat, pugnæ bis tibi [32] cauſa fui.
Cornua flens [33] legit ripis Achelous in udis,

1 Solummodò. 2 Non autem videram. 3 Potui. 4 Quæ de rebus ſuprà dictis ferebatur. Q. d. Quæ cum Omphale turpiter geſta ſunt, quia tantùm audivi, negari potuerunt: ſed de Jole diſſimulare non licet. 5 Ad viſum. 6 Ab auditu. 7 Peregrina. 8 Jole. 9 Occultare, & tacere. 10 Amoveri à me. 11 Tyrinthem, ubi Deianira degebat. 12 Sc. meis. 13 Adverſam. 14 Confeſſa, & teſtificata. 15 Sicut illæ, quæ ſunt in tam miſera fortuna, facere ſolent. 16 Oſtendit. 17 Pro ſublimiter, i. e. altè. 18 A ſe, quem in amore ſubegit. 19 Patriam ſuam. 20 Incedit, ut ſi vivus pater Eurytus, Oechaliæ triumphum duceret. 21 Eſſe in ſtatu ſuo. 22 Aliquis putet. 23 Ordo eſt: Jole forſitan erit uxor, depoſito nomine pellicis, i. e. Jole, quæ erat pellex, erit uxor tua, depoſito nomine pellicis. 24 Æliâ: nam Deïanira ex Ætolia fuit. 25 Ordo eſt: Hymen famoſus junget turpia corpora Joles Eurytidos atque Alcidæ inſani. 26 Matrimonium infame: quod erit, ſi me legitimâ uxore expulsâ, concubinam duxeris. Hymen autem, cum ſit Deus nuptiarum, ſæpè pro ipſis nuptiis ponitur 27 Adultera corpora turpiter junget. 28 Horret. 29 Recordatione cujus facti, ne, me relictâ, aliam accipias. 30 Pigra ad ſcribendum. 31 Quia amaſti me ut uxorem, non adulteram, ut Omphalen & Jolen. 32 Quia bis pro me pugnaſti, ſemel adverſus Acheloum, & iterum adverſus Neſſum. De hac re vide Ovid. 9. Metam. 33 Collegit, quaſi fracta.

[1] *Truncaque* [2] *limoſa* [3] *tempora merſit aqua.*
[4] *Semivir occubuit in letifero Eveno*
Neſſus; & [5] infecit [6] ſanguis equinus aquas.
Sed [7] quid ego hæc refero? ſcribenti nuncia venit
Fama, virum [8] tunicæ [9] tabe perire meæ.
Hei mihi! quid feci? [10] quo me furor egit amantem?
[11] *Impia quid dubitas Deïanira mori?*
An tuus in media conjux lacerabitur [12] Oeta?
Tu ſceleris [13] tanti cauſa [14] ſuperſtes eris?
Si quid [15] adhuc habeo facti, cur Herculis uxor
Credar; conjugii mors mihi [16] pignus erit.
Tu quoque [17] cognoſces in [18] me, Meleagre, [19] ſororem.
Impia quid dubitas Deïanira mori?
Heu [20] devota domus! ſolio ſedet [21] Agrios alto:
Oenea [22] deſertum [23] nuda ſenecta premit.
[24] *Exulat ignotis Tydeus [25] germanus in oris.*
[26] *Alter fatali vivus in [27] igne fuit.*
[28] *Exegit ferrum ſua per præcordia [29] mater:*
Impia quid dubitas Deïanira mori?

1 Mutilata, quibus erant cornua amputata. 2 Plena limo. 3 Caput nam tempus partem capitis ſignificat. 4 Neſſus Centaurus: qui ex poſteriori parte erat equus, ex priore erat vir: quem Hercules trucidavit, cum in trajiciendo Eveno flumine, Deïaniræ vim inferre voluerit. 5 Tinxit. 6 Neſſus ſemiequus erat, quoniam centaurus, cujus ſanguis erat venenum. 7 Ad quid, q. d. fruſtrà: quia non poteris jam eſſe meus, quia audio te jam moriturum. 8 Deïanira enim per Licham puerum tunicam miſit, infectam ſanguine Neſſi. 9 Veneno. 10 Ad quid. 11 Quæ virum interficere potuiſti. 12 Nam in Oetâ, Theſſaliæ monte, conſtructa fuit pyra, in qua Hercules combuſtus eſt. 13 Mortis mariti tui. 14 Vives poſt eum? Q. d. Abſit. 15 Huc uſque. 16 Probatio, confirmatio. Q. d. Meo exitu fidem faciam, me Herculi nupſiſſe. 17 Scies me non degenerare à majoribus noſtris. 18 In morte mea. 19 Quia cognoſces, quòd te imitata ſim; quia ſicut tu propter amorem Atalantæ mortuus es, ita ego propter amorem Herculis volo mori. 20 Infelicitatibus & execrationibus infelix. Althea enim vitam & fortunas Meleagri filii execrata eſt. 21 Qui poſt diſperſam Oenei domum, Ætoliæ regnum occupavit. 22 A filiis derelictum. 23 Orbata. 24 Abeſt à patria: nam cùm fratrem Menaſippum occidiſſet, à patria ſponte abiit, & venit Argos ad Adraſtum regem, qui ei filiam ſuam Argiam uxorem tradidit. 25 Frater meus. 26 Meleager. 27 Propter lignum, ſive torrem, quem Parcæ in nativitate Meleagri Altheæ matri ſervandum dederant: in quo vita Meleagri conſiſtebat. Meleagrum autem Althea cum fatali illo ſtipite uſſit. 28 Tranſmiſit enſem: Cùm enim Althea pœnitentiâ duceretur, quòd ſuâ culpâ Meleager cecidiſſet, ſeipſam interfecit. 29 Althea.

Deprecor hoc unum, per jura ſacerrima lecti;
Ne videar fatis inſidiata tuis.
[1] *Neſſus,* [2] *ut eſt* [3] *avidum percuſſus arundine pectus,*
Hic, dixit, vires [4] *ſanguis amoris habet.*
[5] *Illita Neſſêo miſi tibi* [6] *texta* [7] *veneno.*
Impia quid dubitas Deïanira mori?
Jamque vale, ſeniorque pater, germanaque [8] *Gorge.*
Et [9] *patria, & patriæ* [10] *frater* [11] *ademte* [12] *tuæ.*
Et tu lux oculis hodierna [13] *noviſſima noſtris,*
Virque, ([14] *ſed ô poſſis!) &* [15] *puer Hylle, vale.*

1 Narrat, quomodo fuerit decepta. 2 Poſtquam. 3 Amans. 4 Semeus. 5 Infecta, tincta. 6 Indumenta: à *texendo* dicta. 7 Sanguine Neſſi, qui erat miſtus veneno hydræ Lerneæ. 8 Oenei filia ex Althea, Deïaniræ ſoror. 9 Cálydon. 10 Tydeu. 11 Ablate. 12 Qui es exul. 13 Ultima, quia nunquam ſum viſura aliam lucem. 14 Utinam poſſis, ſc. valere. 15 Fili. Hyllus enim filius fuit Herculis & Deïaniræ.

EPISTOLA X.

ARGUMENTUM.

Minos, Jovis & Europæ filius, Cretenſis rex, ob Androgeum filium, ab Athenienſibus doloſe occiſum, illos tandem poſt acria bella coëgit, ut ſibi pœnas penderent, quotannis pueros ſeptem, & totidem virgines mittere, ut Minotauro, quem arte Dædali Paſiphaë ex tauro genuerat, dum ejus maritus Minos cum Athenienſibus bellum gereret, devorandi traderentur. Cùm verò ſors Theſeo contigiſſet, ab Ariadne edoctus eſt, quo-nam pacto, interfecto Minotauro, ex Labyrintheis ambagibus egrederetur, *Errabunda regens tenui veſtigia filo*, ut ait Catullus. Theſeus autem Cretâ cum Ariadne & Phædrâ diſcedens, in Naxon inſulam delatus eſt: ubi à Baccho monitus eſt, ut Ariadnen relinqueret. Qui Dei timore perculſus, dùm altiſſimo ſomno preſſam animadverteret, puellam dimiſit. Cùm primùm igitur expergefacta eſt, hanc epiſtolam ſcripſit, in quâ de crudelitate & duritiâ Theſei, ac beneficiorum ingratitudine conqueritur: eum poſt multas lamentationes & querelas rogando, ut navem ad eam flectat.

ARIADNE THESEO.

[1] *Mitius inveni, quam te, genus omne ferarum:*
[2] *Credita non* [3] *ulli, quam tibi,* [4] *pejus eram.*

1 Minus crudele: nam nulla fera mitis eſt. 2 Commiſſa, tradita. 3 Alicui, ſive homini, ſive feræ. 4 Majori perfidiâ.

Quæ legis, ex illo, Theſeu, tibi littore mitto:
[1] Unde tuam ſine me vela [2] tulere ratem.
In quo me [3] ſomnuſque meus male prodidit, & [4] tu
Per facinus ſomnis inſidiate meis.
[5] Tempus erat; [6] vitrea quo primum terra pruina
[7] Spargitur, & tectæ fronde queruntur aves.
[8] Incertum vigilans, à ſomno [9] languida, movi
Theſea [10] prenſuras [11] ſemiſupina manus.
[12] Nullus erat: [13] referoque manus, iterumque [14] retento,
Perque torum moveo brachia: nullus erat.
[15] Excuſſere metus ſomnum. conterrita ſurgo:
Membraque ſunt [16] viduo [17] præcipitata toro.
Protinus [18] adductis [19] ſonuerunt pectora palmis:
[20] Utque erat è [21] ſomno [22] turbida, [23] rapta coma eſt.
[24] Luna fuit: ſpecto, ſi quid, [25] niſi littora, cernam.
Quod videant oculi, nil, niſi littus, habent.
Nunc huc, nunc illuc, & [26] utroque ſine [27] ordine curro:
Alta [28] puellares [29] tardat arena pedes.
Interea toto [30] clamanti littore, Theſeu,
[31] Reddebant nomen concava ſaxa tuum:
Et quoties ego te, [32] toties locus ipſe vocabat.
Ipſe locus miſeræ [33] ferre volebat opem.
[34] Mons fuit; apparent [35] frutices in vertice [36] rari:

1 Ex quo littore. 2 Abſtulerunt. 3 Sopor. 4 Sc. prodidiſti. 5 Dicit fuiſſe autumnale tempus. 6 Splendidâ ut vitrum. 7 Impletur. 8 Sc. eſt. 9 Debilis. 10 Tracturas. 11 Semidormiens. 12 Non, vel nec Theſeus, nec alius. 13 Iterum fero. 14 Sæpiùs tento. 15 Expulerunt, & violenter removerunt. 16 Derelicto a te marito meo. 17 Celeriter demiſſa. 18 Propter percuſſionem. 19 Retractis. 20 Sicut. 21 Propter ſomnum: qnia dormiendo turbantur capilli ab ordine & cultu ſuo. 22 Incompta. 23 Dilacerata. 24 Splendor lunæ, i. e. Nondum omninò illuxerat dies. 25 Præter. 26 In utramque partem, ſc. hùc & illùc. 27 Ratione. 28 Meos, quæ ſum puella: quia difficilis eſt curſus per arenam 29 Impedit. 30 Sc. mihi, i. e. vocanti altâ voce. 31 Sc. per Echo, i. e. per reſonationem. Nam ἠχέω ſignificat reſono: undè Echo dicitur vox, quæ ex concavis & deſertis locis ex clamore redditur. 32 Quia Echo reddit eadem verba. 33 Quia quod tu nolebas facere, ipſe faciebat, ut mihi reſponderet. 34 Delcribit locum, ex quo dicit ſe proſpexiſſe navem, Thelei, & eam vidiſſe. 35 Arbuſculæ. 36 Non denſi, quò minùs viſu impediret.

Nunc ſcopulus raucis [1] *pendet* [2] *adeſus aquis.*
Aſcendo; vires animus dabat: atque ita late
Æquora [3] *proſpectu* [4] *metior alta meo.*
[5] *Inde ego (nam ventis* [6] *quoque ſum crudelibus uſa)*
Vidi [7] *præcipiti carbaſa tenta noto.*
[8] *Aut vidi: aut etiam, cum me vidiſſe putarem,*
Frigidior glacie [9] *ſemanimiſque fui.*
Nec [10] *languere diu patitur dolor. excitor* [11] *illo,*
Excitor; & [12] *ſumma Theſea voce voco.*
Quo fugis? exclamo: ſcelerate, [13] *revertere, Theſeu.*
Flecte ratem. [14] *numerum non habet illa ſuum.*
[15] *Hæc ego. quod voci deerat,* [16] *plangore replebam.*
[17] *Verbera cum verbis miſta fuere meis.*
Si non audires, ut ſaltem cernere poſſes,
[18] *Jactatæ late ſigna dedere manus.*
Candidaque impoſui longæ [19] *velamina* [20] *virgæ,*
[21] *Scilicet* [22] *oblitos* [23] *admonitura mei.*
Jamque oculis ereptus eras: [24] *tum denique flevi.*
[25] *Torpuerant molles ante* [26] *dolore* [27] *genæ.*
Quid potius facerent, quàm [28] *me mea lumina flerent,*
Poſtquam [29] *deſieram vela vidère tua?*
[30] *Aut ego* [31] *diffuſis* [32] *erravi ſola capillis,*
[33] *Qualis ab* [34] *Ogygio* [35] *concita* [36] *Baccha Deo;*

1 Mari imminet. 2 Corroſus, & cavatus. 3 Meis oculis. Proſpicere autem, eſt procul, i. e. longè aſpicere. 4 Contemplor. 5 Ex eo monte, quem aſcenderam. 6 Etiam, ſicut te: fuerunt enim crudeles, quia te citò auferebant. 7 Feſtino. 8 Fieri poteſt, ut navem tuam non viderim, ſed voluntas me impulerit, ut te vidiſſe exiſtimarim. 9 Semimortua. 10 Ita eſſe ſtupidam. 11 Sc. dolore. 12 Maximâ. 13 Redi. 14 Omnes, qui in ea eſſe debent: deeſt enim Ariadne. 15 Sc. dicebam. 16 Percuſſione. 17 Quia & clamabam, & feriebam pectus meum. 18 Motæ. 19 Velum album. 20 Longo trunco. 21 Certè, i. e. hac ſolâ causâ. 22 Te & ſocios. 23 Revocatura in memoriam. 24 Quia anteà clamaveram, & me percuſſeram tantum, nec potueram præ dolore lachrymare. 25 Factæ erant ſtupidæ. 26 Propter dolorem. 27 Oculi. 28 Miſeriam meam. 29 Ceſſaverant. 30 Dicit quid egerit, poſtquam non amplius vidit navem Theſei. 31 Sparſis. 32 Hùc illùc ivi. 33 Sic præceps cucurri, ſicut currunt ſacerdotes Bacchi, cùm Dei ſui numine ſtimulantur. 34 Baccho Thebano. Ogygius rex fuit Thebanorum: Bacchus autem ex Semele, filia Cadmi, qui Thebas condidit, natus eſt. Bacchæ autem ſolent præcipites hùc illùc currere. 35 Commota. 36 Mulier Baccho ſacrificans.

Aut mare proſpiciens [1] in ſaxo frigida ſedi:
Quamque lapis ſedes, [2] tam lapis ipſa fui.
Sæpe torum [3] repeto, qui nos acceperat ambos;
Sed non acceptos [4] exhibuturus erat.
Et tua, qua poſſum, [5] pro te veſtigia tango;
[6] Strataque, quæ membris [7] intepuere tuis.
[8] Incumbo; lacrymiſque toro [9] manante [10] profuſis,
Preſſimus, exclamo, te duo: redde [11] duos.
Venimus huc ambo: cur non diſcedimus ambo?
Perfide, pars noſtri, lectule, [12] major ubi eſt?
Quid faciam? [13] quo ſola ferar? [14] vacat inſula [15] cultu.
Non [16] hominum video, non ego facta [17] boum.
[18] Omne latus terræ [19] cingit mare. [20] navita nuſquam:
Nulla per [21] ambiguas puppis itura vias.
[22] Finge dari comiteſque mihi, ventoſque, ratemque;
[23] Quid ſequar? [24] acceſſus terra paterna negat.
[25] Ut rate felici pacata per æquora [26] labar;
[27] Temperet ut ventos Æolus; [28] exul ero.
[29] Non ego te, Crete, centum [30] digeſta per [31] urbes,
Aſpiciam, puero [32] cognita terra Jovi.
Nam pater, & tellus juſto regnata [33] parenti,
[34] Prodita ſunt facto [35] nomina cara meo.
[36] Cum tibi, ne [37] victor [38] tecto [39] morerere recurvo,

1 In monte ſaxeo. 2 Tam frigida & ſtupida fui, ut eſt lapis; ſicut lapis fuit, ſedes mea. 3 Revertor ad lectum. 4 Redditurus. 5 Loco tui. 6 Culcitram lecti: à *ſternendo* dicta. 7 Incaluerunt: quia illic cubuiſti. 8 Sc. ſtratis, i. e. impono os meum ſuper lectum. 9 Fluente, & madido. 10 Largiter effuſis. 11 Ego & Theſeus. 12 Theſeus, quia maritus major eſt uxore. 13 Quò ire debeo. 14 Caret. 15 Vel culturâ terræ, vel habitatione. 16 Ædificia. 17 Terras cultas. 18 Omnem partem. 19 Circumdat. 20 Nauta. 21 Dubias: quales ſunt viæ maris. 22 Pone, i. e. ponatur, eſto me inventurum comites, & naves: quò tamen ire deberem? 23 Quem locum. 24 Aditus, i. e. in patriam reditus non datur. 25 Quamvis. 26 Navigem, & celeriter eam. 27 Quamvis Æolus det mihi ventos ſecundos. 28 Non habebo tamen, quò eam. 29 Non licebit mihi adire Cretam, in qua regnat pater meus: quia eum prodidi, & clam eo diſceſſi. 30 Diviſa. 31 Habebat enim Creta olim centum urbes. 32 Quia Jupiter in Creta nutritus eſt. 33 Minos enim Cretenſibus leges dedit. 34 Decepta. 35 Pater, & patria. 36 Sc. tunc *ſunt prodita*, cum dedi fila quæ regerent paſſus pro duce, i. e. loco alicujus, qui te duceret. 37 Superato jam Minotauro. 38 In Labyrintho. 39 Perires.

Quæ regerent paſſus, pro duce fila dedi.
Cum mihi dicebas, Per ego ipſa pericula [1] *juro:*
Te [2] *fore,* [3] *dum noſtrum vivet uterque, meam.*
Vivimus: & [4] *non ſum, Theſeu, tua. ſi* [5] *modo vivis,*
Fœmina, perjuri fraude [6] *ſepulta viri.*
Me quoque, [7] *qua fratrem,* [8] *mactaſſes, improbe, clava.*
Eſſet, quam dederas, morte [9] *ſoluta fides.*
Nunc ego non tantum, [10] *quæ ſum paſſura, recordor;*
Sed quæcumque poteſt [11] *ulla relicta pati.*
Occurrunt animo pereundi mille [12] *figuræ:*
[13] *Morſque minus pœnæ, quam* [14] *mora mortis, habet.*
[15] *Jam jam venturos* [16] *aut hac, aut ſuſpicor illac,*
Qui [17] *lanient* [18] *avido* [19] *viſcera dente, lupos.*
Forſitan & fulvos tellus alat iſta [20] *leones.*
[21] *Quis ſcit, an hæc* [22] *ſævas tigridas* [23] *inſula habet?*
Et freta dicuntur magnas [24] *expellere* [25] *phocas.*
Quid vetat & gladios per latus ire meum?
[26] *Tantum ne* [27] *religer dura captiva catena;*
Neve [28] *traham ſerva grandia* [29] *penſa* [30] *manu:*
[31] *Cui pater eſt* [32] *Minos, cui* [33] *mater filia Phœbi:*
[34] *Quodque magis memini,* [35] *quæ tibi pacta fui.*
[36] *Si mare, ſi terras,* [37] *porrectaque littora vidi;*
[38] *Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.*
[39] *Cœlum reſtabat. timeo* [40] *ſimulacra Deorum.*

1 Verba, quibus utebatur Theſeus ad Ariadnen. 2 Futuram. 3 Donec. 4 Quoniam derelicta ſum. 5 Q. d. Vivimus ambo, ſi modò, ô miſera fœmina Ariadne, tu potes dici vivere, quæ es ſepulta frande Theſei. 6 Quaſi mortua, non quod eſſet ſepulta. 7 Sc. mactaſti, i. e. Minotaurum. 8 Sc. utinam. 9 Liberata: quia fides & obligatio conjugii ſolvitur ipſâ morte, 10 Quæ ſunt mihi eventura. 11 Sicut ego. 12 Formæ. 13 Minùs grave eſt mori, quam exſpectare & tardare ipſam mortem. 14 Dilatio. 15 Mox, ſubitò. 16 Ex omni parte inſulæ. 17 Dilacerent. 18 Famelico. 19 Mea. 20 Hæc. 21 Quis poteſt ſcire, cùm nemo hic habitet. 22 Feras, & nimiùm crudeles. 23 Naxus. 24 Ejicere in ſiccum. 25 Vitulos marinos. 26 Solummodò, ſc. timeo. Q. d. ſupradicta non multum curo. 27 Abducar ligata, tanquam captiva. 28 Ex colo deducam. 29 Lanas ad penſum datas. 30 Manu ſervili. 31 Ego cui. 32 Jovis & Europæ filius, rex Cretæ. 33 Paſiphaë. 34 Quod plus eſt. 35 Quæ tui ſponſa tua: pluris enim hoc facio, quam patris & matris genus. 36 Undique video mihi parata pericula. 37 Extenta, longa. 38 Mala, pericula. 39 Undè non eſſent mihi pericula. 40 Figuras: in quas Dii ſe mutare dicuntur.

Deſtituor rapidis [1] præda [2] cibuſque feris.
[3] Sive colunt habitantque viri, [4] diffidimus illis.
[5] Externos didici læſa [6] timere viros.
[7] Viveret [8] Androgeos utinam: nec [9] facta [10] luiſſes
Impia [11] funeribus, Cecropi [12] terra, tuis!
Nec [13] tua mactaſſet nodoſo ſtipite, Theſeu,
Ardua parte [14] virum [13] dextera, parte [15] bovem!
Nec tibi, quæ [16] reditus monſtrarent, fila dediſſem;
Fila per [17] adductas ſæpe [18] recepta manus!
Non equidem miror, ſi [19] ſtat victoria tecum.
[20] Strataque Cretæam [21] bellua tinxit humum,
Non poterant [22] figi [23] præcordia [24] ferrea [25] cornu:
[26] Ut te non [27] tegeres, pectore [28] tutus eras.
[29] Illic tu [30] ſilices, illic [31] adamanta tuliſti:
Illic qui ſilices Theſea vincat [32] habes.
Crudeles ſomni, quid me tenuiſtis [33] inertem?
At [34] ſemel [35] æterna nocte premenda fui.
Vos quoque, crudeles venti, [36] nimiumque parati;

1 Rapina. 2 Eſca, i. e. deſtituor rapienda, aut devoranda à feris. 3 Sive habitant. 4 Non fidimur. 5 Hoſpites. 6 Quia nunc timeo, ne omnes noceant mihi, ſicut tu mihi nocuiſti. 7 Utinam Androgeos, frater meus nunquam fuiſſet interfectus invidiâ Athenienſium: quia Athenienſes non coacti fuiſſent, victi à Minoë, mittere ſeptem corpora filiorum, & ſeptem filiarum quotannis, ut Minotauro devorandi traderentur: & ſic Theſeus nunquam veniſſet in Cretam, & ego nunquam fuiſſem ab eo decepta. 8 Filius Minoïs & Paſiphaes: qui cùm eſſet fortiſſimus Athleta, ab Athenienſibus per invidiam interfectus eſt. Qua de cauſa Minos bellum ipſis intulit, & victis eas leges impoſuit, quas ſuprà diximus. 9 Crudelem Androgei mortem. 10 Solviſſes, purgaſſes. 11 Morte tuorum liberorum. 12 Athenienſis. Fuit autem Cecrops rex Athenienſium, qui primus apud eos maris & fœminæ legitimam conjunctionem invenit. Ab eo Athenienſes Cecropidæ dicuntur. 13 In altum ſublata, ad inferendum majorem ictum. 14 Sc. unâ. 15 Sc. alterâ: & eſt periphraſis Minotauri. 16 Regreſſus ad locum, per quem introiveras in Labyrinthum. 17 Flexas, & retractas. 18 Revoluta. 19 Eſt, i. e. ſi tu viciſti. 20 Interfecta. 21 Minotaurus. 22 Vulnerari. 23 Præcordia dicuntur, quæ ſunt circà cor: ponuntur tamen pro omnibus inteſtinis. 24 Dura. 25 Minotauri. 26 Quamvis. 27 Defenderes. 28 Munitus duritiâ pectoris. 29 In pectore tuo. 30 Lapides duriſſimos. 31 Lapidem ingentis duritiæ. 32 Habes feritatem tibi ingenitam, quæ eſt durior ſilicibus. 33 Sopitam, nihil ſentientem. 34 Uno tempore, non ſæpius. 35 Morte. Ille ſomnus debuiſſet eſſe æternus, Ita ut nunquam eſſem excitata: quia nunc non eſſem in tantis doloribus. 36 Quia tam citò Theſeum abſtuliſtis.

Flami-

[1] Flaminaque in [2] lacrymas [3] officioſa meas.
[4] Dextera crudelis, qua me [5] fratremque necavit:
[6] Et [7] data [8] poſcenti nomen [9] inane [10] fides.
In me jurarunt ſomnus ventuſque fideſque.
Prodita ſum cauſis [11] una puella [12] tribus.
Ergo ego [13] nec lacrymas matris moritura videbo:
Nec, mea qui digitis lumina [14] condat, erit?
[15] Spiritus infelix [16] peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos [17] artus [18] unget amica manus?
Oſſa ſuperſtabunt [19] volucres [20] inhumata marinæ?
[21] Hæc ſunt officiis digna ſepulcra meis?
[22] Ibis Cecropios portus: patriaque receptus
Cum ſteteris urbis [23] celſus in arce tuæ,
[24] Et bene narraris [25] letum [26] taurique virique,
Sectaque per dubias [27] ſaxea tecta vias;
Me quoque narrato ſola [28] tellure relictam.
Non ego ſum [29] titulis [30] ſurripienda tuis.
Nec pater [31] eſt Ægeus. nec tu [32] Pittheïdos Æthræ
Filius: [33] auctores ſaxa fretumque tui.
Dî facerent, ut me ſumma de puppe [34] videres!
[35] Moviſſet vultus [36] mœſta figura tuos.
Nunc quoque non [37] oculis, ſed, qua potes, aſpice [38] mente.
[39] Hærentem ſcopulo, quem vaga pulſat aqua.

1 Flatus. 2 Ad fletum mihi excutiendum. 3 Prompta. 4 Theſei. 5 Minotaurum. 6 Quia fuit etiam cauſa meæ mortis. 7 A te. 8 Mihi poſtulanti. 9 Nullius efficaciæ. 10 Sc. fuit crudelis. 11 Sola. 12 Somno, ventis, & fide. 13 Non videbo matrem meam, quæ me morientem defleat. 14 Claudat: ut, *Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* Solebant enim propinquiores mortuorum oculos claudere. 15 Anima. 16 Ignotas. 17 Membra mea mortua. 18 Nam cadavera priùs lavabantur, deinde ungebantur. 19 Quæ ſunt vicinæ huic inſulæ. 20 Stabunt ſuper oſſa mea carentia humatione, i. e. ſepulturâ. 21 Hæc ſunt officia talia, qualia merentur mea erga te beneficia. Ironia. 22 Intrabis Athenienſem portum Piræum. 23 Altus. 24 Sc. cùm. 25 Mortem. 26 Minotauri. 27 Labyrinthum. 28 Hac inſulâ Naxo. 29 Tuis laudibus, i. e. Non debeo taceri in geſtorum tuorum commemoratione. 30 Removenda. 31 Tibi Æthræ. 32 Filiæ Pitthei. 33 Parentes tui, ex quibus genitus es. 34 Pro vidiſſes. 35 Ad miſericordiam & lachrymas deduxiſſet. 36 Aſpectus meus triſtis & lachrymoſus. 37 Quia abſens es. 38 Cogitatione. 39 Finge te videre me ſtantem in ſcopulo ab aqua pulſato.

Aſpice [1] *demiſſos* [2] *lugentum more capillos;*
Et [3] *tunicas* [4] *lacrymis, ſicut ab* [5] *imbre, graves.*
Corpus, ut [6] *impulſæ* [7] *ſegetes* [8] *Aquilonibus,* [9] *horret:*
[10] *Litteraque* [11] *articulo* [10] *preſſa tremente* [12] *labat.*
Non te [13] *per meritum,* [14] *quoniam male ceſſit, adoro.*
Debita ſit [15] *facto* [16] *gratia nulla meo:*
[17] *Sed nec pœna quidem. ſi* [18] *non ego cauſa ſalutis,*
[19] *Non tamen eſt, cur ſis tu mihi cauſa necis.*
Has tibi, [20] *plangendo lugubria pectora laſſas,*
Infelix [21] *tendo trans freta longa manus.*
Hos tibi, qui [22] *ſuperant, oſtendo mœſta capillos.*
Per lacrymas oro, quas tua [23] *facta movent:*
[24] *Flecte ratem, Theſeu;* [25] *verſoque* [26] *relabere vento.*
[27] *Si prius occidero; tu tamen oſſa* [28] *leges.*

1 Per humeros ſparſos. 2 More ejus, quæ mortem alicujus luget. 3 Meas. 4 Madefactas. 5 Aquâ. 6 Motæ. 7 Tremunt per ventos. 8 Ventis. Species pro genere. 9 Tremit. 10 Signata, & ſcripta. 11 Digito. 12 Vacillat. 13 Per beneficium, quod tibi præſtiti. 14 Malè ſucceſſit mihi, quia malè collocavi ipſum. 15 Beneficiis meis, quæ in te contuli. 16 Retributio. 17 Sc. ſit meo facto, i. e. ſi non vis reddere gratiam beneficiis meis, non debes etiam reddere pœnam & malum. 18 Si non fui tibi cauſa ſalutis, ſicut tu fortaſſe exiſtimas. 19 Cur tu debeas eſſe cauſa meæ mortis. 20 Percutiendo: tantùm enim pectora mea percuſſi, ut ipſæ manus ſint laſſæ. 21 Porrigo. 22 Superſunt: nam reliquos præ dolore avulſi. 23 Sc. crudelia: quia me deſeruiſti ſolam. 24 Verte navem ad me recipiendam. 25 Mutato. 26 Retrò naviga. 27 Si mortua fuero, antequam redeas ad me abducendum ex his locis. 28 Colliges.

EPISTOLA XI.

ARGUMENTUM.

Macareus & Canace, Æoli, regis ventorum, filii, cùm turpiter ſe amarent, & conſanguinitatis prætextu culpam tegentes, concumberent, Canace filium peperit: quem dum clam è regiâ per nutricem emitteret, ut aleretur, infœlix infans ſuo vagitu ſe avo prodidit. Qui filiorum incenſus ſcelere, innocuum infantem canibus exponi juſſit: & per ſatellitem Canacæ gladium miſit, quo illa pro meritis uteretur, quo ſe interfeciſſe creditur. Sed priuſquam moreretur, Macareo, qui jam in templum Apollinis Delphici confugerat, hac epiſtolâ caſum ſuum narravit, illum præcando, ut expoſiti infantis oſſa colligat, & unâ cum ſuis urnâ componat.

CANACE MACAREO.

[1] *SI qua tamen cæcis* [2] *errabunt* [3] *ſcripta* [4] *lituris;*
[5] *Oblitus à* [6] *dominæ* [7] *cæde* [8] *libellus erit.*
Dextra tenet calamum; [9] *ſtrictum tenet altera* [10] *ferrum,*
Et jacet in gremio charta [11] *ſoluta meo.*
[12] *Hæc eſt* [13] *Æolidos fratri ſcribentis imago:*
[14] *Sic videor* [15] *duro poſſe placere patri.*
[16] *Ipſe necis cuperem noſtræ ſpectator adeſſet;*
[17] *Auctoriſque* [18] *oculis* [19] *exigeretur* [20] *opus.*
[21] *Ut ferus eſt, multoque* [22] *ſuis* [23] *truculentior Euris,*
[24] *Spectaſſet ſiccis vulnera noſtra genis.*
[25] *Scilicet eſt aliquid, cum ſævis vivere ventis:*
[26] *Ingenio* [27] *populi* [28] *convenit ille ſui.*
Ille [29] *Noto* [30] *Zephyroque, &* [31] *Sithonio* [32] *Aquiloni*

1 Intelligitur, Mitto tibi hanc epiſtolam, tamen. 2 Vacillabunt, & non habebunt rectum ordinem. 3 Si aliquæ partes meæ epiſtolæ. 4 Maculis. 5 Fœdatus. 6 Mei Canaces. 7 Propter cædem. 8 Epiſtola, vel charta. 9 Nudum. 10 Enſem ab Æolo miſſum. 11 Aperta. 12 Hæc eſt forma, in quâ conſiderare potes me eſſe. 13 Mei Canaces, quæ ſum Æoli filia. 14 Hac formâ, ſc. enſe ad necem meam parato. 15 Crudeli. 16 Pater. 17 Sc. patris mei Æoli, qui eſt cauſa meæ necis. 18 In conſpectu. 19 Perficeretur. 20 Cædes mea. 21 Sicut eſt crudeliſſimus, ita cædem meam non lachrymabundus inſpiceret. 22 Quos ſub imperio ſuo habet. 23 Sævior. 24 Videret cædem meam ſine ulla lachrymarum effuſione. 25 Profectò multum eſt. 26 Naturæ, ſc. violentiæ. 27 Ventorum. 28 Reſpondet. 29 Vento Meridionali, humido & pluvioſo, qui & *Auſter* dicitur. 30 Vento Occidentali. 31 Thracio: flat enim ex Thracia. Sithon autem Thraciæ mons eſt. 32 Boreæ.

Imperat, & [1] pennis, [2] Eure proterve, tuis.
Imperat (heu!) ventis; [3] tumidæ non imperat iræ:
Poſſidet & [4] vitiis regna minora ſuis.
[5] *Quid juvat admotam per avorum nomina [6] cælo.*
Inter [7] cognatos poſſe [8] referre Jovem?
[9] *Num minus infeſtum [10] funebria munera ferrum*
[11] *Fœminea teneo, [12] non mea tela, manu?*
[13] *O utinam, Macareu, quæ nos commiſit in unum,*
Veniſſet leto ſerior hora meo!
Cur unquam plus me, frater, [14] quam frater amaſti?
Et tibi, non debet quod ſoror eſſe, fui?
Ipſa quoque [15] incalui: [16] qualemque audire ſolebam,
[17] *Neſcio quem ſenſi corde [18] tepente [19] Deum.*
[20] *Fugerat [21] ore [22] color: [23] macies [24] adduxerat artus:*
Sumebant minimos ora [25] coacta cibos.
Nec [26] ſomni [27] faciles, & nox erat [28] annua nobis:
Et gemitum [29] nullo læſa dolore dabam.
Nec cur hæc facerem, poteram mihi reddere cauſſam:
Nec noram, [30] quid amans eſſet: [31] at illud eram.
[32] *Prima [33] malum nutrix animo præſenſit [34] anili:*

1 Quia venti dicuntur habere alas. 2 Ventus hic eſt Orientalis. 3 Quæ homines tumidos facit. 4 Quia poteſt reprimere ventos, qui ſunt ſub imperio ſuo: vitia autem ſua, i. e. iram coërcere non poteſt. 5 Quid prodeſt. 6 Cœleſtibus conjunctam & affinem. 7 Poſſe dicere, quòd Jupiter ſit de gente meâ. 8 Enumerare. 9 An ideò minùs, ſc. quod ſim de genere Jovis. 10 Apta funeri, i. e. morti, ad exitium meum miſſa. Miſerat enim Æolus enſem per ſatellitem, ut Canace ſeipſam trucidaret. 11 Imbelli. 12 Non mihi apta, aut convenientia. 13 Ordo eſt: O Macareu, utinam hora quæ commiſit, i. e. conjunxit nos in unum, i. e. ſimul, veniſſet ſerior, i. e. tardior meo leto, i. e. meâ morte, i. e. utinam priùs fuiſſem mortua, quam me unquam cognoviſſes: nam in tantam miſeriam non incidiſſem, ut coacta eſſem mortem mihi conſciſcere. 14 Quia amor fratris erga ſororem debet eſſe moderatus, non ad concubitum. 15 Amore incenſa fui. 16 Ut multi narrare conſueverunt. 17 Anteà mihi incognitum. 18 Calente. 19 Cupidinem. 20 Deſcribit ſigna amantis. 21 Ex facie: nam amans fit pallidus. Ovid. *Palleat omnis amans, color hic eſt aptius amanti.* 22 Rubor. 23 Macilentia. 24 Attenuaverat. 25 Compulſa: quia non habebam appetitum, qui ex ægritudine amoris ſolet diſcedere. 26 Dormitiones. 27 Difficiles. 28 Longiſſima, i. e. una nox videbatur mihi unus annus. 29 Quæ non ſentiebam dolorem aliquem. 30 Quæ res, i. e. quibus curis conflictaretur. 31 Illa res, ſc. amans. 32 Antè alios. 33 Amorem meum. 34 Perito ſc. talium rerum.

Prima mihi nutrix, Æoli, dixit, [1] *amas.*
Erubui, gremioque pudor [2] *dejecit ocellos.*
[3] *Hæc ſatis in* [4] *tacita ſigna fatentis erant.*
Jamque tumeſcebant [5] *vitiati pondera ventris,*
Ægraque [6] *furtivum* [7] *membra gravabat* [8] *onus.*
Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix
Attulit, audaci [9] *ſuppoſuitque manu?*
Ut [10] *penitus noſtris (hoc te celavimus unum)*
Viſceribus creſcens [11] *excuteretur onus.*
Ah! [12] *nimium vivax admotis* [13] *reſtitit infans*
Artibus; & [14] *tectus* [15] *tutus ab hoſte fuit.*
Jam [16] *novies erat orta* [17] *ſoror pulcherrima Phœbi,*
[18] *Denaque* [19] *luciferos Luna movebat equos.*
[20] *Neſcia* [21] *quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores,*
Et [22] *rudis ad partus, &* [23] *nova miles eram.*
[24] *Nec tenui vocem. Quid, ait,* [25] *tua crimina* [26] *prodis?*
Oraque [27] *clamantis* [28] *conſcia* [29] *preſſit anus.*
Quid [30] *faciam infelix? gemitus dolor* [31] *edere cogit;*
[32] *Sed timor, & nutrix, &* [33] *pudor ipſe, vetant.*
Continuo gemitus [34] *elapſaque verba* [35] *reprendo:*
Et cogor lacrymas [36] *combibere ipſa meas.*

1 Es correpta amore. 2 Demiſit. 3 Licet tacerem, hæc erant ſatis ſigna fatentis, i. e. confitentis me amare, ſc. macies, vigiliæ, erubeſcentia. 4 Me nihil ei reſpondente. Videtur enim fateri, qui rogatus tacet. 5 Gravidi. 6 Occultum: vel furto, i. e. ſtupro conceptum. 7 Sc. mea. 8 Puer, quem ferebam in utero. 9 Utero appoſuit, per inferiores etiam partes immiſit, vel clam admovit, ad excutiendum fœtum. 10 Ex intimo utero. 11 Ejiceretur è ventre, ut facerem abortum. 12 Nimiùm genitus ad vivendum. 13 Vicit medicamina adhibita, i. e. illis excuti non potuit. 14 In ventre meo clauſus. 15 Ab illâ anu, quæ illis medicaminibus fœtum interficere conabatur. 16 Jam erat nonus menſis. 17 Luna. 18 Decima. 19 Lucem ferentes, i. e. jam aderat decimus menſis, quo plerumque dicuntur mulieres parere. 20 Ignara. 21 Quia neſciebam eos fieri ex fœtu, qui jam erat maturus in ventre. 22 Imperita. 23 Quia nunquam antè pepereram. 24 Voce parientium exclamavi: non enim potui comprimere vocem. 25 Tuum ſcelus. 26 Indicas. 27 Sc. mei. 28 Quæ ſciebat crimen meum. 29 Clauſit. 30 Facerem. 31 Emittere clamores, i. e. ex una parte dolor partus cogebat me clamare. 32 Ex altera parte prohibebat timor patris, & nutrix, quæ increpabat me. 33 Ex tanto ſcelere. 34 Jam ore emiſſa. 35 Iterùm prehendo, & reprimo, ne audirentur. 36 Exiccare, & intrà me continere.

Mors erat [1] ante oculos; & [2] opem [3] Lucina negabat:
Et grave, ſi morerer, [4] mors quoque crimen erat.
Cum [5] ſuperincumbens, ſciſſa [6] tunicaque [7] comaque,
Preſſa [8] refoviſti pectora [9] noſtra [10] tuis.
[11] Et mihi, Vive ſoror, ſoror ô cariſſima, dixti,
Vive: nec unius [12] corpore perde [13] duos.
Spes bona [14] det vires: [15] fratri nam [16] nupta futura es,
[17] Illius, es [18] de quo [19] mater, & uxor eris.
[20] Mortua (crede mihi) tamen [21] ad tua verba [22] revixi:
Et [23] poſitum eſt uteri [24] crimen onuſque mei.
Quid tibi [25] gratarís? media ſedet [26] Æolus aula.
Crimina ſunt [27] oculis [28] ſurripienda patris.
[29] Frugibus infantem, ramiſque [30] albentis olivæ,
Et levibus [31] vittis [32] ſedula celat anus:
[33] Fictaque ſacra facit, dicitque precantia [34] verba.
[35] Dat populus ſacris, dat pater ipſe, viam.
Jam [36] prope limen erat: [37] patrias [38] vagitus ad aures
Venit, & [39] indicio [40] proditur ille ſuo.
Eripit infantem, [41] mentitaque ſacra revelat
Æolus. [42] inſana [43] regia voce [44] ſonat.
Ut mare fit tremulum, [45] tenui cum [46] ſtringitur aura;

1 Certa, & parata. 2 Auxilium: quia ſolet auxiliari parturientibus. 3 Dea partus Juno. 4 Quia non potuiſſem mori ſine infamia, in tali caſu, quo ſcelus fuiſſet cognitum. 5 Sc. tu. 6 Veſte. 7 Capillis: propter dolorem, quem ex me capiebas. 8 Recalefeciſti. 9 Impoſuiſti pectus tuum ſuper meum. 10 Pectoribus. 11 Dicit verba, quibus Macareus uſus eſt ad Canacen. 12 Corpore tuo. 13 Te, & filium. 14 Faciat te non deficere. 15 Sc. mihi. 16 Uxor. 17 Mei. 18 Propter quem. 19 Filium paries. 20 Ut videbar mihi. 21 Propter verba, quæ mihi dixiſti. 22 Reſpiravi. 23 Depoſitum, i. e. peperi. 24 Crimінoſum onus. 25 Gratularis, & gaudes: quia dixi me peperiſſe. 26 Pater meus. 27 Ne ab eo videatur, i. e, auferendus eſt puer ita natus, ne pater eum videat. 28 Removenda. 29 Foliis, ramis. 30 Hæc enim arbor erat in tutela Palladis, & dicata paci: apta ſacrificiis, quæ annis volebat ſimulare. 31 Faſcua, tanquam rem ſacram. 32 Ad occultandum diligens. 33 Simulat, i. e. ſimulat ſe ſacrificare, hoſtiamque ſimulabat eſſe puerum frondibus & vittis involutum. 34 Dicit hymnos & ſupplicationes. 35 Cedit: quia credebat eam verè ſacrificare. 36 Juxtà januam Æoli regiæ, ut egrederetur cum infante. 37 Patris Æoli. 38 Vox & clamor infantis. 39 Propriâ voce, & vagitu. 40 Detegitur, cognoſcitur. 41 Ficta, ſimulata. 42 Furibundâ, aut magnâ. 43 Aula. 44 Reſonat. 45 Levi. 46 Leviter percutitur.

Ut quatitur [1] *tepido* [2] *fraxina virga* [3] *noto;*
Sic mea [4] *vibrari* [5] *pallentia membra videres.*
[6] *Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.*
[7] *Irruit; & noſtrum* [8] *vulgat clamore* [9] *pudorem:*
Et [10] *vix à miſero continet ore manus.*
[11] *Ipſa nihil,* [12] *præter lacrymas,* [13] *pudibunda* [14] *profudi:*
[15] *Torpuerat* [16] *gelido lingua retenta metu.*
Jamque dari parvum canibuſque [17] *avibuſque* [18] *nepotem*
Juſſerat; in [19] *ſolis* [20] *deſtituique locis.*
Vagitus [21] *dedit ille miſer;* [22] *ſenſiſſe putares:*
Quaque ſuum poterat [23] *voce rogabat avum.*
[24] *Quid mihi* [25] *tunc animi credas, germane, fuiſſe;*
(Nam [26] *potes ex animo colligere ipſe tuo)*
Cum mea me [27] *coram ſilvas* [28] *inimicus in altas*
[29] *Viſcera* [30] *montanis ferret edenda lupis?*
[31] *Exierat thalamo: tunc* [32] *demum pectora* [33] *plangi*
[34] *Contigit, inque meas unguibus ire genas.*
Interea [35] *patrius vultu* [36] *mœrente* [37] *ſatelles*
Venit, & [38] *indignos edidit ore ſonos:*
[39] *Æolus hunc enſem mittit tibi:* [40] *tradidit enſem:*
Et jubet ex [41] *merito* [42] *ſcire* [43] *quid iſte velit.*

1 Quia venit à Meridie, ideò eſt tepidus. 2 Fraxinea. 3 Vento. 4 Movere, tremere. 5 Quæ timore patris facta erant pallida. 6 Lectus, in quo jacebam, quatiebatur à corpore meo tremente. 7 Cùm impetu intrat cubiculum meum. 8 Manifeſtat. 9 Dedecus. 10 Vix continet ſe, quin unguibus dilaceret mihi vultum, & eruat oculos. 11 Ego. 12 Quia nihil potui dicere, ſed ſolummodò flevi. 13 Plena pudoris. 14 Emiſi. 15 Ita ut loqui non poſſet. 16 Frigido. 17 Vulturibus, qui cadavera ſequuntur. 18 Sc. ſuum: nam natus ex filio vel filiâ, dicitur nepos avi ſui. 19 Deſertis, inhabitatis. 20 Derelinqui ſine aliquo cuſtode. 21 Cùm avus juſſiſſet eum exponi. 22 Calamitatem ſuam, & crudele illud mandatum. 23 Illo vagitu: quia voce exprefſa nondum poterat per ætatem. 24 Quem, vel qualem animum. 25 Cùm filiolum feris exponi viderem. 26 Potes id conjicere & ſcire, quem animum habuerim, ſi feceris conjecturam de tuo ad meum. 27 Me vidente. 28 Satelles, vel famulus patris Æoli, nociturus mihi. 29 Filium meum: ſunt enim filii viſcera parentum. 30 Qui incolunt montes. 31 Pater meus. 32 Tandem, ſc. eo egreſſo. 33 Percuſſi. 34 Tùm demùm licuit mihi immittere ungues in genas meas dilacerandas. 35 Patris mei. 36 Triſti. 37 Miniſter. 38 Crudeles voces, verba. 39 Verba ſatellitis ad Canacem. 40 Hæc ſunt verba Canaces. Q. d. Dictis illis verbis, *tradidit enſem.* 41 Sc. tuo, i. e. ex eo quod feciſti, vult intelligas, quare enſem tibi miſerit. 42 Verba Canaces. Scio quid velit hic enſis, & eo utar pro marito meo. 43 Quare mittatur tibi.

Sci-

Scimus; & utemur violento [1] fortiter enſe:
Pectoribus [2] condam [3] dona paterna meis.
His mea muneribus, genitor, connubia donas?
Hac tua dote, pater, filia dives erit?
Tolle procul [4] decepte [5] faces, Hymenæe, maritas:
Et fuge [6] turbato [7] tecta nefanda pede.
Ferte [8] faces in me, quas fertis, [9] Erynnyes [10] atræ:
Ut meus ex iſto [11] luceat [12] igne [13] rogus.
Nubite felices Parca [14] meliore, ſorores:
[15] Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer [16] admiſit tam paucis [17] editus horis:
[18] Quo læſit facto, [19] vix bene natus, avum?
[20] Si potuit meruiſſe necem, meruiſſe putetur.
Ah miſer [21] admiſſo [22] plectitur ille meo!
Nate, dolor matris, rapidarum [23] præda ferarum,
(Hei mihi!) [24] natali dilacerate tuo:
Nate, [25] parum fauſti miſerabile [26] pignus amoris;
[27] Hæc tibi prima dies, hæc tibi [28] ſumma fuit.
Non mihi te licuit lacrymis [29] perfundere [30] juſtis:
In tua [31] non tonſas ferre ſepulcra comas.
Non ſuper [32] incubui: non oſcula frigida carpſi.
[33] Diripiunt avidæ viſcera noſtra [34] feræ.

1 Intrepidè: quia non dubitabo me interficere. 2 Immittam. 3 Enſem, quem pater mihi miſit. 4 Quoniam me uxorem Macarei fore exiſtimavi. 5 Tædas connubiales, quæ in nuptiis accendebantur. 6 Celeri. Conſ. pro antec. Nam ex turbatione & metu fit aliquis celer. 7 In quibus nefandum facimus admiſſum eſt inter fratrem & ſororem. 8 Funebres, & non nuptiales. 9 O Furiæ. 10 Infernales. 11 Incendatur. 12 Quem vos adfertis. Eſt autem *rogus* propriè lignorum congeries, & pyra ad comburenda cadavera, cùm ardere cœperit. 13 In quo ſum cremanda, cùm ero mortua. 14 Meliore ſorte & fortunâ, quam ego. 15 Delicti mei. 16 Peccavit. 17 In lucem datus, & emiſſus. 18 Quid fecit, propter quod læſerit avum ſuum Æolum, ut eum nunc jubeat mori? 19 Qui vix vidit lucem. 20 Permiſſione hac inſontem eſſe puerum oſtendit: infans enim nihil committere potuit, nec pro parentum delictis ille erat plectendus. 21 Propter peccatum meum. 22 Punitur. 23 Rapina, cibus. 24 Die, quo natus es. Dicitur autem & *hic natalis* ſubſtantivè, & *hoc natale* in n. g. 25 Infelicis. 26 Confirmatio: nam filii dicuntur pignora conjugii. 27 Quâ pater meus juſſit te exponi feris. 28 Ultima. 29 Irrorare. 30 Debitis. 31 Longas. 32 Cadaveri tuo. 33 Dilacerant. 34 Lupi & vultures.

Ipſa

Ipſa quoque infantes [1] cum vulnere proſequar [2] umbras :
Nec [3] mater fuero dicta, nec [4] orba diu.
Tu tamen, ô [5] fruſtra miſeræ ſperate [6] ſorori,
[7] Sparſa precor nati collige membra tui :
Et [8] refer ad [9] matrem, [10] ſocioque impone ſepulcro :
[11] Urnaque nos [12] habeat, [13] quamlibet arcta, duos.
Vive memor noſtri, lacrymaſque in vulnere funde :
Neve [14] reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) [15] projectæ nimium [16] mandata [17] ſororis
[18] Perfer. mandatis [19] perfruar [20] ipſa patris.

1 Quod mihi faciam. 2 Animam filii mei. 3 Quia privabor filio, ſine quo non poſſum dici mater. 4 Quæ licet caream filio, & propter hoc ſim orba: tamen citò moriar, & ſic non dicar orba. 5 Quia cùm ſperarem te futurum maritum meum, non potui id conſequi. 6 A ſorore. 7 Diſperſa, & à feris dilacerata. 8 Reporta. 9 Ad me, ex quâ paulò antè exierant. 10 Conjuncto, & communi. 11 Vas, in quo reponebantur cineres cadaverum. 12 Nos duos capiat. 13 Quantumvis brevis ſit. 14 Verêre, time. 15 Infelicis, & abjectæ. 16 Sc. hæc, quæ tibi commiſi. 17 Canaces. 18 Effice. 19 Faciam quod pater meus mihi mandavit. 20 Ego.

EPI-

EPISTOLA XII.

ARGUMENTUM.

Cùm floridâ juventute & formoſitate valeret Jaſon, cùm primùm Colchon attigit, à Medeâ, Æetæ Colchorum regis & Hecates filiâ, receptus eſt, & amatus: habitâque conjugii ſponſione, illum edocuit, quonam pacto in optatam deveniret prædam. Aureo igitur vellere rapto, clam cum Medeâ fugam arripuit. Quos cùm inſequeretur Æeta, illa Abſyrti fratris, quem ſecum ducebat, membra diſperſit: ut ita patrem, oſſa filii colligentem, remoraretur. Et ſic incolumes in Theſſaliam tandem devenerunt: ubi Æſonem, Jaſonis patrem, annis jam decrepitum, in robuſtiorem ætatem reduxit. Medea præterea in Peliæ mortem ſuas filias armavit: fingens enim ei juventutem reſtituere velle, quemadmodum Æſoni fecerat, filiabus perſuaſit, ut omnem ſanguinem frigidum atque veterem cultris exhaurirent, ut novum atque floridum poſſet infundere. Quod cum feciſſent puellæ, ſtatim expiravit Pelias. Jaſon verò, ſeu criminis enormitate, ſeu ex aliâ causâ, Medeam repudiavit, & Creüſam, Creontis, regis Corinthiorum filiam, in uxorem aſſumpſit. Furibunda igitur Medea ad Jaſonem ſcripſit, ingratitudinem in eo expoſtulando, præſentemque ultionem, niſi recipiatur, minitando.

MEDEA JASONI.

[1] *AT tibi [2] Colchorum (memini) regina [3] vacavi,*
[4] Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret [5] opem.
Tunc, quæ [6] diſpenſant [7] mortalia fila, [8] ſorores.
Debuerant [9] fuſos [10] evoluiſſe meos.
Tunc potui Medea mori [11] bene. quicquid [12] ab illo
Produxi vitæ [12] tempore [13] pœna fuit.
Hei mihi! cur unquam [14] juvenilibus acta [15] lacertis
[16] Phryxêam petiit [17] Pelias arbor [16] ovem?

1 Ordo eſt: at ego regina Colchorum vacavi tibi tunc cum peteres ut ars mea tibi ferret opem, & tunc cum ſorores debuerant evoluiſſe fuſos meos, quæ diſpenſant fila mortalia. 2 Id eſt Scythiæ populorum, quibus imperavit Æta, regio ipſa Colchis appellatur. 3 Id eſt præſtiti tibi operam, & inſervivi. 4 Scilicet magica & incantatoria, cujus ope vellus aureum poſſet ſurripere. 5 Auxilium. 6 Id eſt dirigunt, ordinant, in poteſtate habent. 7 Id eſt vitam & mortem. 8 Id eſt tres Parcæ. 9 Id eſt vitam meam. 10 Id eſt finiviſſe. 11 Honeſtè. 12 Poſt illud tempus, ex quo Jaſon Colchos adiit. 13 Quia ſemper vixi in magnis curis & doloribus. 14 Fortibus lacertis, i. e. Argonautarum viribus: quos alii 44. alii 50. alii 60. fuiſſe ſcribunt. 15 Impulſa. 16 Vellus arietis, quem Phrixus Marti conſecravit. 17 Theſſalica navis, i. e. Argo navis, quæ ex arboribus, quæ in Pelio, Theſſaliæ monte, natæ ſunt, compacta & fabricata fuit.

Cur unquam [1] Colchi [2] Magnetida vidimus [3] Argo;
[4] Turbaque [5] Phaſiacam Graja bibiſtis aquam?
Cur mihi [6] plus æquo flavi placuere capilli;
Et [7] decor, & linguæ [8] gratia ficta tuæ?
Aut (ſemel in noſtras quoniam [9] nova puppis arenas
Venerat, [10] audaces attuleratque viros)
[11] Iſſet anhelatos [12] non præmedicatus in [13] ignes
Immemor [14] Æſonides, [15] oraque [16] adunca boum.
[17] Semina [18] jeciſſet; [19] totidem ſenſiſſet & hoſtes:
Ut [20] caderet [21] cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidiæ tecum, ſcelerate, [22] periſſet!
[23] Demta forent [24] capiti quam mala multa meo!
Eſt aliqua ingrato [25] meritum [26] exprobrare voluptas.
[27] Hac fruar: hæc de te gaudia ſola feram.
[28] Juſſus [29] inexpertam Colchos [30] advertere puppim,
Intraſti patriæ regna [31] beata meæ.
Hoc [32] illic Medea fui, nova [33] nupta quod hic eſt.
Quam [34] pater eſt [35] illi, [36] tam mihi dives erat.

1 Sc. nos. 2 Theſſalicam. Magneſia enim regio eſt Theſſaliæ: & Magnetes dicuntur populi ejus. 3 Nomen eſt navis Jaſonis. 4 Vos Argonautæ, qui eſtis Graii. 5 Phaſidis fluminis: nam Phaſis fluvius eſt Colchorum, quem intrare oportuit Argonautas navigantes ad urbem Æetæ regiam. 6 Plus juſto, ut propter pulchritudinem tuam proderem patrem? 7 Pulchritudo tua. 8 Facundia ſimulata. 9 Nam ea fuit prima navis, quæ in Colchos navigavit. 10 Temerarios, qui periculi magnitudinem non conſideraverant. 11 Ire debuiſſet. 12 Non munitus à me medicamentis, ne quid boum, ignem efflantium, igne læderetur. 13 Ad tauros, ignem naribus efflantes, aut ignes efflatos ſive expiratos è naribus taurorum. 14 Jaſon, Æſonis filius. 15 Et in facies. 16 Curva. 17 Dentes ſerpentis. 18 Jacere & ſpargere debuiſſet. 19 Quot erant ſemina, i. e. dentes. 20 Periret. 21 A ſemine, quod ipſe ſeminaſſet, & voluiſſet tanquam agricola, i. e. ab iis, qui ex dentibus eſſent nati. 22 Quia poſteà me non decepiſſes. 23 Amota. 24 Vitæ meæ: quæ non eſſet in periculo, ſicut nunc eſt: nec patrem prodidiſſem, nec fratrem filioſque trucidaſſem. 25 Beneficium. 26 Objicere, quaſi cum probro, i. e. contumeliâ opponere, & referre. 27 Voluptate exprobrandi beneficium. 28 A Peliâ patruo tuo. 29 Inſuetam navigationem: quoniam ibi non erat navigatum. 30 Appellere. 31 Ditia. 32 In Colchis. 33 Creüſa, Creontis filia, quam nunc accepiſti. Q. d. Hoſpitio te excepi in Colchide, ut Corinthi à Creüſâ exceptus es. 34 Sc. ejus, Creon. 35 Creüſæ. 36 Sc. Æeta pater meus.

[1] Hic [2] Ephyren [3] bimarem; [4] Scythiæ latus [5] ille nivoſæ
[6] Omne tenet, Ponti [7] qua [8] plaga [9] læva [10] jacet.
Accipit hoſpitio juvenes Æëta [11] Pelaſgos,
Et [12] premitis pictos corpora Graja toros.
Tunc ego te vidi: tunc cœpi ſcire quid eſſes.
Illa fuit mentis [13] prima ruina meæ.
[14] Ut vidi, ut perii; nec [15] notis [16] ignibus arſi.
[17] Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos.
Et formoſus eras, & me mea fata trahebant.
[18] Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.
Perfide, [19] ſenſiſti. quis enim bene celat amorem?
[20] Eminet indicio prodita [21] flamma ſuo.
Dicitur interea tibi lex; ut dura ferorum
[22] Inſolito premeres vomere colla boum.
[23] Martis erant tauri [24] plus, quam per cornua, ſævi;
Quorum terribilis [25] ſpiritus [26] ignis erat.
[27] Ære [28] pedes [29] ſolidi, [30] prætentaque [31] naribus æra:
[32] Nigra per afflatus [33] hæc quoque facta ſuos.
[34] Semina præterea [35] populos genitura juberis
Spargere [36] devota lata per arva manu,
[37] Qui [38] peterent ſecum [39] natis tua corpora telis.

1 Creon, pater uxoris tuæ Creüſæ. 2 Ephyre olim dicebatur, quæ poſteà Corinthus, à Corintho filio Oreſtis inſtaurata, nomen accepit, ære clara. 3 Quia eſt inter duo maria, inter Ægeum & Jonium mare. 4 Uſque ad Scythiam. 5 Pater meus Æeta. 6 Omnem partem Ponti. 7 Parte. 8 Regio. 9 Siniſtra. 10 Poſita eſt. 11 Vos Argonautas Græcos. 12 Diſcumbitis in toris, ornatis pictis tapetibus. 13 Primum nocumentum. 14 Uno eodemque tempore te vidi, & amore tui capta ſum. 15 Maximis, non uſitatis. 16 Amoribus. 17 Sicut fax ex pinu accenſa, ſacrificia Deorum crematur. 18 Furati fuerant. 19 Advertiſti, cognoviſti, ſc. amorem meum. 20 Apparet. Et ſi amorem occultamus ipſe tamen ſe indicat. 21 Amor. 22 Inſueto: nunquam enim ararant, quoniam Marti erant ſacri. 23 Marti conſecrati. 24 Qui etiam igne, quem naribus efflabant, erant ſævi, non ſolum per cornua, ſicut alii tauri. 25 Efflatus. 26 Nam pro flatu emittebant ignem terribilem. 27 Per æs, quo erant muniti. 28 Sc. erant. 29 Duri, & fortes. 30 Oppoſita. 31 Ori. 32 Fumoſa, & caliginoſa per ſuos afflatus quia flatus igneus ſolet facere nigra, quæ tangit. 33 Æra. 34 Dentes ſerpentis. 35 Homines. 36 Quæ ſe huic fato devoveret, & dedicaret. 37 Homines nati ex dentibus ſerpentis. 38 Ferirent, invaderent. 39 Nam homines illi ex dentibus ſerpentis armati naſcebantur.

Illa eſt [1] agricolæ meſſis [2] iniqua ſuo.
Lumina [3] cuſtodis ſuccumbere [4] neſcia ſomno
[5] Ultimus eſt aliqua decipere [6] arte labor.
[7] Dixerat Æetes: mœſti [8] conſurgitis [9] omnes:
[10] Menſaque purpureos deſerit alta toros.
[11] Quam tibi nunc [12] longe [13] regnum dotale Creüſæ,
Et [14] ſocer, & magni [15] nata Cr[illegible]ontis erant?
Triſtis abis. oculis abeuntem [16] proſequor [17] udis:
Et dixit tenui murmure [18] lingua, Vale.
Ut poſitum tetigi thalamo [19] male [20] ſaucia lectum;
[21] Acta eſt per lacrymas nox mihi, [22] quanta fuit.
Ante oculos taurique meos, [23] ſegeteſque nefandæ;
Ante meos oculos pervigil anguis erat.
[24] Hinc amor, hinc [25] timor eſt. [26] ipſum timor auget amorem.
Mane erat, & thalamo chara recepta [27] ſoror,
[28] Disjectamque comas averſaque in ora [29] jacentem
Invenit, & lachrymis [30] omnia plena meis.
[31] Orat opem [32] Minyis: petit [33] altera, & [34] altera habebit.
[35] Æſonio juveni, [36] quod rogat illa, damus.
[37] Eſt nemus & [38] piceis & [39] frondibus ilicis [40] atrum:

1 Cui propter laborem deberet fructum, non damnum reddere. 2 Ingrata, injuſta. 3 Draconis, qui vellus aureum cuſtodiebat. 4 Quæ à ſomno non poterant vinci. 5 Maximus, extremus. 6 Carmine, aut magico poculo. 7 Supradicta eſſe tibi facienda. 8 Ex toro, ubi diſcumbebatis. 9 Vos Argonautæ. 10 Quia remota eſt. 11 Tunc non cogitabas de uxore, quæ daret tibi magnam dotem: ſed de ſalute. 12 Remotum à cogitatione tuâ. 13 Quod dicis eſſe datum tibi in dotem, ſc. Corinthum, quam pro dote Jaſon acceperat. 14 Creon. 15 Creüſa, quam erat longè. 16 Proſpicio. 17 Lachrymantibus. 18 Mea. 19 In perniciem meam. 20 Amore percuſſa. 21 Tranſacta. 22 Tanta quanta fuit, i. e. tota. 23 Armati homines, qui ex ſatis dentibus debebant exoriri. 24 Ab unâ parte. 25 Patris. 26 Quantò magis timebam, tantò magis amabam. 17 Sc. mea, Chalciope. 28 Me habentem comas incomptas, & ſparſas. 29 Cubantem in faciem: quod faciunt, qui dormire nequeunt. 30 Invenit totum lectum meis lachrymis humectatum. 31 Soror mea. 32 Argonautis, vobis Theſſalicis. 33 Soror mea. 34 Sc. Creüſa, i. e. altera petit, altera capiet fructum. 35 Jaſoni. 36 Sc. opem. 37 Deſcribit locum, in quo Jaſon locutus eſt cum Medea, & eam opem rogavit. 38 Picea ſpecies eſt arboris. Pix verò dicitur ipſe liquor, qui ex ipſa arbore manat. 89 Ilicibus frondoſis. 40 Obſcurum.

Vix [1] *illuc radiis ſolis adire licet.*
Sunt in eo, fuerantque diu, [2] *delubra Dianæ:*
Aurea barbarica ſtat [3] *Dea facta manu.*
[4] *Neſcio an* [5] *exciderint* [6] *mecum loca. venimus illuc.*
[7] *Orſus es* [8] *infido ſic prior ore loqui.*
[9] *Jus tibi & arbitrium noſtræ Fortuna* [10] *ſalutis*
Tradidit: inque tua vitaque morſque [11] *manu.*
[12] *Perdere poſſe ſat* [13] *eſt; ſi quem* [14] *juvet ipſa poteſtas.*
[15] *Sed tibi* [16] *ſervatus gloria major* [17] *ero.*
Per mala noſtra precor, quorum potes eſſe [18] *levamen;*
[19] *Per genus & numen cuncta videntis* [20] *avi;*
Per [21] *triplicis vultus* [22] *arcanaque ſacra Dianæ;*
[23] *Et ſi forte alios gens habet iſta Deos.*
O virgo, miſerere mei; miſerere [24] *meorum!*
[25] *Effice me* [26] *meritis tempus in omne tuum.*
Quod ſi forte [27] *virum* [28] *non dedignare Pelaſgum,*
([29] *Sed mihi tam faciles unde meoſque Deos?)*
[30] *Spiritus ante meus tenues* [31] *vaneſcat* [32] *in auras,*
Quam thalamo, niſi tu, nupta ſit ulla meo.
[33] *Conſcia ſit Juno, ſacris* [34] *præfecta maritis;*
Et [35] *Dea, marmorea cujus in* [36] *æde ſumus.*
[37] *Hæc animum (&* [38] *quota pars hæc ſunt?)* [39] *movere puellæ*

1 In illud nemus, i. e. ex denſitate illud à ſole vix illuſtrari poteſt. 2 Templa. 3 Simulachrum Dianæ illic ex auro factum viſebatur. 4 Neſcio an ita oblitus ſis locorum, ſicut mei. 5 Ex memoria lapſa ſint. 6 Sicut ego excidi tibi. 7 Incepiſti. 8 Infidis verbis. 9 Poteſtatem, autoritatem. 10 Vitæ. 11 Poteſtate. 12 Si quis delectatur poteſtate, ſatis ei debet eſſe, quod poſſit nocere: non autem debet nocere. 13 Sufficit. 14 Delectat. 15 Licet poſſis me perdere. 16 Ego tuo auxilio liberatus. 17 Quam ſi paſſa fueris me mori. 18 Auxilium. 19 Sc. tuum. 20 Phœbi, vel Solis. Nam Æetes filius fuit Solis, qui videt omnia. 21 Triplici enim vultu depingebatur Diana, quia ipſa eſt Luna in cœlo, Diana in terris & ſylvis, Proſerpina apud inferos. 22 Myſtica, & occulta, quæ noctu celebrabantur. 23 Per iſtos Deos veſtræ gentis, ſi fortè aliquos habetis. 24 Sociorum, qui mecum ſunt. 25 Fac me tibi deditum, & obligatum. 26 Beneficiis tuis. 27 Maritum. 28 Non ſpernis. 29 Sed undè Deos tam faciles ſc. ſperem, vel habeam, & tam meos, i. e. tam faventes mihi? 30 Vita. 31 Abibit. 32 Antè moriar, quam ulla ſit mea, niſi tu. 33 Teſtis, ſc. hujus meæ promiſſionis. 34 Præpoſita: quia ipſa præeſt nubentibus. 35 Diana. 36 In templo. 37 Quæ à te dicta ſunt. 38 Minima pars. 39 Flexiſſe.

[1] Simplicis; & dextræ dextera [2] juncta meæ.
Vidi etiam lacrymas. an [3] pars eſt fraudis in illis?
[4] Sic cito ſum verbis [5] capta puella tuis.
[6] Jungis & æripedes [7] inaduſto corpore tauros,
Et [8] ſolidam [9] juſſo vomere [10] findis humum.
Arva [11] venenatis [12] pro ſemine dentibus imples:
Naſcitur, & [13] gladios ſcutaque miles habet.
[14] Ipſa ego, quæ dederam medicamina, [15] pallida ſedi,
Cum vidi [16] ſubitos arma tenere viros.
Donec [17] terrigenæ ([18] facinus miſerabile) fratres
Inter ſe [19] ſtrictas [20] conſeruere manus.
Pervigil ecce draco ſquammis [21] crepitantibus [22] horrens
Sibilat; & [23] torto pectore verrit humum.
[24] Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tibi [25] regia conjux?
Quique maris gemini [26] diſtinet [27] Iſthmos aquas?
Illa ego, quæ tibi ſum [28] nunc denique barbara facta,
Nunc [29] tibi ſum pauper, nunc tibi [30] viſa [31] nocens,
Flammea [32] ſubduxi [33] medicato [34] lumina ſomno:
Et tibi, [35] quæ raperes, vellera [36] tuta dedi.
[37] Proditus eſt genitor: regnum patriamque reliqui:

1 Credulæ. 2 In pignus fidei. Q. d. Hæc jam dicta Jaſonis moverunt animum meum: atque etiam ſi pauciora, & quota, i. e. modica aliqua pars horum fuiſſent, tamen moviſſent animum puellæ ſimplicis. 3 An & ipſæ ſciunt fallere? 4 Cùm juraſſes per Junonem & Dianam, & junxiſſes dextram dextræ meæ, & addidiſſes lachrymas. 5 Decepta. 6 Meis carminibus coacti tauri, à te aratro junguntur. 7 Non uſto: quia licet ſemper efflarent ignem, nunquam tamen eo igne urebantur. 8 Duram: quia diu manſerat inarata. 9 Ut Æetes juſſerat. 10 Aras. 11 Qui venenoſi ſerpentis fuerant. 12 Loco ſeminis. Ita enim ſparſit Jaſon dentes ſerpentis, ſicut ſpargitur ſemen. 13 Enſes. 14 Quantò magis tu, & reliqui debuiſtis timere? 15 Timida. Conſ. pro antec. 16 Subitò natos. 17 Geniti ex terra. 18 Factum. 19 Strictis, i. e. nudis enſibus armatas. 20 Commoverunt. 21 Reſonantibus. 22 Aſper: ſunt enim ſerpentes ſquammiferi. 23 Obliquo, ſinuoſo. 24 Non quærebas tunc dotem, cùm ſolùm de ſalute cogitandum tibi putares. 25 Regio ſanguine orta, ut nunc jactas eſſe iſtam tuam. 26 Dividit. 27 Sc. ubi erat Corinthus, quæ eſt in Iſthmo. 28 Tunc enim non videbar tibi barbara, nec ſpernenda, cùm à meo rem peteres. 29 Judicio tuo. 30 Putata. 31 Scelerata, venefica. 32 Removi, clauſi. 33 Medicamine quodam facto. 34 Igneos oculos. Habent enim ſerpentes oculos lucentes in modum ignis. 35 Quæ rapere poſſes. 35 Tutus, & ſine periculo ſalutis tuæ. 37 Deceptus.

[1] Munus in exilio quodlibet eſſe [2] tuli.
[3] Virginitas facta eſt peregrini [4] præda [5] latronis,
Optima cum cara [6] matre relicta [7] ſoror.
At non te [8] fugiens ſine me, [9] germane, [10] reliqui.
[11] Deficit hoc [12] uno [13] littera noſtra loco.
Quod facere auſa mea eſt, non audet ſcribere dextra.
[14] Sic ego, [15] ſed tecum, dilaceranda fui.
Nec tamen [16] extimui ([17] quid enim poſt illa timerem?)
Credere me pelago [18] fœmina, [19] jamque nocens.
[20] Numen ubi eſt? [21] ubi [22] Dî? meritas [23] ſubeamus in alto,
[24] Tu fraudis [25] pœnas, [26] credulitatis [27] ego.
Compreſſos utinam [28] Symplegades [29] eliſiſſent,
Noſtraque [30] adhærerent oſſibus oſſa tuis!
Aut nos [31] Scylla [32] rapax [33] canibus miſiſſet edendos!

1 Ego pro ſupradictis habui hanc remunerationem, quòd licet mihi eſſe in exilio. 2 Accepi. 3 Mea. 4 Rapina. 5 Prædonis, ſc. tui Jaſonis: quia non geſſiſti te, ut maritum, ſed ut prædonem. 6 Idyiâ. 7 Sc. mea, Chalciope. 8 Abſyrte. 9 De patriâ. 10 Nam Medea eum ſecum duxit: & cùm pater eam inſequeretur, dilacerato fratre, & membris in variis locis ſparſis, patrem remorata eſt. 11 Non habet animum: quia ex omnibus, quæ pro te feci, hoc unum eſt, quòd non audeo ſcribere. 12 Solo. 13 Epiſtola. 14 Sicut frater dilaceratus eſt à me. 15 Quia etiam tu meruiſti. 16 Non verita ſum committere me pelago. 17 Nam qui majora auſus eſt, non timet minora. 18 Naturaliter timida. 19 Quia jam admiſeram ſcelus fraternæ cædis. 20 Dianæ læſæ. 21 Sc. ſunt, qui nos puniant inter navigandum. 22 Sc. omnes, per quos juraſti. 23 Ambo, i. e. ego & tu. 24 Sc. ſubeas. 25 Quia me decepiſti. 26 Ego puniar, quia tibi nimiùm facilè credidi. 27 Sc. ſubeam. 28 Duo ſunt ſcopuli in Boſphoro Thracio, qui crediti ſunt aliquando concurrere, omnes naves comprimere. Dicuntur autem à συμπλήττω, i. e. concutio. Inter hos ſcopulos Jaſon cum Argo navi eundo in Colchos, & redeundo, cum magno diſcrimine tranſiſſe dicitur. Q. d. Utinam fuiſſemus compreſſi & interfecti inter Symplegadas, cùm per eas tranſiremus. 29 Compreſſiſſent. 30 Utinam ambo ſimul fuiſſemus colliſi & confracti, ita ut oſſa mea fuiſſent conjuncta oſſibus tuis. 31 Scylla & Charybdis periculoſa maris loca ſunt inter Italiam & Siciliam. Hanc autem Scyllam Phorci & Creteïdos Nymphæ filiam ferunt: quam cùm amaret Glaucus, Deus marinus, cujus amore Circe tenebatur, quamvis ipſe eam ſperneret: illa irata, fontem, quo Scylla ſe abluere ſolebat, venenis quibuſdam infecit. In quem cùm illa deſcendiſſet, pube tenus in feras, i. e. marinos canes mutata fertur: quæ tranſeuntibus navibus periculoſiſſima eſt: de qua nunc intelligit. Altera Scylla fuit Niſi filia, Megarentium regis: quæ, Minoë patriam ſuam Megaram obſidente, ejus amore capta eſt. Vide 8. *Metam.* 32 Vorax, quæ naves in ſe rapit. 33 Quia Scylla in marinos canes mutata fertur.

[1] Debuit [2] ingratis Scylla nocere viris.
[3] Quæque vomit fluctus totidem, totidemque reſorbet,
[4] Nos quoque [5] Trinacriæ [6] ſuppoſuiſſet aquæ.
[7] Soſpes ad [8] Hæmonias victorque reverteris urbes.
Ponitur ad patrios aurea lana [9] Deos.
[10] Quid referam Peliæ natas [11] pietate [12] nocentes,
[13] Cæſaque [14] virginea membra paterna manu?
[15] Ut [16] culpent alii, [17] tibi me laudare neceſſe eſt:
[18] Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.
Auſus es ô, ([19] juſto deſunt ſua verba dolori)
Auſus es, [20] Æſonia, dicere, [21] cede domo.
[22] Juſſa domo [23] ceſſi, [24] natis comitata duobus;
Et, [25] qui me ſequitur [26] ſemper, [27] amore tui.
[28] Ut ſubito noſtras [29] Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenſo [30] lampades igne [31] micant,
[32] Tibiaque [33] effundit [34] ſocialia carmina vobis,
[35] At mihi funeſta [36] flebiliora [37] tuba;
Pertimui; nec adhuc [38] tantum ſcelus eſſe putabam:
Sed tamen in toto pectore [39] frigus erat.

1 Quia & ipſa aliquando inter amantes fuit. 2 Argonautis. 3 Charybdim intelligit quæ 24. horis bis aquam ſorbet & ejicit. Charybdis mulier fuit voraciſſima: quæ quia Herculi boves rapuit, à Jove fulmine tacta eſt, & in mare præcipitata. Unde naturam priſtinam ſervat: nam ſorbet omnia. 4 Sicut & alia omnia. 5 Siciliæ. 6 Submerſiſſet. 7 Incolumis, & victor: quia potitus es aureo vellere. 8 Theſſalicas. 9 Theſſalicos: tanquam monumentum victoriæ. 10 Peliæ filiæ tres fuerunt, Alceſta, Amphinome, & Evadne: quæ, ſuadente Medeâ, patrem trucidarunt: Medea enim pollicita erat, ſe reducturam eum ad ætatem juvenilem. Quod cùm illæ feciſſent, Medea mortuum eum reliquit: quia ſciebat, ab eo non amari Jaſonem. 11 Nimio erga patrem amore. 12 Quia non interfecerunt patrem, niſi propter pietatem, ſc. ut ei prodeſſent. 13 Lacerata. 14 Puellari. Vide 7. *Met.* 15 Quamvis. 16 Damnent ea, quæ feci. 17 Quia tuo amore compulſa, ea feci. 18 Cauſa cujus. 19 Q. d. Non poſſum exprimere dolorem, quem concepi. 20 Patris mei Æſonis. 21 Abi. 22 A te. 23 Abii, diſceſſi. 24 Quos ex te ſuſcepi, ſc. Theſſalo & Theſſandro. 25 Amor. 26 Qui nunquam me relinquit. 27 Sc. comitata. 28 Poſtquam. 29 Cantibus celebratus, ſive carmen nuptiale. 30 Faces, quæ nuptiis accenduntur. 31 Splendent. 32 Tibiæ adhibebantur nuptiis, tubæ verò funeribus. 33 Emiſit. 34 Tibi & uxori tuæ præbentia ſignum ſocietatis, i. e. matrimonii. 35 Sc. effudit carmina. Pendet ordo ad hunc locum: *At pertimui.* 36 Triſtiora. 37 Quæ funeribus adhiberi ſolet: nam erat etiam militaris tuba, ad accendos militum animos ad pugnam. 38 Ut legitimè duceres illam, me repulsâ. 39 Timor.

Turba [1] *ruunt* ; *&* , *Hymen* , *clamant* : *Hymenæe* , *frequentant.*
[2] *Quo propior vox hac* , [3] *hoc mihi* [4] *pejus erat.*
[5] *Diverſi flebant ſervi* , *lacrymaſque* [6] *tegebant.*
Quis vellet tanti nuncius eſſe mali?
Me quoque , *quidquid erat* , *potius neſcire* [7] *juvabat* :
Sed [8] *tanquam ſcirem* , *mens mea triſtis erat.*
Cum [9] *minor è* [10] *pueris* , [11] *juſſus* [12] *ſtudioque videndi* ,
[13] *Conſtitit ad* [14] *geminæ limina prima foris* :
Hic mihi , [15] *Mater* , *abi* ; [16] *pompam pater* , *inquit* , *Iäſon*
Ducet ; *&* *adjunctos* [17] *aureus* [18] *urget* [19] *equos.*
[20] *Protinus* [21] *abſciſſa* [22] *planxi mea pectora veſte* :
Tuta [23] *nec à digitis ora fuere meis.*
Ire [24] *animus mediæ* [25] *ſuadebat in* [26] *agmina turbæ* ,
[27] *Sertaque* [28] *compoſitis* [29] *demere rapta comis.*
Vix me continui , [30] *quin* [31] *ſic laniata* [32] *capillos*
Clamarem , [33] *Meus eſt* ; [34] *injiceremque manus.*
[35] *Læſe pater* , *gaude* : [36] *Colchi gaudete* [37] *relicti.*
Inferias umbræ [38] *fratris* [39] *habete mei.*
[40] *Deſeror (amiſſis regno* , *patriaque* , *domoque)*
[41] *Conjuge* : [42] *qui nobis omnia ſolus erat.*
Serpentes igitur potui , *tauroſque furentes* ;

1 Properant. 2 Quantò. 3 Tantò. 4 Magis angebar. 5 In diverſis locis domus. 6 Occultabant ; non enim audebant clarè flere. 7 Placebat mihi ignorare. 8 Quaſi ſcirem te uxorem ducere. 9 Natu & ætate. 10 Ex duobus filiis noſtris. 11 Mandato meo. 12 Cupiditate : quia pueri cupidi ſunt nova omnia videndi. 13 Ut videret, quid fieret. 14 Duplicis. 15 Verba pueri ad Medeam. 16 Nuptialem triumphum & apparatum. 17 Veſtibus aureis indutus, more triumphantium 18 Premit. 19 Vehitur curru , & ducitur ab equis. 20 Statim , auditis illis verbis. 21 Laceratâ. 22 Percuſſi. 23 Quia dilacerata ſunt. 24 Voluntas , impetus animi. 25 Mihi. 26 Ire in mediam multitudinem , quæ circùm te & ſponſam tuam erat. 27 Coronas, quas habebat ſponſa tua. 28 Ornatis. 29 Auferre. 30 Ut non. 31 Ita lacerata. 32 Meos. 33 Maritus Jaſon. 34 Eum mihi caperem , & mihi debitum ipſa vendicarem. 35 A me. 36 Populi regionis meæ. 37 Quos fugi. 38 Quem ego crudeliter interfeci. 39 Eſtote placatæ , & habete vobis factas inferias ex malis meis. Exiſtimabantur enim fieri inferiæ mortuis , i. e. ſacra , quoties eorum hoſtes fuiſſent vel morte , vel alio upplicio affecti. Sunt enim inferiæ ſacra mortuorum. 40 Vidua relinquor. 41 Amiſſo ſc. 42 Quia omnia amiſſa æquo animo ferebam , dummodò eum haberem.

[1] Unum non potui perdomuiſſe virum?
Quæque feros [2] pepuli doctis [3] medicatibus [4] ignes,
Non valeo [5] flammas effugere ipſa meas?
Ipſi me [6] cantus, [7] herbæque [8] arteſque relinquunt?
Nil [9] Dea, nil [10] Hecates [11] ſacra potentis [12] agunt?
Non mihi grata dies: noctes vigilantur [13] amaræ:
Nec tener in miſero pectore [14] ſomnus adeſt.
Quæ me non [15] poſſum, potui ſopire [16] draconem.
Utilior cuivis, quam mihi, [17] cura mea eſt.
Quos ego [18] ſervavi, [19] pellex amplectitur artus:
Et noſtri [20] fructus illa [21] laboris habet.
Forſitan &, ſtultæ dum te [22] jactare [23] maritæ
Quæris, & [24] injuſtis [25] auribus [26] apta loqui,
[27] In faciem moreſque meos [28] nova crimina [29] fingas.
Rideat, & vitiis læta ſit illa meis.
Rideat, & Tyrio jaceat [30] ſublimis in [31] oſtro;
[32] Flebit: & ardores [33] vincet [34] aduſta meos.
Dum ferrum flammæque aderunt, ſuccuſque [35] veneni;
Hoſtis Medeæ nullus [36] inultus erit.
[37] Quod ſi fortè preces præcordia ferrea tangunt;
Nunc [38] animis audi verba minora meis.
Tam tibi ſum ſupplex, [39] quam tu mihi ſæpe [40] fuiſti:
Nec morer ante tuos [41] procubuiſſe pedes.

1 Solum, ſc. te. 2 Removi. 3 Medicaminibus. 4 Quos efflabant tauri. 5 Ignes amoris. 6 Incantationes. 7 Vires herbarum. 8 Magicæ. 9 Diana. 10 Proſerpinæ, quæ omnibus magicis præeſſe dicitur. 11 Quæ facio, ut animum tuum flectam. 12 Nihil proſunt, nihil efficiunt. 13 Acerbæ, plenæ anxietatis, 14 Sopor, i. e. nec dormio. 15 Sc. ſopire, i. e. facere dormire. 16 Pervigilem. 17 In magico artificio diligentia, ars 18 A morte. 19 Concubina. 20 Utilitatem. 21 Quod Jaſonem ſervavimus. 22 Oſtentare, laudare. 23 Inſanæ uxori: quoniam putat te poſſe potiri. 24 Quia alienum maritum occupat. 25 Uxoris tuæ: quæ ut eſt injuſta, ita libenter audiet. 26 Convenientia, ſc. de vitiis. 27 Lamnas & vituperas pulchritudinem, & mores meos. 28 Inaudita. 29 Comminiſceris. 30 Superba. 31 Lecto purpureo, vel in purpura, quæ apud Tyrum abundat. 32 Sc. tamen. 33 Quia magis ardebit, quam ego nunc ardeo. Et ſanè cum patre & domo conflagravit. 34 Cremata. 35 Venenoſarum herbarum. 36 Impunitus. 37 Precatur nunc Jaſona. 38 Quia animo ſum ſuperba: licet humilibus verbis tibi ſupplicem. 39 Eſſe ſupplicem 40 In rapiendo vellere aureo. 41 Jacêre: ſicut ſupplicantes facere ſolent.

[1] *Si tibi ſum vilis* ; [2] *communes reſpice natos.*
[3] *Sæviet in partus dira noverca meos.*
Et nimium ſimiles tibi ſunt : & imagine [4] *tangor :*
Et, quoties video, lumina noſtra [5] *madent.*
Per ſuperos oro, per [6] *avitæ* [7] *lumina flammæ,*
Per [8] *meritum, & natos* [9] *pignora noſtra duos :*
Redde [10] *torum ; pro quo* [11] *tot res* [12] *inſana reliqui.*
[13] *Adde fidem dictis ; auxiliumque* [14] *refer.*
Non ego te [15] *imploro* [16] *contra tauroſque viroſque ;*
Utque tua ſerpens [17] *victa* [18] *quieſcat ope.*
Te peto, quem merui, quem nobis [19] *ipſe dediſti ;*
[20] *Cum quo ſum pariter facta parente parens.*
Dos ubi ſit, quæris : campo [21] *numeravimus illo,*
Qui tibi [22] *laturo* [23] *vellus* [24] *arandus erat.*
Aureus ille aries [25] *villo* [26] *ſpectabilis aureo,*
Dos mea : [27] *Quam, dicam ſi tibi, redde ;* [28] *neges.*
Dos mea, tu [29] *ſoſpes : dos eſt mea, Graja* [30] *juventus.*
I nunc, [31] *Siſyphias,* [32] *improbe,* [33] *confer opes.*
Quod vivis ; quod habes [34] *nuptam* [35] *ſocerumque* [36] *potentem ;*
Hoc ipſum, [37] *ingratus quod potes eſſe, meum eſt.*

1 Si me parvi facis. 2 Ex utroque noſtrum genitos. 3 Faciet aliquid crudele. 4 Delector ſimilitudine. 5 Rigantur lachrymis : quia per eos recordor tui. 6 Solis, avi mei. 7 Radios & lucem. 8 Beneficium, quod tibi præſtiti. 9 Quia filii ſunt pignora matrimonii. 10 Jus tori, i. e. matrimonium. 11 Patriam, patrem, matrem, & ſorores. 12 Amore demens. 13 Fac ut dicta tua ſerventur, & fidem habeant. 14 Redde, ſicut ego dedi tibi. 15 Invoco. 16 Sicut tu implorasti me. 17 Sopita. 18 Dormiat. 19 Tuâ ſponte, & tuâ voluntate. 20 Ex quo ſuſcepi filios. 21 Sc. dotem. 22 Ablaturo. 23 Lanam auream. Q. d. Accepiſti à me dotem magnam, cùm taurorum ferocitas à me compreſſa eſt, & ita terrigenarum, & denique cùm abſtuliſti vellus aureum : nam cùm id per me habueris, eſt dos mea. 24 Ut ſeminares dentes ſerpentis. 25 Pilo, & lanâ. 26 Pulcher. 27 Dotem. 28 Nolles mihi reddere. 29 Vita tua ſervata, eſt dos mea. 30 Omnes ſocii tui per me ſervati ſunt. 31 Opes Creontis, filii Siſyphi. *Siſyphias* autem contumelioſe dixit, quoniam conſtat Siſyphum fuiſſe latronem, qui latrociniis ſuis maximas opes cumulavit, quarum hæres fuit Creon. 32 Perfide. 33 Compara. 34 Creüſam. 35 Creontem. 36 Divitem. 37 Beneficium meum : quia niſi ego eſſem, ne ingratus quidem eſſe poſſes : quia jam non viveres.

[1] *Quos equidem* [2] *actutum! ſed quid* [3] *prædicere* [4] *pœnam*
[5] *Attinet? ingentes* [6] *parturit ira minas.*
[7] *Quo feret ira, ſequar. facti fortaſſe pigebit.*
[8] *Et piget infido conſuluiſſe* [9] *viro.*
[10] *Viderit iſta* [11] *Deus,* [12] *qui nunc mea pectora verſat.*
[13] *Neſcio quid certe mens mea majus* [14] *agit.*

1 Te, & uxorem tuam, & ſocerum. 2 Statim, citò, ſc. puniam. 3 Multò antè minari. 4 Quam ſumam. 5 Opus eſt? 6 Concipit, generat. 7 Faciam, quod ira ſuadebit. 8 Q. d. Si pigebit facti, pigeat: quia etiam piget me *conſuluiſſe*, i. e. profuiſſe, & rèm utilem feciſſe. 9 Tibi, qui mihi fidem non ſervaſti. 10 Provideat. Q. d. ego non curo. 11 Cupido. 12 Qui immittit mihi in animum tam diras cogitationes. 13 Neſcio quid magnum & terribile. 14 Moliatur. Exitus rei fuit, quòd filios peremit, Creontis domum incendit igne inextinguibili, &c.

EPISTOLA XIII.

ARGUMENTUM.

Proteſilaus, Iphicli filius, ad Trojam 40. navibus navigans, cùm cæteris Græcis, Aulide, Bœotiæ portu, ob tempeſtatem clauſus eſt. Quod cùm intellexiſſet Laodamia, Acaſthi ex Laodathea filia, atque ejus uxor, ſincere maritum amans, multis ſomniis ſollicitata, hanc epiſtolam ad eum ſcripſit: quâ ſuadet, ut oraculi memor, à belli periculis abſtineat. Datum enim Græcis fuerat reſponſum, eum, qui primus ex claſſe in terram Trojanam deſcendiſſet, periturum. At Proteſilaus magnanimus, primus in terram deſcendit, & ab Hectore occiſus eſt.

LAODAMIA PROTESILAO.

[1] *Mittit, & optat amans, quo mittitur, ire ſalutem,*
Æmonis Æmonio Laodamia viro.

1 Ordo eſt: *Amans Æmonis*, i. e. Theſſalica: nam Theſſalia Æmonia dicta eſt, *Laodamia*, i. e. Acaſti filia, *mittit ſalutem viro Æmonio*, i. e. Proteſilao, qui & ipſe Theſſalus fuit, *& optat ſalutem eò ire, quò mittitur*, i. e. pervenire ad maritum ſuum, i. e. cupit eum ſalvere, & incolumem eſſe.

[1] *Aulide te [2] fama eſt vento [3] retinente [4] morari.*
Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?
Tum freta debuerant veſtris obſiſtere remis.
Illud erat [5] ſævis [6] utile tempus aquis.
Oſcula plura viro, [7] mandataque plura dediſſem:
Et ſunt [8] quæ volui dicere plura tibi.
[9] *Raptus es hinc [10] præceps: &, qui tua vela vocaret,*
[11] *Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.*
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti.
[12] *Solvor ab amplexu Proteſilaë tuo;*
Linguaque mandantis verba [13] imperfecta relinquit.
Vix illud potui dicere triſte Vale.
[14] *Incubuit Boreas, abreptaque vela [15] tetendit.*
[16] *Jamque meus [17] longe Proteſilaus erat.*
Dum potui ſpectare virum, ſpectare juvabat:
[18] *Sumque tuos oculos uſque ſecuta meis.*
[19] *Ut te non [20] poteram, poteram [21] tua vela videre:*
Vela [22] diu vultus detinuere meos.
At poſtquam nec te, nec vela [23] fugacia vidi;
Et quod ſpectarem, nil, niſi [24] pontus, erat;
Lux quoque tecum [25] abiit; [26] tenebris exanguis obortis.

1 Aulis Bœotiæ portus eſt profundiſſimus. Ad hunc cùm Græci perveniſſent, Trojam navigantes, Agamemnon Dianæ cervam occidit ignarus: undè irata Dea, flatus ventorum removit, ita ut navigare non poſſent, & peſtilentiâ laborarent. Quare conſulta oracula dixerunt, Dianam Agamemnonio ſanguine placandam eſſe. Iphigenia igitur, Agamemnonis filia, cùm ab Ulyſſe per nuptiarum ſimulationem adducta, jam in eo eſſet, ut immolaretur, Dianæ miſeratione ſublata eſt, & cerva in ejus locum ſuppoſita. Intereà autem, dùm Græci in ea inſula morarentur, conjuraverunt, ſe non antè in patriam reverſuros, quam Troja caperetur. 2 Dicitur. 3 Quia (ut diximus) Diana flatus ventorum ſuſtulerat: aut quia ventus eſſet contrarius. 4 Manêre, moram facere. 5 Turbaris. 6 Aptum & commodum. 7 Admonitiones. 8 Quæ dictura fui, quæ non potui dicere. 9 Abreptus, ablatus. 10 Feſtinus. 11 Id eſt, ſecundus, qualem nautæ, navigandi cupidi, optarent: non qualem ego cuperem, quæ noluiſſem te diſcedere. 12 Separor, disjungor. 13 Incompleta: non potui finire, quæ tibi dicebam. 14 Totis viribus ſpiravit. 15 Flatu ſuo implevit, & extenſa fecit. 16 Subitò. 17 A meo aſpectu. 18 Cùm tu oculos ad me converteres, ego aſſiduè te ſpectantem ſpectabam. 19 Poſtquam. 20 Sc. videre. 21 Quæ longiùs apparebant: quia erant majora, & altiora te. 22 Ea inſpexi. 23 Celeriter euntia, & quæ videbantur fugere. 24 Mare. 25 Ex oculis meis. 26 Inductâ caligine antè oculos.

[1] *Succiduo* [2] *dicor procubuiſſe genu.*
Vix ſocer [3] *Iphiclus, vix me* [4] *grandævus* [5] *Acaſtus,*
Vix [6] *mater gelida mœſta* [7] *refecit* [8] *aqua.*
Officium fecere [9] *pium, ſed* [10] *inutile nobis.*
[11] *Indignor miſeræ non licuiſſe mori.*
[12] *Ut rediit* [13] *animus,* [14] *pariter rediere dolores;*
Pectora legitimus caſta [15] *momordit amor.*
Nec mihi [16] *pectendos cura eſt* [17] *præbere capillos:*
Nec libet aurata corpora veſte [18] *tegi.*
Ut quas pampinea [19] *tetigiſſe* [20] *Bicorniger* [21] *haſtæ*
Creditur; huc illuc, quo furor egit, eo.
Conveniunt [22] *matres* [23] *Phylleides, & mihi clamant,*
Indue [24] *regales, Laodamia, ſinus.*
[25] *Scilicet ipſa geram* [26] *ſaturatas* [27] *murice veſtes:*
[28] *Bella ſub Iliacis mœnibus ille gerat?*
Ipſa comas pectar: [29] *galea caput ille* [30] *prematur?*
Ipſa novas veſtes: [31] *dura vir arma ferat?*
Qua poſſum, [32] *ſqualore tuos* [33] *imitata labores*
Dicar: & hæc belli tempora triſtis [34] *agam.*
Dux Pari Priamide, damno [35] *formoſe tuorum,*
[36] *Tam ſis* [37] *hoſtis iners,* [38] *quam* [39] *malus hoſpes eras.*

1 Inclinato, & flexo. 2 Alii dicunt, ego præ dolore caſum non ſenſi. 3 Pater tuus, ſocer meus 4 Senex. 5 Pater meus. 6 Mea, ſc. Laodothea. 7 Vivificavit, recreavit. 8 Aſperſione aquæ frigidæ in faciem: quod ſolet fieri aliquo languore deficientibus. 9 Ex pietate proveniens. 10 Quia utilius fuiſſet mihi tunc mori, quam nunc vivere in tantis curis. 11 Doleo, & moleſte fero. 12 Poſtquam. 13 Reſpiravi. 14 Simul. 15 Pupugit, tetigit 16 Pectine componendos, & ornandos. 17 Ancillis meis. 18 Indui. 19 Stimulaſſe, concitaſſe in furorem. 20 Bacchus. qui cornibus effigiatur, ob elationem & ſuperbiam, quam fervor vini induit Furore ita agor, ſicut aguntur bacchantes. 21 Thyrſo. Eſt autem thyrſus, haſta pampinis involuta, quam bacchantes ferre ſolent. 22 Matronæ. 23 Ex Phylaco, Theſſaliæ urbe, in qua Proteſilaus regnavit. 24 Regias veſtes. 25 Reſponſio Laodamiæ: ſc. geram? Q. d. minimè. 26 Bene tinctas: undè dibaphæ veſtes dicebantur, quæ bis erant tinctæ 27 Purpurâ. Eſt enim murex piſcis, cujus ſanguine tinguntur lanæ 28 Quod eſt laborioſum & durum. 29 Pondere galeæ. 30 Gravabitur. 31 Aſpera. Q. d. Non decet me eſſe in deliciis, & maritum meum in laboribus. 32 Sorde, & neglectu corporis. 33 Sc. eſſe. 34 Vivam in triſtitia. 35 Cujus forma & pulchritudo magno conſtitura eſt tuis: quia propter te, qui Helenæ placuiſti, tui multa patientur damna. 36 Sc. utinam. 37 Tam ignavus & negligens ſis pugnator. 38 Apud Menelaum. 39 Perfidus: quia fidem hoſpiti non ſervaſti.

Aut

Aut te [1] Tænariæ faciem culpaſſe maritæ,
Aut illi vellem diſplicuiſſe tuam.
[2] *Tu, qui pro rapta nimium, Menelaë, [3] laboras,*
Hei mihi, quam multis [4] flebilis ultor eris!
Dî, precor, à nobis [5] omen removete [6] ſiniſtrum:
Et ſua [7] det [8] reduci vir meus arma Jovi.
Sed timeo: quotieſque [9] ſubit miſerabile bellum,
More nivis lacrymæ [10] ſole [11] madentis eunt.
[12] *Ilion & [13] Tenedos, Simoïſque & [14] Xantus & [15] Ide,*
Nomina ſunt ipſo [16] pœne timenda [17] ſono.
Nec rapere [18] auſurus, niſi ſe defendere poſſet,
[19] *Hoſpes erat: [20] vires noverat ille ſuas.*
Venerat (ut fama eſt) multo [21] ſpectabilis auro,
Quique ſuo [22] Phrygias [23] corpore [24] ferret opes.
[25] *Claſſe [26] viriſque potens, [27] per quæ fera bella geruntur:*
Et ſequitur regni pars [28] quotacunque ſui.
[29] *His ego te [30] victam, [31] conſors [32] Ledæa [33] gemellis,*
Suſpicor: [34] hæc [35] Danaïs poſſe nocere puto.
Hectora [36] neſcio quem timeo. Paris Hectora dixit.

1 Uxoris Helenæ Laconicæ. Nam Tænarus eſt Laconiæ promontorium, ex qua Helena fuit 2 O Menelae. 3 Qui omnem Græciam, ut opem tibi ferat, contrà Trojanos convocas. 4 Quia multi non tantum hac tuâ ultione peribunt, ſed & multæ uxores erunt, quæ extinctos viros deplorabunt: ut Deïdamia, quæ Achillis interitum deflevit. 5 Augurium. 6 Infelix. 7 Offerat. 8 Jovi eum reducenti. Nam redux dicitur, & qui reducit alium, ut hic: & qui reducitur ab alio: ut *gratulor Oechaliam*, &c. Solebant autem milites, confecto bello, quæ geſſerant arma, ad Deos ſuſpendere. Ovid. 4. Triſ. El. 8. *Miles ubi emeritus non eſt ſatis utilis annis. Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.* 9 In mentem venit. Virg. *Subiit chari genitoris imago.* 10 Propter calorem ſolis. 11 Liqueſcentis 12 Oppidum ipſum Trojæ. 13 Inſula in conſpectu Trojæ. 14 Fluvius juxtà Trojam. 15 Phrygiæ mons: à quo & ſylva Idæa. 16 Fere. 17 Solâ voce, & nomine Q. d. ergo multò magis re ipſa 18 Sc. erat Paris, i. e. non fuiſſet auſus rapere. 19 Peregrinus erat. 20 Quantum poſſet ſe defendere contrà Græcos. 21 Ornatus. 22 Quia qui vidiſſet eum ita ornatum potuiſſet judicare, quam dives eſſet Phrygia. 23 Oſtentaret. 24 Trojanas. Erat enim in toto Oriente potentiſſimum Trojæ imperium. 25 Navibus. 26 Numero virorum 27 Per quas res, ſc. naves & viros. 28 Minima. Q. d. Potens eſt claſſe & viris, & habet ſecum minimam regni ſui partem. 29 Claſſe, & numero virorum, & opibus. 30 Amore captam 31 Soror, & ſanguine conjuncta. 32 Helena, filia Ledæ. 33 Caſtori & Polluci, qui gemini fuerunt, eodem nati ovo. 34 Divitias, & potentiam Trojanorum. 35 Græcis. 36 Q. d. Inter Trojanos fortiſſimum.

Ferrea

[1] *Ferrea* [2] *ſanguineâ bella movere manu.*
Hectora, quiſquis is eſt, ſi [3] *ſum tibi cara, caveto.*
[4] *Signatum memori pectore* [5] *nomen habe.*
[6] *Hunc* [7] *ubi vitaris,* [8] *alios vitare memento:*
Et [9] *multos illic Hectoras eſſe puta.*
Et facito dicas, quoties pugnare [10] *parabis,*
Parcere [11] *me juſſit Laodamia ſibi.*
Si [12] *cadere Argolico* [13] *fas eſt ſub milite Trojam;*
Te quoque [14] *non ullum vulnus habente cadat.*
[15] *Pugnet, & adverſos tendat Menelaus in hoſtes:*
Ut rapiat Paridi, quam Paris ante ſibi.
Irruat; & cauſa quem vincit, vincat & armis.
Hoſtibus è mediis [16] *nupta petenda viro eſt.*
Cauſa tua [17] *eſt diſpar. tu tantum* [18] *vivere pugna,*
Inque pios dominæ poſſe redire ſinus.
Parcite, Dardanidæ, de tot (precor) hoſtibus uni:
Ne meus ex illo corpore [19] *ſanguinis erat.*
Non eſt, quem deceat nudo concurrere ferro,
[20] *Sævaque in oppoſitos pectora ferre viros.*
[21] *Fortius ille poteſt, multo quum pugnat amore.*
Bella gerant alii; Proteſilaüs amet.
[22] *Nunc fateor; volui* [23] *revocare; animuſque* [24] *ferebat.*
[25] *Subſtitit auſpicii lingua* [26] *timore mali.*
Cum foribus velles ad [27] *Trojam exire paternis:*
Pes tuus [28] *offenſo limine* [29] *ſigna dedit.*

1 Aut aſpera, aut quæ ferro geruntur. 2 Cruentatâ: qui ſemper aliquem interficit. 3 Si me amas. 4 Intimum, & quaſi ſigno quodam notatum. 5 Hectoris. 6 Hectora. 7 Poſtquam. 8 Trojanos. 9 Multos Hectori ſimiles, & multos fortes, qualis eſt Hector. 10 Ingrediens pugnam. 11 Me habere reſpectum ſui, & ut me ei ſervem. 12 Ruere. 13 Si licet, & fata permittunt. 14 Nullum. 15 Sine Menelaum pugnare, ad quem pertinet recuperare uxorem, pugnet ipſe. 16 Uxor. 17 Non convenit cum Menelao: nam tibi uxor domi ſervatur. 18 Sicut Menelaus, ut Helenam habeat, pugnet: ita, ut me habeas, tu vivere pugnes. 19 Nam ſalus mea à Proteſilao pendet. 20 Cum hoſtibus congredi. 21 Menelaus, qui bellum gerit pro ereptâ conjuge, fortior eſt. 22 Q. d. quod antea dicere non ſum auſa. 23 Ne ad bellum Trojanum ires. 24 Cupiebat. 25 Deſtitit, ceſſavit, i. e. tacui. 26 Metu, ne darem tibi malum omen revocando. 27 Ad bellum Trojanum. 28 Tacto. Pedum offenſiones ſemper infauſti ominis fuêre. 29 Auguria.

[1] *Ut vidi, ingemui*; [2] *tacitoque in pectore dixi:*
[3] *Signa reverſuri ſint precor iſta viri.*
Hæc tibi nunc [4] *refero, ne ſis* [5] *animoſus in armis:*
Fac meus in [6] *ventos hic timor omnis eat.*
[7] *Sors quoque* [8] *neſcio quem* [9] *fato* [10] *deſignat iniquo,*
Qui [11] *primus Danaûm* [12] *Troada tangat humum.*
Infelix, quæ prima virum lugebit [13] *ademtum!*
Dî faciant, ne tu [14] *ſtrenuus eſſe velis!*
Inter mille rates tua ſit [15] *milleſima puppis,*
[16] *Jamque fatigatas ultima* [17] *verſet aquas.*
Hoc quoque præmoneo: de nave [18] *noviſſimus exi.*
[19] *Non eſt, quo properes, terra paterna tibi.*
[20] *Cum venies,* [21] *remoque move veloque carinam;*
Inque tuo celerem littore [22] *ſiſte* [23] *gradum.*
Sive [24] *latet Phœbus, ſeu terris altior extat;*
[25] *Tu mihi* [26] *luce* [27] *dolor, tu mihi nocte, venis.*
Nocte tamen, quam luce, [28] *magis.* [29] *nox grata puellis:*
[30] *Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet.*
[31] *Aucupor in lecto* [32] *mendaces* [33] *cælibe ſomnos.*

1 Pedis offenſionem. 2 Tacita, & mecum dixi. 3 Utinam hæc ſint ſigna, quòd maritus meus poſſit reverti à bello Trojano. 4 Dico. 5 Audax. 6 In nihilum, ut ſit vanus & irritus. 7 Oraculum. 8 Quendam. 9 Morti. 10 Deſtinat. 11 Primus ex Græcis. 12 Trojanam. 13 Ereptum ſibi. 14 Audax, & animoſus; ut velis primus exire in terram Trojanam. 15 Ultima ex mille navibus, quæ Trojam eat, tua ſit. Mille ergo, i. e. ultima: quod patet ex ſeq. verſu, quia inter mille, milleſimus dicitur ultimus, qui facit nomen numero millenario. De navibus autem, quæ Trojam petierunt, ut Helenam recuperarent, magna eſt ſcriptorum diſſenſio. Ovidius ipſe, cùm hic, tùm alibi, mille fuiſſe teſtatur, ut 12. Metam. *Conjurataque ſequuntur, Mille rates.* Dares autem Phrygius, ait fuiſſe CIↃ CXL. Homerus verò CIↃ CLXXXVI. 16 Jam commotas remis aliarum. 17 Moveat. 18 Ultimus ſis, qui de navi deſcendas. 19 Ordo eſt: *Terra non eſt tibi paterna*, i. e. patria, ſed hoſtilis, quò *properes*, i. e. properare debeas. 20 Cùm redibis in patriam. 21 Impelle remo & velo navem, i. e. utere remis & velis ad navigandum. 22 Fige, pone. 23 Greſſum, i. e. citò deſcende in littus tuum, cùm redibis. 24 Sub terris eſt, i. e. nocte. 25 Ego interdiu noctuque aſſiduis curis angor propter abſentiam tuam, & pericula tua. 26 Interdiu. 27 Me dolêre cogis. 28 Sc. autor. 29 Reddit rationem, quare major dolor ſit ei nocte, quam die: quia nox eſt aptiſſima voluptatibus puellarum. 30 Sub quarum collo mariti brachia tenere ſolent, & eas crebrò amplecti & oſculari. 31 Capio. 32 Falſos. 33 Viduo, ſine marito. *Cælebs* autem dicitur, qui, vel quæ conjugio non copulatur.

Dum

[1] *Dum careo veris, gaudia falſa [2] juvant.*
Sed tua cur nobis [3] pallens [4] occurrit imago?
[5] *Cur venit à verbis multa querela tuis?*
[6] *Excutior ſomno; [7] ſimulacraque noctis adoro.*
Nulla caret [8] fumo Theſſalis ara meo.
Thura damus, lacrymamque [9] ſuper; [10] qua [11] ſparſa [12] relucet,
Ut ſolet adfuſo [13] ſurgere flamma mero.
Quando ego, te reducem cupidis amplexa lacertis,
[14] *Languida [15] lætitia [16] ſolvar ab ipſa mea?*
Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno
[17] *Militiæ [18] referas ſplendida facta tuæ?*
Quæ mihi dum referes; quamvis audire [19] juvabit;
Multa tamen [20] capies oſcula, multa dabis.
Semper in [21] his [22] apte narrantia verba [23] reſiſtunt.
[24] *Promtior eſt [25] dulci lingua referre mora.*
Sed cum [26] Troja ſubit, ſubeunt ventique [27] fretumque;
Spes bona ſollicito victa timore [28] cadit.
Hoc quoque, quod venti prohibent [29] exire carinas,
Me [30] movet: [31] invitis ire paratis aquis.
[32] *Quis velit in patriam vento prohibente reverti?*
A patria pelago vela vetante datis.

1 Sc. gaudiis, i. e. dùm non habeo vera gaudia cum marito meo. 2 Delectant. 3 Mortua. 4 Apparet. 5 Cur videor audire, te multa conqueri. 6 Violenter excitor. 7 Umbras, quæ nocte apparent, ſupplicationibus placare nitor, ne me terreant. 8 Meo ſacrificio, i. e. in omnibus templis ejus Theſſaliæ regionis, quam tenemus, ſacrifico. 9 Thura. 10 Subintellige lacryma. 11 Madefacta, & aſperſa lachrymis. 12 Incenduntur. 13 Creſcere. Flamma enim vino ſuperfuſo major fieri ſolet. 14 Deficiens. 15 Ut enim nimio dolore, ita & nimia lætitia homines deficere ſolent, imò & plerumque mori. 16 Langueſcam, cadam. 17 Quam ad Trojam geſſiſti. 18 Narres: ut ſolent mariti à bellis reverſi. 19 Delectabit, & placebit. 20 A me. 2 Inter hæc, ſc. oſcula. 22 Convenienter, grate. 23 Remorantur, retardantur. 24 Paratior. 25 Grato ſpatio: quia recreata aliquantulum ſpatio oſculandi, promptior poſteà efficitur ad narrandum. 26 Pericula Trojani belli in mentem veniunt. 27 Per quod navigas, quod habet tot & tanta pericula. 28 Deficit. 29 Ex Aulide diſcedere. 30 Terret, & turbat me. 31 Contrariis, & vos prohibentibus. 32 Q. d. Nullus. Et eſt argumentum à majori ad minus. Si enim nemo contrariis ventis vellet redire in patriam ſuam, cujus quiſque cupidiſſimus eſt: quantò minùs deberetis ventis contrariis à patria veſtra diſcedere.

Ipſe

Ipſe ſuam non præbet iter Neptunus ad [1] urbem.
[2] Quo ruitis? veſtras quiſque redite domos.
Quo ruitis, Danaï? ventos [3] audite vetantes.
[4] Non ſubiti caſus, numinis [5] iſta mora [6] eſt.
Quid petitur tanto, niſi [7] turpis adultera, bello?
[8] Dum licet, [9] Inachiæ [10] vertite vela rates.
Sed quid ego revoco hæc? [11] omen revocantis [12] abeſto,
[13] Blandaque [14] compoſitas aura ſecundet aquas.
[15] Troaſin invideo. quæ ſi lacrymoſa [16] ſuorum
[17] Funera conſpicient, nec procul hoſtis erit;
Ipſa [18] ſuis manibus forti [19] nova nupta marito
Imponet galeam, [20] barbaraque arma dabit
Arma dabit: dumque arma dabit, [21] ſimul oſcula [22] ſumet.
Hoc genus [23] officii [24] dulce [25] duobus erit.
[26] Producetque virum; dabit & mandata [27] reverti:
Et dicet, [28] Referas iſta face arma [29] Jovi.
[30] Ille, [31] ferens dominæ mandata [32] recentia ſecum,
Pugnabit [33] caute, [34] reſpicietque domum.
[35] Exuet hæc [36] reduci clypeum, galeamque [37] reſolvet,
Excipietque ſuo [38] pectora laſſa [39] ſinu.
[40] Nos ſumus [41] incertæ: nos [42] anxius omnia cogit,

1 Trojam, quam Neptunus condidit. 2 Quò vaditis tam præcipites, & inconſiderati. 3 Sentite, & eis ne reſiſtite. 4 Non eſt fortuita, & ex aliquo ſubito caſu, ut vos fortaſſe putatis. 5 Quam nunc facitis in Aulide, cùm non poſſitis indè diſcedere. 6 Sc. *ſed eſt*, i. e. ſed divinæ voluntatis, ſeu Neptuni. 7 Inhoneſta. 8 Vobis. 9 Naves Græcæ. Nam Inachus regnavit Argis: undè Argivi nonnunquam Inachii dicuntur. 10 Redite in patriam. 11 Utinam nullum ſit malum omen ex revocatione mea. 12 Sit irritum. 13 Mitis, ſuavis. 14 Quietas. 15 Pro Troadibus, i. e. fortunæ Trojanorum. Dicit feliciores eſſe mulieres Trojanorum, contra quos geritur bellum, quam uxores Græcorum, qui gerunt ipſum bellum. 16 Maritorùm, vel parentum, & fratrum. 17 Cedes. 18 Propriis. 19 Quæ paulò antè marito nupſit. 20 Trojana. 21 Dando arma. 22 A marito. 23 Oſculandi. 24 Gratum. 25 Marito & uxori. 26 Procul ducet, & comitabitur. 27 Ut revertatur. 28 Reportes. 29 Solebant enim (ut ſuprà diximus) revertentes ex bello, arma ſua Diis ſuſpendere. 30 Maritus. 31 Habens. 32 Adhuc memoriæ inhærentia. 33 Sapienter, prudenter. 34 Habebit domeſticorum ſuorum rationem, & præſertim uxoris. 35 Ipſa uxor extrahet. 36 Reverſo incolumi 37 Removebit. 38 Mariti. 39 Gremio. 40 Græcæ. 41 Quid agatis: quia procul abſumus. 42 Q. d. Ex timore puto omnia accidere tibi, quæ poſſibile eſt accidere.

[1] Quæ poſſunt fieri, facta [2] putare timor.
Dum tamen arma geres [3] diverſo miles in orbe,
Quæ [4] referat vultus eſt mihi [5] cera tuos.
[6] Illi [7] blanditias, illi tibi debita [8] verba
Dicimus: amplexus [9] accipit illa meos.
Crede mihi; [10] plus eſt, [11] quam quod videatur [12] imago.
[13] Adde ſonum ceræ; [14] Proteſilaus erit.
Hanc [15] ſpecto, teneoque ſinu pro [16] conjuge vero:
Et tanquam poſſit verba referre, [17] queror.
Per [18] reditus, corpuſque tuum mea [19] numina juro;
Perque pares [20] animi [21] conjugiique faces.
Perque, quod ut videam canis albere [22] capillis,
Quod tecum poſſis [23] ipſe [24] referre caput;
[25] Me tibi venturam comitem, [26] quocumque vocaris:
[27] Sive, ([28] quod heu timeo!) ſive ſuperſtes eris.
[29] Ultima mandato claudetur epiſtola parvo.
Si tibi cura mei, [30] ſit tibi cura tui.

1 Quæ adverſa poſſunt contingere. 2 Putare eveniſſe tibi. 3 In diverſa & remota orbis parte, ſc. in Aſia, quæ ab Europa diverſa eſt: ubi bellum gerebatur à Græcis, qui Europæi ſunt. 4 Repræſentet. 5 Imago cerea. 6 Cereæ imagini. 7 Sicut tibi præſenti blandiremur. 8 Quæ tibi deberem dicere, ſi adeſſes: ſc. ô dulcis conjux, & ſimilia. 9 Eam amplexor, tanquam ſi tu ipſe eſſes. 10 Sc. mihi, i. e. plus voluptatis mihi adfert. 11 Quia non imago, ſed Proteſilaus videtur. 12 Illa cerea. 13 Si haberet vocem. 14 Videberis tu ipſe eſſe. 15 Cùm delectatione intueor. 16 Loco veri conjugis. 17 Apud eam. 18 Reverſiones. 19 Quod ego colo tanquam numen. 20 Per parem amorem. 21 Tedas, quæ in conjugio noſtro adfuerunt. 22 Quod utinam videam ſeneſcere. 23 Non alius. 24 Reportare. 25 Sc. juro. 26 Ad quæcunque pericula, aut felicitatem. 27 Voluit dicere, *morieris*. 28 Quam rem, ſc. ne moriaris. 29 Ultima pars epiſtolæ. 30 Serva te, & propter te ipſum, & propter uxorem.

EPISTOLA XIV.

ARGUMENTUM.

Danaus, Beli priſci filius, ex pluribus uxoribus 50. filias ſuſcepit: quas dum Ægyptus, ejus frater, cui totidem erant filii, poſtulaſſet in nurus, Danaus oraculi reſponſo comperto, ſe manibus generi moriturum, volens periculum evitare, conſcenſis navibus, Argos venit. Indignatus autem Ægyptus, eò quòd ſpretus eſſet, filios cum exercitu ad illum oppugnandum miſit., hac lege, ut non niſi interfecto Danao, ad ſe redirent, aut filiarum connubia inivisſent. Ille autem obſidione coactus, filias ſe daturum ſpopondit. Sed puellæ, accepto à patre gladio, ut juſſum erat, primâ nocte cùm vino lætitiaque calentes jüvenes altum dormirent, unaquæque ſuum jugulavit: ſolâ Hypermneſtrâ exceptâ, quæ Lynceo, marito ſuo, miſerta pepercit, ſuaſitque, ut ad patrem Ægyptum, detecto facinore, quam primum fugeret. Sed cùm pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexiſſet, præterquam ab Hypermneſtrâ, eam vinctam in carcere ſervavit.

HYPERMNESTRA LYNCEO.

[1] *Mittit Hypermneſtra de* [2] *tot* [3] *modo fratribus* [4] *uni:*
[5] *Cætera nuptarum crimine turba* [6] *jacet.*
[7] *Clauſa domo teneor, gravibuſque* [8] *coërcita* [9] *vinclis.*
Eſt mihi ſupplici; [10] *cauſa,* [11] *fuiſſe piam.*
Quod manus [12] *extimuit jugulo* [13] *dimittere ferrum,*
[14] *Sum rea.* [15] *laudarer, ſi* [16] *ſcelus auſa forem.*
Eſſe ream [17] *præſtat, quam* [18] *ſic placuiſſe parenti.*
Non piget [19] *immunes cædis habere manus.*
Me pater [20] *igne* [21] *licet,* [22] *quem non violavimus, urat;*
[23] *Quæque aderant* [24] *ſacris,* [25] *tendat in ora* [26] *faces;*
[27] *Aut illo jugulet, quem non* [28] *bene tradidit, enſe;*

1 Sc. epiſtolam. 2 De quinquaginta. 3 Paulò antè. 4 Soli. 5 Sc. fratrum tuorum, nempe 49. 6 Periit. 7 Sum in vincula conjecta. 8 Ligata, conſtricta. 9 Catenis. 10 Cauſa pœnæ. 11 Eſt propter pietatem pepercisſe tibi. 12 Non auſa eſt. 13 Te jugulare. 14 Accuſor. 15 A patre meo Danao. 16 Te interficiendi. 17 Melius eſt me à patre damnari. 18 Te interficiendo. 19 Vacuas, & liberas ab occiſione tua. 20 Nuptialibus facibus. 21 Quamvis. 22 Quem nullâ injuriâ, aut tuâ cæde non polluimus. 23 Sc. licet. 24 Quæ in nuptiis facta ſunt. Sacrificabant enim in nuptiis, faceſque conjugales his ſacris adhibebantur. 25 Immittat in faciem meam. 26 Quæ incenſæ erant. 27 Sc. licet. 28 Non juſte, neque honeſtè mihi tradidit ad interficiendum maritum meum.

Ut

Ut qua non [1] *cecidit vir nece, nupta cadam:*
Non tamen, ut dicant [2] *morientia,* [3] *Pœnitet, ora,*
Efficiet. non [4] *es, quam piget eſſe piam.*
Pœniteat [5] *ſceleris* [6] *Danaum* [7] *ſævaſque ſorores.*
Hic ſolet [8] *eventus facta* [9] *nefanda ſequi.*
Cor pavet [10] *admonitu* [11] *temeratæ ſanguine noctis;*
Et ſubitus dextræ [12] *præpedit* [13] *oſſa tremor.*
[14] *Quam tu cæde* [15] *putes fungi* [16] *potuiſſe maritâ,*
Scribere de facta [17] *non ſibi* [18] *cæde* [19] *timet.*
[20] *Sed tamen* [21] *experiar.* [22] *Modo facta* [23] *crepuſcula terris;*
Ultima pars noctis, primaque lucis erat:
Ducimur [24] *Inachides magni ſub tecta* [25] *Pelaſgi;*
Et [26] *ſocer* [27] *armatas accipit æde nurus.*
Undique collucent [28] *præcinctæ lampades auro.*
Dantur in [29] *invitos* [30] *impia thura focos.*
Vulgus, Hymen, [31] *Hymenæe, vocant:* [32] *fugit ille vocantes.*
[33] *Ipſa Jovis conjux* [34] *ceſſit ab* [35] *urbe ſua.*

1 Licet moriar eâ morte, quam maritus meus evaſit, non tamen efficiet. Pendet ſenſus uſque ad hunc locum. 2 Ora mei morientis. 3 Sc. facti. 4 Sc. Hypermneſtra. 5 Crudelitatis, quam mandavit. 6 Patrem meum. 7 Quæ perfecerunt crudelia mandata patris, i. e. quæ dormientes viros jugularunt. 8 Pœnitentiæ. 9 Crudelia. Nam nefandorum non piorum operum pœnitere ſolet. 10 Recordatione. 11 Pollutæ. 12 Impedit. 13 Digitos: quo fit, ut ſcribere non poſſim. 14 Dexteram. 15 Putet aliquis. 16 Potuiſſe interficere maritum. 17 Pro à ſe, i. e. quam non fecit. 18 De occiſione. 19 Sc. dextra mea. 20 Licet timeat. 21 Tentabo, & conabor ſcribere. 22 Vel paulò antè, vel tantummodò. 23 Crepuſculum eſt tempus illud, quo noctеſcere incipit, i. e. cùm neque lux, neque tenebræ ſunt, i. e. cùm dies an nox ſit, dubium eſt. 24 Proneptes Inachi. Nam Inachus genuit Io: ex ea, & Jove natus eſt Epaphus, ex Epapho Belus Priſcus, ex Belo Ægyptus & Danaus, cujus hæ ſunt 50. filiæ: ergo Inachides. 25 Jovis & Nobes filii. Is fuit rex, à quo populi, quibus imperabat, Pelaſgi dicti ſunt: qui poſteà Danai ſunt nominati. 26 Ægyptus. 27 Gladiis inſtructas, quos Danaus nobis dederat. Nam occultum ferebant gladium, à patre datum. 28 Auro ornatæ: ſicut in regalibus nuptiis mos erat. 29 Non libenter accipientes thura & ſacrificia. 30 Quæ ab impiis offerebantur. 31 Hæc vox celebratur in nuptiis & epithalamiis. Invocabatur enim Hymenæus, nuptiarum Deus. 32 Quia ad infauſtas nuptias non ſolet venire. 33 Juno, quæ conjugiis adeſſe ſolet. 34 Diſceſſit. 35 Ab Argis, ubi præcipuè colitur, & eo loco maximè delectatur: quia Argis nata eſſe dicitur.

Ecce [1] mero [2] dubii, comitum clamore [3] frequentes,
Flore novo [4] madidas [5] impediente comas.
In thalamos læti, [6] thalamos ſua buſta [7] feruntur;
[8] Strataque corporibus funere [9] digna premunt.
Jamque cibo vinoque [10] graves ſomnoque jacebant;
[11] Securumque quies [12] alta per [12] Argos erat:
Circum me gemitus morientum audire videbar:
Et tamen audibam; [13] quodque verebar, erat.
Sanguis abit; mentemque [14] calor corpuſque relinquit:
Inque novo jacui frigida facta toro.
Ut leni Zephyro [15] fragiles [16] vibrantur [17] ariſtæ;
Frigida [18] populeas ut quatit aura [19] comas;
Aut ſic, aut etiam tremui magis. [20] ipſe [21] jacebas:
Quæque tibi dederam vina, [22] ſoporis erant.
[23] Excuſſere metum violenti [24] juſſa parentis.
[25] Erigor; & capio [26] tela tremente manu.
Non [27] ego falſa loquar. [28] ter acutum ſuſtulit enſem,
Ter male [29] ſublato recidit enſe [30] manus.
([31] Admovi jugulo; ſine me tibi [32] vera fateri
Admovi jugulo [33] tela paterna tuo.)
Sed timor & [34] pietas [35] crudelibus obſtitit auſis:

1 Propter vinum, quod biberant. 2 Sc. ſponſi, i. e. ebrietate nutantes, & labantes. 3 Denſati & circumdati. 4 Unguento delibutas. 5 Ligante. 6 In thalamos, qui erant futuri buſta, i. e. ſepulchra eorum. 7 Eunt. 8 Jacent in lectis. 9 Quam nuptiis. 10 Gravati, & oppreſſi. 11 Profundus ſomnus. 12 Ubi nullus erat timor. Dicitur autem, hoc Argos, & hi Argi. 13 Quod timebam, ſc. cædes meorum patruelium. 14 Quia ex timore frigeſcimus. 15 Tenues. 16 Moventur. 17 Summitates ſegetum. 18 Populi arboris. 19 Frondes. 20 Tu. 21 Dormiebas. 22 Erant vina, quæ facerent ſoporem. 23 Tentavere metum 24 Id eſt, crudelis parentis, pro crudelia juſſa parentis: hypallage eſt, perinde enim eſt ratione verſus, ſive dicas, juſſa violenti parentis, ſive dicas, violenta juſſa parentis. Violentia ſeu crudelitas in eo conſiſtebat, quia mortem mihi minatus fuerat, niſi ego te interficerem. 25 E lecto ſcilicet, i. e. ſurgo. 26 Gladium incertum pro certo. 27 Id eſt, ne mentiar. 28 Id eſt, ter acutum ſtrinxit cultrum. 29 Id eſt, non fortiter elevato, vel *male*, non juſte contra maritum. 30 Id eſt, manus ſive ego retrolapſa ſum. 31 Id eſt appoſui. 32 Id eſt non falſa loquor. 33 Id eſt enſem, quem pater mihi dedit. Hoc diſtichon parentheſi incluſum à ſciolo quodam inſertum putatur. Reperitur adhuc aliud, ſed doctis neuter ſatisfacit: itaque utrumque expungendum cenſent. 34 Mea erga te. 35 Prohibuit, ne auderem interficere.

Caſta-

Caſtaque [1] mandatum [2] dextra refugit opus.
Purpureos laniata [3] ſinus, laniata capillos,
[4] Exiguo dixi talia verba [5] ſono:
[6] Sævus, Hypermneſtra, pater eſt tibi. juſſa parentis
[7] Effice. [8] germanis ſit comes [9] iſte ſuis.
Fœmina ſum & virgo, natura mitis & annis.
Non faciunt [10] molles ad fera tela manus.
Quin age, dumque [11] jacet, [12] fortes imitare ſorores.
Credibile eſt cæſos omnibus eſſe viros.
Si manus [13] hæc aliquam poſſet committere cædem,
[14] Morte foret dominæ ſanguinolenta ſuæ.
Quo meruere necem [15] patruelia regna tenendo.
Quæ tamen externis danda forent [16] generis?
Finge viros meruiſſe mori: [17] quid fecimus ipſæ?
Quo mihi [18] commiſſo non licet eſſe piæ?
Quid mihi cum ferro? quo [19] bellica tela [20] puellæ?
Aptior eſt digitis [21] lana coluſque meis.
[22] Hæc ego: dumque queror, [23] lacrymæ ſua verba ſequuntur,
Deque meis oculis in [24] tua membra cadunt.
Dum petis [25] amplexus, ſopitaque brachia [26] jactas;
[27] Pæne manus telo ſaucia [28] facta tua eſt.
Jamque patrem, [29] famuloſque patris, [30] lucemque timebam.
[31] Expulerunt ſomnos hæc mea dicta tuos:
Surge age, [32] Belide, de tot modo fratribus unus:
Nox tibi, ni properas, iſta [33] perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis [34] inertia ſomni.
' Aſpicis in timida [35] fortia tela manu.

1 A patre meo. 2 Mea. 3 Veſtes. 4 Tenui, ne audirer. 5 Voce. 6 Hæc verba ſecum dicit. 7 Niſi morte puniri velis. 8 Interficiatur, ſicut alii fratres ſui. 9 Lynceus. 10 Muliebres. 11 Somno preſſus jacet. 12 Animoſas. 13 Sc. mea. 14 Me ipſam potiùs inte ficerem, quam Lynceum. 15 Regna patrui. 16 Peregrinis: quia Danaus non habet filios maſculos. 17 Nos quid peccavimus, quare debeamus fieri homicidæ? 18 Peccato. 19 Quæ bello conveniunt. 20 Sc. faciunt? 21 Quia hæc conveniunt mulieribus. 22 Mecum dixi. 23 Inter loquendum affatim flebam. 24 Quia incumbebam corpori tuo. 25 Dum vis me amplecti. 26 Moves in ſomnis. 27 Ferè. 28 Vulnerata. 29 Satellites, & apparitores. 30 Quæ appropinquabat. 31 Expergefecerant te. 32 Lynceu, Beli nepos. 33 Perpetua, i. e. morieris. 34 Pigritia. 35 Enſem, qui ſolet eſſe telum fortium.

[1] Quærenti cauſam, Dum nox [2] ſinit, effuge dixi.
Dum nox atra ſinit, tu fugis: [3] ipſa [4] moror.
Mane erat: & Danaus generos ex cæde [5] jacentes
Dinumerat. [6] Summæ criminis [7] unus [8] abes.
Fert [9] male [10] cognatæ [11] jacturam mortis in uno;
Et queritur facti ſanguinis [12] eſſe parum.
Abſtrahor à patriis pedibus; [13] raptamque capillis
([14] Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet [15] ex illo [16] Junonia permanet ira;
Quo [17] bos ex homine eſt, ex bove [18] facta Dea.
At ſatis eſt pœnæ teneram [19] mugiſſe puellam:
[20] Nec modo formoſam [21] poſſe placere Jovi.
Adſtitit in ripa [22] liquidi nova vacca parentis,
[23] Cornuaque in patriis non ſua vidit aquis:
Conatoque queri [24] mugitus edidit ore:
Territaque eſt [25] forma, territa [26] voce ſua.
Quid furis, infelix? quid te miraris in umbra?
Quid [27] numeras factos ad nova membra pedes?

1 Sc. tibi, i. e. cùm interrogares, cur eſſet tibi fugiendum. 2 Permittit. 3 Ego. 4 Maneo. 5 Mortuos. 6 Numero & complemento cædis: quia ſi tu fuiſſes interfectus, omnes fuiſſent interfecti, ſc. 50. 7 Solus. 8 Dees. 9 Iniquè. 10 Conſanguineæ. 11 Damnum, i. e. ægrè fert, te ſolum non fuiſſe interfectum, & defuiſſe morti aliorum. 12 Queritur parùm ſanguinis fuſum eſſe, quòd tu ſolus numero aberas. 13 Ego rapta capillis, in carcere cuſtodior. 14 Talia. 15 Tempore 16 Juno Argivis puellis irata eſt. 17 Io, quæ erat juvenca. 18 Quia poſteà in Deam mutata eſt. Io autem Inachi filia fuit pulcherrima: quæ à Jove amata, cùm ejus preces ſperneret, ſubitâ nube tecta, compreſſa eſt. Et ne puella à Junone, quæ adulteria Jovis obſervabat, deprehenderetur, in vaccam mutata eſt. Quam fraudem Juno cùm intellexiſſet, petiit eam vaccam ſibi dono dari. Jupiter veritus, ne negando puellam proderet, invitus ei tradidit. Juno, ne unquam pellex ejus cum marito concumbere poſſet, Argo, Ariſtoris filio, centum oculos habenti, ſervandam tradidit. Quo à Mercurio in ſoporem canendo inducto, & interfecto, oculi ejus in caudam pavonis mutati ſunt. Io cum à Junone, ob interfectum Argum indignatâ, furiis exagitaretur, maximâ orbis terrarum parte pererratâ, tandem in Ægyptum delata, rurſus in humanam formam redacta, pro Dea ab Ægyptiis culta eſt, quam Iſidem appellant. Metam. 1. 19 Factam fuiſſe vaccam. 20 Ordo eſt: Et eſt ſatis pœnæ, illam modò formoſam, i. e. quæ paulò antè erat pulchra. 21 Propter formam pecudis. 22 Inachi fluvii, cui Inachus pater nomen dedit. 23 Aliena, & non ſibi convenientia: quia ſunt belluarum, & non hominum. 24 Bovinas voces. 25 Figura, i. e. Cùm ſe videret, ſua effigie terrebatur. 26 Sono. 27 Quia ſunt quatuor.

[1] Illa Jovis magni [2] pellex [3] metuenda [4] ſorori,
[5] Fronde [6] levas nimiam [7] ceſpitibuſque famem.
Fonte bibis, ſpectaſque tuam [8] ſtupefacta figuram:
Et te ne feriant, quæ geris, [9] arma times.
[10] Quæque modo, ut poſſis etiam Jove digna videri,
Dives eras; [11] nuda nuda [12] recumbis [13] humo.
Per mare, per terras, [14] cognataque flumina curris.
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi cauſa fugæ? quid Io freta longa [15] pererras?
Non poteris [16] vultus effugere ipſa tuos.
[17] Inachi, quo properas? [18] eadem ſequeriſque fugiſque.
Tu tibi dux [19] comiti: tu comes ipſa duci.
Per ſeptem [20] Nilus portus emiſſus in æquor
[21] Exuit [22] inſanæ pellicis [23] ora [24] bovis.
[25] Ultima quid referam, [26] quorum mihi [27] cana ſenectus
Auctor? dant [28] anni [29] quod querar, ecce, mei.
Bella [30] pater [31] patruuſque gerunt: regnoque domoque
[32] Pellimur. [33] ejectos [34] ultimus orbis habet.
[35] Ille ferox [36] ſolus ſolio [37] ſceptroque potitur:
[38] Cum ſene nos inopi turba [39] vagamur inops.

1 Tu. 2 Sc. antè. 3 Ne propter pulchritudinem tuam ei te præponeret. 4 Junoni, quæ eſt & ſoror, & conjux Jovis. 5 Pro frondibus arborum. 6 Minuis. 7 Herbis. Nam *ceſpes* propriè eſt terra cum herbâ revulſa: ſed hic pro herba accipitur. 8 Territa. 9 Cornua, quibus boves armati ſunt. 10 Et tu, quæ eras tam dives & delitioſa, ut poſſes æſtimari Jove digna. 11 Sine veſtibus. 12 Jaces. 13 Durâ, vel ſine ſtramine. 14 Quæ ſunt tibi cognatione conjuncta propter patrem tuum, qui eſt fluvius: indè ducens originem, undè & ipſa flumina. 15 Percurris. 16 Bovinos, qui te terrent: quia quocunque fugis, te ſequuntur. 17 Io, Inachi filia. 18 Ipſa es, quæ ſequeris, & ipſa, quæ fugis: nam licet credas te fugere vaccam, una tamen eademque es. 19 Sc. tibi, i. e. te ipſam præcedis, te ipſam comitaris. 20 Ægypti fluvius, in mare per ſeptem oſtia influens. 21 Depoſuit, abſtulit. 22 Furentis, i. e. verſa eſt in priſtinam formam, & appellata eſt Iſis. 23 Faciem. 24 Vaccæ. 25 Quæ à noſtra memoria ſunt remotiſſima. 26 Ultimorum. 27 Quæ ab antiquis audivi. 28 Sæcula mea, quibus nata ſum, & vixi. 29 Dant mihi materiam querendi. 30 Danaus. 31 Ægyptus; qui ambo de Argivorum regno contendebant. 32 Pater, & nos filiæ. 33 E regno expulſas. 34 Ultima pars orbis: quia venimus in remotiſſimas regiones. 35 Ægyptus, patruus meus, qui, pulſo fratre Danao, Ægypti regnum occupavit. 36 Sede regiâ. 37 Imperio. 38 Danao: qui cùm filiabus & claſſe diſcedens ex Ægypto, Argivorum regno potitus eſt. 39 In alienis terris erramus.

[1] De [2] fratrum populo pars [3] exiguiſſima reſtas.
[4] Quique dati leto, quæque dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem [5] periere ſorores.
Accipiat lacrymas [6] utraque turba meas.
[7] En ego, [8] quod [9] vivis, pœnæ crucianda [10] reſervor.
[11] Quid fiet [12] ſonti, [13] cum rea [14] laudis agar?
Et conſanguineæ [15] quondam centeſima turbæ
Infelix, uno fratre [16] manente, [17] cadam.
At tu, ſi [18] qua [19] piæ, Lynceu, tibi cura [20] ſororis,
[21] Quæque tibi tribui [22] munera, [23] dignus habes;
Vel [24] fer opem: vel dede neci: [25] defunctaque vitæ
Corpora [26] furtivis inſuper adde rogis.
Et ſepeli [27] lacrymis [28] perfuſa fidelibus oſſa.
[29] Scriptaque ſint [30] titulo noſtra ſepulcra brevi.
[31] Exul Hypermneſtra [32] pretium [33] pietatis iniquum,
Quam mortem [34] fratri depulit, [35] ipſa tulit.
Scribere plura [36] libet: ſed pondere [37] laſſa [38] catenæ
Eſt manus; & [39] vires [40] ſubtrahit ipſe [41] timor.

1 Ex 50. patruelibus. 2 Minima: quia unus tantum eorum ſuperſtes erat. 3 Conſanguinei. 4 Doleo & propter eos, qui interfecti ſunt, & propter eas, quæ interfecerunt. 5 Amiſſæ ſunt: quia licet vivant, non tamen eas habebo ſorores. 6 Et interfectorum, & interfectricum. 7 Ecce. 8 Quia. 9 Quia tibi peperci. 10 Ad pœnam. 11 Q. d. multò crudeliùs. 12 Nocenti. 13 Cùm accuſer de eo, de quo laudem mereor. 14 Quòd dignum laude facinus geſſerimus, ſum data in cuſtodiam. 15 Quia cùm vos eſſetis 50. fratres, & nos 50. ſorores, eram quinquageſima. 16 Superſtite. 17 Moriar. 18 Si quis amor. 19 Quæ te amavit. 20 Patruelis, conſanguineæ. 21 Sc. ſi tu. 22 Id eſt, vitam. 23 Si mereris. 24 Me ex hac miſeria auferas. 25 Mortua. 26 Occultis, i. e. clam me comburas, ne reſciſcat pater. 27 Sc. tuis. 28 Rigata. 29 Inciſa, inſcripta. 30 Epitaphio, epigrammate. 31 Patria expulſa in alienum orbem. 32 Appoſitio eſt, i. e. injuſtam remunerationem. 33 Quia non merebar mortem. 34 Quam à fratre removit, i. e. extincta eſt, quoniam fratrem amore ſervavit. 35 Paſſa eſt. 36 Eſt animus. 37 Fatigata. 38 Quia pater meus juſſit me ligari. 39 Scribendi. 40 Aufert. 41 Patris mei.

EPISTOLA XV.

ARGUMENTUM.

Cùm Phaon in Siciliam fortè diſceſſiſſet, Sappho amoris ignibus incenſa, ſe ab illo ſperni timens, ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire, demiſſo in mare corpore, ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illùc accedat, per inconſtantiam muliebrem tentans quod deſperaverat, hac epiſtolâ eum advocare ſtudet: faciens abſenti invidiam ſuæ conditionis & calamitatis, quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit. Denique omnes miſericordiæ angulos excurrit, nec aliquid, quod moveat, prætermittit. Nullâ autem in epiſtolâ mitiores ac laſciviores animi affectus exprimuntur, quam in hac, eò quòd ſuprà muliebrem conditionem in amores exarſerit Sappho.

SAPPHO PHAONI.

Ecquid, ut inſpecta eſt [1] ſtudioſæ littera dextræ,
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?
An, niſi legiſſes auctoris nomina [2] Sapphus,
Hoc breve neſcires unde movetur opus?
Forſitan & quare mea ſint [3] alterna requiras
Carmina; cum lyricis ſim magis apta modis.
[4] Flendus amor meus eſt: [5] elegeïa flebile carmen.
[6] Non facit ad lacrymas [7] barbitos ulla meas.
Uror, ut, indomitis ignem [8] exercentibus Euris,
[9] Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

1 Doctæ, literis eruditæ. Cùm videres characteres tam ſtudioſè & doctè formatos, an cognoviſti eſſe epiſtolam à me? 2 Id eſt, niſi legiſſes me eſſe eam, quæ mitteret epiſtolam (nam ita ſcripta erat, *Sappho Phaoni*) penitùs ignorabas, à quo mitteretur. Autor non eſt, qui tantum facit; ſed qui princeps eſt, & primus jubet, ut aliquid fiat. 3 Elegiaca: nam alternis numeris ſuccedunt Heroïcis ſive Hexametris. Inſtituti Elegi primùm deflendo deſiderio mortuorum: mox ad amores traducti. Sed nomen tamen retinuerunt à miſerabili cantu: nam ἐλεεῖν, eſt miſerari Lyricis modis. 4 Rationem adfert, quare à Lyricis ad Elegos tranſierit: ait enim argumento operis ſe impelli. Poſſem, inquit, Lyricis amores etiam includere: ſed lachrymis non convenit, quibus Elegia manare ſolet. 5 Tu fortaſſe quæris, quare ſcribam Elegos: amor meus deflendus eſt. Elegeïa eſt carmen flebile: propterea nunc mihi magis convenit, quam Lyricum. Unde alibi: *Flebilis indignos Elegeïa*, &c. 6 Non ſatis eſt, non convenit. 7 Ullum carmen Lyricum. Barbitos enim eſt genus citharæ lyricæ, vel ipſa lyra. 8 Diverſas in partes jactantibus. 9 Plenus ſegete,

Arva Phaon [1] *celebrat* [2] *diverſa* [3] *Typhoïdos* [4] *Ætnæ.*
Me calor Ætnæo non minor igne coquit.
Nec mihi, diſpoſitis quæ [5] *jungam carmina nervis,*
Proveniunt; [6] *vacuæ carmina mentis opus.*
Nec me [7] *Pyrrhiades* [8] *Methymniadeſve puellæ,*
Nec me [9] *Lesbiadum cætera turba* [10] *juvant.*
[11] *Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno:*
Non oculis grata eſt Atthis, ut ante, meis.
Atque [12] *aliæ centum, quas non ſine* [13] *crimine amavi.*
[14] *Improbe, multarum* [15] *quod fuit,* [16] *unus habes.*
Eſt in te facies, ſunt apti luſibus anni.
O facies oculis inſidioſa meis!
Sume [17] *fidem &* [18] *pharetram; fies manifeſtus* [19] *Apollo.*
Accedant capiti cornua; Bacchus eris.
Et [20] *Phœbus* [21] *Daphnen, &* [22] *Gnoſida Bacchus amavit.*
Nec norat [23] *Lyricos* [24] *illa vel illa modos.*

1 Tenet, & colit, diuque immoratur. Q. d. Phaon diu in extrema regione, quæ remota eſt à Lesbo, verſatur, ſc. in Sicilia, ubi eſt Ætna mons perpetuo incendio notus. 2 Remota. 3 Sub quo Tiphœus gigas à Jove fulmine ictus eſt. 4 Siciliæ montis. 5 Cum ſono citharæ. 6 Tranquillæ, non amore correptæ. 7 Id eſt Sappho, à Pyrrha, quæ urbs eſt in Lesbo. 8 Sic dictæ ab urbe Methymna, quæ itidem eſt urbs Lesbi. 9 Id eſt Sapphus populares. Senſus eſt; Nec me Sappho, nec ejus ſorores; nec conterraneæ ejus. 10 Id eſt delectant, exhilarant. Quædam Exemplaria, loco Pyrrhiades habent Pierides earumque turbam. 11 Ingenue hic fatetur, ſe impudicè amaſſe nonnullas: quarum tres & nominantur: Anactorie, Cydno, & Atthis. 12 Id eſt, multæ puellæ Lesbiæ. 13 Sine criminatione, & reprehenſione. 14 Qui non contentus es tanto amore meo. 15 Id eſt, affectus meos amatorios, quos in multas puellas diſpenſaveram, pudicè alias, alias impudicè amando, in te unum contuli: & quod multis ſatis erat, tibi uni eſſe non potuit. 16 Solus poſſides. 17 Citharam. Fides autem propriè citharæ nervos ſeu chordas ſignificat: ſed hic pro cithara accipitur. 18 Sagittarum thecam. Hinc *pharetratus*, qui pharetram fert. 19 Nam hæc duo Apollinis inſignia ſunt. 20 Q. d. Et ſi formæ dignitate accedas ad Apollinem & Bacchum, tamen non ſum à te ſpernenda. Nam uterque Deus puellam amavit me inferiorem. 21 Daphne Penei fluvii filia fuit: quam ne per vim Apollo vitiaret, Jupiter in laurum convertit. Quæ arbor idcircò Apollini grata eſſe exiſtimatur: quod (ut ſcribit Plin.) in Parnaſſo monte, ſpectatiſſimè vireat. 22 Ariadnen. Gnoſius autem urbs eſt Cretæ, regia Minoïs, patris Ariadnes, quæ rapta eſt à Theſeo, & poſteà à Baccho adamata. 23 Lyricas menſuras, quas Muſici inter canendum obſervant. Lyricus, a, um, quod ad lyram pertinet. Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad lyram carmina ſua decantarent. 24 Nec Daphne, nec Ariadne.

At mihi [1] *Pegaſides blandiſſima carmina dictant :*
Jam [2] *canitur toto nomen in orbe meum.*
Nec plus [3] *Alcæus ,* [4] *conſors patriæque* [5] *lyræque ,*
Laudis habet : quamvis [6] *grandius ille ſonet.*
Si mihi difficilis formam natura negavit ;
Ingenio formæ damna rependo meæ.
[7] *Sum brevis. at nomen , quod terras impleat omnes ,*
Eſt mihi : menſuram nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum ; placuit Cephëia Perſeo
[8] *Andromede ,* [9] *patriæ* [10] *fuſca colore ſuæ.*
Et [11] *variis albæ junguntur ſæpe columbæ :*
Et niger à [12] *viridi turtur amatur ave.*
Si , niſi quæ facie poterit te digna videri ,
[13] *Nulla futura tua eſt ; nulla futura tua eſt.*
At , me cum legeres , etiam formoſa videbar.
Unam jurabas uſque decere loqui.
Cantabam ; memini. (meminerunt omnia amantes)
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoque laudabas : omnique à parte placebam.
Sed tum præcipue , cum fit Amoris opus.
Tunc te plus ſolito laſcivia noſtra juvabat ,
Crebraque mobilitas , aptaque verba joco ;
Quique , ubi jam amborum fuerat confuſa voluptas ,
Plurimus in laſſo corpore languor erat.

1 Muſæ, ἀπὸ τῆς πηγῆς, i. e. à fonte, numini illarum ſacro, quem Pegaſus ictu ungulæ aperuiſſe fingitur. 2 Celebratur. 3 Poëta Lyricus. 4 Nam & ipſe Mitylenæus fuit. 5 Et ipſe Lyricus fuit. 6 Nam magnificus fuit eloquentiâ, & grandiloquus. 7 Opponit hic inter ſe ſtaturam corporis & famam : dicito ſe brevitatem corporis famæ celebritate extendere. 8 Andromede Cephei, Æthiopum regis, filia, à Perſeo amata eſt : & ipſa liberata, nullis precibus parentum retineri potuit, quò minùs Perſeum liberatorem ſequeretur. 9 Æthiopiæ. 10 Fuſcus eſt color ſubniger. 11 Avibus, ut columbæ pavonibus, turtures pſittacis, merculæ turdis. Hic autem per *varias aves* intelligit pavones, quòd colorum varietate diſtincti ſint. 12 A Pſittaco, qui ex India mittitur, viridis toto corpore. 13 Prior hujus verſus pars ſub conditione profertur; altera ſub affirmatione. Si (inquie) nulla tua eſt futura, i. e. nullam amabis, niſi quæ facie, i. e. præſtantiâ formæ, poterit videri digna te, i. e. convenire formæ tuæ : nulla tua eſt futura, affirmando negat, i. e. nullam omnino amabis: nulla enim tam formoſa eſt, quam tu.

Nunc tibi [1] Sicelides veniunt nova præda puellæ.
[2] Quid mihi cum Leſbo? Sicelis eſſe volo.
At vos [3] erronem [4] tellure [5] remittite noſtrum
[6] Niſiades matres, Niſiadeſque nurus.
[7] Neu vos decipiant blandæ mendacia linguæ.
Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.
Tu quoque quæ montes celebras, [8] Erycina, Sicanos,
(Nam tua ſum) [9] vati conſule, Diva, tuæ.
[10] An gravis incæptum peragit Fortuna [11] tenorem,
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi [12] natales ierant; cum [13] lecta parentis
Ante diem lacrymas oſſa [14] bibere meas.
[15] Arſit inops frater victus meretricis amore;
Miſtaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus [16] inops agili peragit freta cærula remo;
Quaſque [17] male amiſit, nunc [18] male quærit opes.
Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanquam deſint, quæ me ſine fine fatigent,
Accumulat curas [19] filia parva meas.
Ultima tu noſtris accedis cauſa querelis.
Non [20] agitur [21] vento noſtra carina ſuo.
Ecce, jacent collo ſparſi [22] ſine lege capilli:
[23] Nec premit articulos lucida gemma meos.

1 Siculæ, in Sicilia natæ: à nom. *Sicelis.* 2 Fingit Sappho Phaonem ita loquentem. 3 Incertis ſedibus vagantem, ſc. Phaonem. 4 Siculâ, ubi Phaon commoratur. 5 Excludite. 6 Siculæ mulieres. 7 Cauſam reddit, cur Phaon à Siculis mulieribus recipiendus non ſit. 8 Venus, ab Eryco, Siciliæ monte, in quo religioſiſſime colebatur. 9 Mihi, Sapphoni, quæ vates ſum. 10 Nimirum in hanc calamitatem delapſa ſum: quoniam fati tenor, & ſeries, quæ mala in me eſſe cœpit, non deſinit. 11 Ordinem, continuationem. 12 Anni. A ſexto anno per mala, tanquam per articulos producta ſum. Natales autem ſunt anni, quia tot dies natales celebrantur, quot aguntur anni. 13 Collecta. Colligebantur enim oſſa, i. e. cineres, cùm flamma rogi ſubſediſſet. 14 Madefacta ſunt lachrymis meis. 15 Sappho tres fratres habuit, Larychum, Eurigium, Charaxum; qui Rhodopem meretricem amavit. 16 Poſtquam meretricem grandi pecunia in libertatem redemiſſet. 17 Turpiter, & per infamiam dilapidavit meretriculæ cauſa. 18 Magno periculo, & incommodis, ſc. piraticam exercendo. 19 Cleis filia. 20 Impellitur. 21 Adverſo vento. 22 Incompti, & ſine ordine. 23 Annulum etiam depoſui.

Veſte tegor vili: nullum eſt in crinibus aurum:
Non Arabo noſter [1] rore capillus olet.
Cui colar infelix, aut cui placuiſſe laborem?
Ille mei cultus unicus auctor abeſt.
Molle meum levibus cor eſt violabile telis:
Et ſemper cauſa eſt, cur ego ſemper amem.
Sive ita naſcenti legem dixere [2] ſorores;
Nec data ſunt vitæ [3] fila [4] ſevera meæ;
Sive [5] abeunt ſtudia in mores, arteſque magiſtræ;
Ingenium nobis molle [6] Thalia facit.
Quid mirum, primæ ſi me lanuginis ætas
[7] Abſtulit, atque anni, quos vir amare poteſt?
Hunc ne pro Cephalo [8] raperes, Aurora, timebam.
Et faceres: ſed te prima rapina tenet.
[9] Hunc ſi conſpiciat, quæ conſpicit omnia, [10] Phœbe;
[11] Juſſus erit ſomnos continuare Phaon.
[12] Hunc Venus in cœlum curru vexiſſet [13] eburno;
Sed videt & Marti poſſe placere ſuo.
O nec adhuc juvenis, nec jam puer; utilis ætas!
O decus, atque ævi gloria magna tui!
Huc ades: inque ſinus formoſe relabere noſtros.
Non ut ames oro, verum ut amare ſinas.
Scribimus, & lacrymis oculi [14] rorantur obortis.
Aſpice, quam ſit in hoc [15] multa litura [16] loco.
Si tam certus eras hinc ire, modeſtius iſſes;
Et modo dixiſſes; Lesbi puella, vale.
Non tecum lacrymas, non oſcula ſumma tuliſti.

1 Myrrham Arabicam. 2 Parcæ, quæ tres ſunt, Lacheſis, Atropos, & Clotho. 3 Alluſio eſt ad Parcas, quæ vitam humanam nere dicuntur. 4 Pertinacia. 5 Sive formamus mores ſtudiis, in quibus verſamur. 6 Studium Poëtices. 7 Rapuit allectam in amorem, dejecitque mentem & conſilium. 8 Nam Aurora Cephalum, cujus amore capta eſt, rapuit, abduxitque per auras. Ea deſerta, ad Procrin eſt reverſus, quam inſcius interfecit. 9 Alludit ad fabulam Endymionis, qui quoniam primus curſum Lunæ deprehendit, dictus eſt dilectus fuiſſe à Luna, quem dormientem oſculata eſt. 10 Luna. 11 Curabit enim Luna, ut ſemper dormiat Phaon, qui formoſior eſt, ut hunc oſculetur. 12 Phaonem. 13 Argenteum currum tribunnt Lunæ Poëtæ, quia illi argentum dicatum eſt: eburneum Veneri. 14 Guttis humectantur. 15 Quantum macularum. 16 Hac parte epiſtolæ, quæ obliterata eſt manantibus lachrymis.

Deni-

Denique non timui, [1] quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt, niſi tantum [2] injuria: [3] nec te
Admonuit, quod tu pignus [4] amantis habes.
Non mandata dedi. neque enim mandata dediſſem
Ulla, niſi, ut nolles immemor eſſe mei.
Per tibi, qui nunquam longe diſcedat, Amorem,
Perque novem juro numina noſtra [5] Deas!
Cum mihi neſcio quis, Fugiunt tua gaudia, dixit?
Nec me flere diu, nec potuiſſe loqui.
Et lacrymæ deerant oculis, & lingua palato.
Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquam ſe dolor invenit; nec pectora plangi,
Nec puduit ſciſſis [6] exululare [7] comis.
Non aliter, quam ſi gnati [8] pia mater [9] ademti
Portet ad exſtructos [10] corpus inane rogos.
Gaudet, & è noſtro [11] creſcit mœrore Charaxus
Frater; & ante oculos itque reditque meos.
Utque pudenda mei videatur cauſa doloris;
[12] *Quid dolet hæc? certe filia vivit, ait.*
Non [13] veniunt in idem pudor atque amor. omne [14] videbat
Vulgus; eram lacero pectus aperta ſinu.
[15] *Tu mihi cura, Phaon: te ſomnia noſtra reducunt;*
Somnia formoſo candidiora die.
[16] *Illic te invenio; quanquam regionibus abſis.*
Sed non longa [17] ſatis gaudia ſomnus habet.
Sæpe tuos noſtra cervice onerare lacertos,
Sæpe tuæ videor ſuppoſuiſſe meos.

1 Non timui diſceſſum tuum, ob quem eram dolitura. 2 Quòd me deſeruiſti. 3 Sed nec tu reliquiſti mihi aliquid diſcedens, præter injuriam, quâ ſum deſerta: nec à nobis accepiſti, quòd te admonere poſſit mei abſentis. 4 Mei munus, quod habes: nullum enim munus accepiſti. 5 Novem Muſas, Jovis filias ex Mnemoſyna quarum princeps eſt Calliope. 6 Valde ululare, i. e. flebilem & mœſtum ſonum edere, luporum more. 7 Capillis. 8 Quæ unicè filium amavit. 9 Mortui. 10 Cadaver, vacuum animâ. 11 Sumit animos. 12 Verba Charaxi, inſultantis ſorori, & acerbè objurgantis amoris turpitudinem. 13 Idem non poteſt pudoris habere rationem, & dare operam amori. 14 Sc. me: & tamen ego negligebam: non enim poteram ſervire pudori, cùm tam perditè amarem. 15 Q. d. Negligo omnes, nec me eorum pudet: tui enim amoris legibus indulgeo Phaon. 16 In ſomnis ſaltem te amplector. 17 Nam ſtatim expergiſcor.

Blandior interdum, veriſque ſimillima verba
Eloquor: & [1] *vigilant ſenſibus ora meis.*
Oſcula cognoſco, quæ tu committere linguæ,
Aptaque conſueras accipere, apta dare.
Ulteriora pudet narrare: ſed omnia fiunt.
Et juvat, & ſine te non libet eſſe mihi.
At cum ſe [2] *Titan oſtendit, & omnia ſecum;*
Tam citò me ſomnos [3] *deſtituiſſe queror.*
Antra nemuſque peto; tanquam nemus antraque [4] *proſint.*
Conſcia deliciis illa fuere tuis.
Illuc mentis [5] *inops, ut quam furialis* [6] *Erichtho*
Impulit, in collo crine jacente, feror.
Antra vident oculi [7] *ſcabro* [8] *pendentia* [9] *tofo,*
Quæ mihi [10] *Mygdonii marmoris* [11] *inſtar erant.*
Invenio ſilvam, quæ ſæpe cubilia nobis
Præbuit, & multa texit opaca [12] *coma:*
At non invenio dominum ſilvæque meumque.
Vile ſolum locus eſt: [13] *dos erat ille loci.*
Agnovi preſſas noti mihi ceſpitis herbas:
De noſtro curvum pondere gramen erat.
Incubui; tetigique locum, qua parte fuiſti.
Grata prius lacrymas combibit herba meas.
Quin etiam rami [14] *poſitis lugere videntur*
Frondibus; & nullæ [15] *dulce queruntur aves.*
[16] *Sola virum non* [17] *ulta piè mæſtiſſima mater*
Concinit Iſmarium [18] *Daulias ales Ityn.*
Ales Ityn, Sappho deſertos cantat amores.
[19] *Hactenus; ut media cætera nocte ſilent.*

1 Non aliter loquor, & exprimo, quod ſentio, quam ſi vigilarem: nam reliquâ corporis parte ſopitâ, os vigilat ad verba exprimenda. 2 Sol. 3 Reliquiſſe. 4 Lenire poſſint deſiderium meum. 5 Amens. 6 Maga, incantatione potentiſſima. 7 Aſpero, non levi. 8 Sublimia. 9 Lapide aſpero, qui facilè in arenam reſolvitur. 10 Phrygii, quod pretii magni erat. 11 Non minoris pretii apud me erant. 12 Multis frondibus. 13 Pretium. 14 Depoſitis. 15 Suaviter. 16 Q. d. Reliquæ aves ſilent, ſola philomela conqueritur, dolens, quòd virum Tereum non potiùs interfecerit, quam Ityn filium. 17 Quòd potiùs non interfecerit Tereum maritum, quam Ityn filium. 18 Philomela. Daulium autem oppidum appellatum eſt à denſitate arborum: nam δαῦλον denſum ſignificat. 19 Uſque ad mediam noctem, donec omnia ſilent.

Eſt nitidus, vitroque magis perlucidus omni,
Fons ſacer: hunc multi [1] *numen habere putant.*
Quem ſupra ramos expandit [2] *aquatica* [3] *lotos,*
[4] *Una nemus: tenero ceſpite terra viret.*
Hic ego cum laſſos poſuiſſem fletibus artus,
Conſtitit ante oculos [5] *Naïas una meos.*
Conſtitit, & dixit, Quoniam non ignibus æquis
Ureris, [6] *Ambracias terra petenda tibi.*
[7] *Phœbus ab excelſo, quantum patet, aſpicit æquor:*
Actiacum populi Leucadiumque vocant.
[8] *Hinc ſe Deucalion Pyrrhæ ſuccenſus amore*
Miſit, & illæſo corpore preſſit aquas.
[9] *Nec mora: verſus Amor tetigit lentiſſima Pyrrhæ*
Pectora; Deucalion igne levatus erat.
Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam
Leucada: nec ſaxo deſiluiſſe time.
Ut monuit; [10] *cum voce abiit. ego frigida ſurgo:*
Nec gravidæ lacrymas continuere genæ.
Ibimus, ô Nymphæ, monſtrataque ſaxa petemus.
Sit procul inſano victus amore [11] *timor.*
Quidquid erit. melius quam nunc erit. aura, [12] *ſubito.*
[13] *Et mea non magnum corpora pondus habent.*
Tu quoque, mollis [14] *Amor, pennas ſuppone cadenti:*
Ne ſim Leucadiæ [15] *mortua* [16] *crimen aquæ.*
Inde [17] *chelyn Phœbo* [18] *communia munera ponam:*
Et ſub ea verſus unus & alter erunt.
[19] *Grata lyram poſui tibi, Phœbe, poëtria* [20] *Sappho:*
Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

1 Genium. 2 Quæ gaudet aquis. 3 Arbor in Africa inſignis. 4 Sola lotos facit nemus ramis ſuis. 5 Nymphæ cujuſdam nomen proprium. Hinc Najades dicuntur Nymphæ fontium & fluviorum, ἀπὸ τῦ νάειν, fluere. 6 Urbs in Epyro, Pyrrhi regia. 7 Ad templum Actiacum, quod in ſinu Ambracio eſt, petra prærupta eſſe ferebatur: undè qui ſe demitterent in mare, amoris flammâ levarentur. Id egit prima Sappho. 8 Ex Leucadio monte. 9 Et ſtatim. 10 Siluit, nec poſteà uſquam apparuit. 11 Dejiciendi ſe de ſaxo. 12 Corpus cùm demittetur. 13 Potero ſuſtineri: nam corpus leve eſt, & ſum parva. 14 Cupido. 15 Si moriar. 16 Invidia, & infamia. 17 Citharam. 18 Convenientia mihi & Phœbo. 19 Quòd tuo nomine ſervata eſt incolumis, & amore liberata vates tua. 20 Quæ poëticis rebus ac ſtudiis occupata eſt.

Cur tamen Actiacas miſeram me mittis ad oras,
Cum profugum poſſis ipſe referre pedem?
Tu mihi Leucadia potes eſſe ſalubrior unda:
Et formâ & meritis tu mihi Phœbus eris.
An potes, ô ſcopulis undaque ferocior illa,
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
At quanto melius jungi mea pectora tecum,
Quam poterant ſaxis præcipitanda dari!
Hæc ſunt illa, Phaon, quæ tu laudare ſolebas;
Viſaque ſunt toties ingenioſa tibi,
Nunc vellem facunda forent. dolor artibus obſtat;
Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondent veteres in carmina vires.
Plectra dolore tacent: muta dolore lyra eſt.
Lesbides [1] *æquoreæ, nupturaque nuptaque proles:*
Lesbides, [2] *Æoliâ nomina dicta lyrâ.*
[3] *Lesbides, infamem quæ me feciſtis amatæ;*
Deſinite ad citharas turba venire meas.
Abſtulit omne Phaon, quod vobis ante placebat.
(Me miſeram! dixi quam modo pæne, [4] *meus!)*
Efficite ut redeat: vates quoque veſtra redibit.
Ingenio vires ille dat, ille rapit.
Ecquid [5] *ago precibus?* [6] *pectuſne agreſte movetur?*
An riget? & Zephyri verba caduca ferunt?
Qui mea verba ferunt, vellem tua vela referrent.
Hoc te, ſi [7] *ſaperes, lente, decebat opus.*
[8] *Sive redis, puppique tuæ votiva parantur*
[9] *Munera; quid laceras pectora noſtra morâ?*
Solve ratem: Venus [10] *orta mari, mare præſtet eunti.*
Aura dabit curſum. tu modo ſolve ratem.
Ipſe gubernabit reſidens in puppe Cupido:

1 Inſulares. Appellat autem priùs diſcipulas, quas olim erudiebat. Deinde eas, in quarum amore libidinis infamia non caruit. 2 Lesbiâ: nam Lesbos inſula Æolica eſt, imò Æolicarum fermè urbium Metropolis: unde & lingua Æolica originem ſortita eſt. 3 Nunc concubinas ſuas appellat. 4 Phaon. 5 Efficio. 6 Animus durus. 7 Si humanitatem & rectum officium retineres, me noſſes divitias tuas. 8 Si cogitas de reditu. 9 Soteria. 10 Nam ex maris ſpuma nata dicitur.

Ipſe dabit tenerâ vela legetque manu.
Sive [1] *juvat longe fugiſſe* [2] *Pelaſgida Sappho :*
Non tamen invenies , cur ego digna fugâ.
O ſaltem miſeræ , crudelis , epiſtola dicat :
Ut mihi Leucadiæ [3] *fata petantur aquæ.*

1 Te delectat, tibi libet. 2 Sappho Lesbiam. 3 Miſerabiliter ſaltum Leucadum jam fatum & mortem ſuam appellat. Et, ſi Straboni credimus , inde ſe dejecit.

EPISTOLA XVI.

ARGUMENTUM.

Paris , qui alio nomine Alexander dictus eſt , ob Helenam ſibi à Venere promiſſam , Lacedæmona navigans , à Menelao magnificentiſſimè ſuſceptus eſt , & honoratus. Sed cùm id per id tempus oportuiſſet Menelaum, omneſque Minoïs pronepotes, ad dividendas Atrei opes, Cretam adire, Paridem domi relinquens Helenæ mandavit , ut non minorem hoſpitis , quam ſui ipſius curam gereret. Verùm Paris , dùm datam ſibi opportunitatem videret , Helenam in amorem ſui , quantum potuit , ſollicitare conatus eſt. Hic autem detegit , quanto amoris æſtu ardeat , ſe ab omnibus commendando , quibus amatores laudari ſolent ; adeòque omnia affert , quæ ſibi Helenæ animum conciliare poſſunt , & quæ odium mariti Menelai atque contemptum excitent. Fugam itaque ſuadet , quam Trojanis viribus ſe tueri poſſe aſſerit.

PARIS HELENÆ.

HAnc tibi [1] *Priamides mitto ,* [2] *Ledæa , ſalutem :*
Quæ tribui ſolâ te mihi dante poteſt.
[3] *Eloquar ?* [4] *an flammæ non eſt opus indice notæ :*
Et plus , quam vellem , jam meus [5] *extat amor ?*
Ille quidem malim lateat : [6] *dum* [7] *tempora dentur*
Lætitiæ [8] *miſtos non habitura metus.*
Sed [9] *male* [10] *diſſimulo.* [11] *quis enim* [12] *celaverit ignem ,*
[13] *Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo ?*

1 Ego Paris, filius Priami. 2 Helena, filia Ledæ. 3 Exprimam verbis. 4 An potiùs non eſt opus indicare amorem meum , quia tu ipſa noſſe debes ? 5 Eminet , apparet. 6 Donec. 7 Opportunitates. 8 Quæ tempora ſint ſine ullo timore. 9 Difficile. 10 Celo , & occulto. 11 Q. d. Nullus. 12 Nam ut ignis, ita amor celari non poteſt. 13 Splendore.

[1] Si tamen exſpectas, vocem quoque [2] rebus ut addam:
[3] Uror. habes animi [4] nuncia verba mei.
Parce, precor, [5] faſſo: nec vultu [6] cætera [7] duro
Perlege, ſed formæ [8] conveniente tuæ.
[9] Jamdudum gratum eſt, quod epiſtola noſtra [10] recepta
Spem facit, hoc recipi me quoque poſſe [11] modo.
[12] Quæ [13] rata ſint, nec te fruſtra [14] promiſerit, opto,
Hoc mihi quæ ſuaſit [15] mater Amoris iter.
Namque ego [16] divino monitu, [17] ne neſcia pecces,
Advehor: & cœpto non [18] leve numen adeſt.
Præmia magna quidem, ſed non [19] indebita, poſco.
Pollicita eſt thalamo te [20] Cytherêa meo.
[21] Hac duce Sigæo [22] dubias à [23] littore feci
Longa Phereclêâ per freta [24] puppe vias.
Illa dedit faciles auras, ventoſque ſecundos.
In mare nimirum jus habet orta mari.
[25] Perſtet: [26] &, ut pelagi, ſic pectoris adjuvet [27] æſtum:
Deferat in [28] portus & mea [29] vota ſuos.
Attulimus [30] flammas, non hic invenimus, illas.
[31] Hæ mihi tam longæ cauſa fuere viæ.

1 Si tamen vis, ut verbis dicam tibi id, quod eſt in re, i. e. ut, quid velim, ingenuè confitear. 2 Factis. 3 Amo te. 4 Quid animi in te habeam, tibi nunciavi. 5 Mihi confeſſo amorem meum. 6 Quæ addita ſunt ei loco, quo amorem meum expreſſi. 7 Torvo. 8 Vultui miti & placido, qualem exigit pulchritudo tua: quia cùm ſis pulchra, debes etiam eſſe placida. 9 Jam diu, vel valdè. 10 Accepta eſt à te. 11 Quo epiſtola mea eſt recepta. 12 Spes. 13 Firma, certa, & à pollicitis ne recedat. 14 Venus enim Helenam Paridi pollicita eſt, cùm judicium de pulchritudine in Ida pro Venere tuliſſet. 15 Venus. 16 Non ſponte mea, ſed Veneris mandato. 17 Ut ſcias, ne per ignorantiam erres. 18 Maximum. 19 Quia ſunt promiſſa mihi ab ea, cui licuit promittere. 20 Venus. Ita dicta à Cytheris inſula. 21 Ego ſuſcepi hanc navigationem à Troja in Græciam, autore Venere, & ipſa duce, i. e. regente me. 22 Incertas, quales ſunt viæ navigationis. 23 Trojano. Nam Sigæum promontorium eſt Trojæ, quod Græci in obſidione tenuerunt: ſepultique ibi ſunt Patroclus, Achilles, & Antilochus. 24 Fabricator à Phereclo. Fuit autem Phereclus Armonidis filius, fabri lignarii, qui naves Paridi fabricavit, quibus Helenam rapuit. 25 Utinam perſeveret, & à propoſito non diſcedat. 26 Etiam. 27 Q. d. Ut adjuvat navigationem, ita adjuvet amorem meum. Ordo eſt: *Perſtet, & ita adjuvet æſtum pectoris, ut pelagi*, ſc. æſtum adjuvat. 28 Ad optatum exitum. 29 Quæ erant, ut Helenâ potirer. 30 Amorem ex Troja attuli. Q. d. Trojæ te amavi: quod me impulit, ut Spartam navigarem. 31 Flammæ.

Nam

Nam neque triſtis [1] *hiems, neque nos huc appulit* [2] *error.*
[3] *Tænaris eſt claſſi terra* [4] *petita meæ.*
[5] *Nec me crede fretum merces portante carina*
Findere. quas habeo, Dî [6] *tueantur, opes.*
Nec venio Grajas veluti [7] *ſpectator ad urbes.*
[8] *Oppida ſunt regni* [9] *divitiora mei.*
Te peto; quam lecto [10] *pepigit Venus* [11] *aurea noſtro.*
Te prius optavi, quam mihi nota fores.
Ante tuos [12] *animo vidi,* [13] *quam lumine, vultus:*
[14] *Prima fuit vultûs nuncia fama tui.*
[15] *Nec* [16] *tamen eſt mirum, ſi* [17] *ſicut oporteat, arcu*
Miſſilibus [18] *telis* [19] *eminus ictus, amo.*
Sic placuit fatis: quæ ne convellere tentes:
Accipe cum vera dicta relata fide.
[20] *Matris adhuc utero, partu remorante, tenebar:*
Jam gravidus juſto pondere venter erat.
Illa ſibi ingentem viſa eſt ſub imagine ſomni
[21] *Flammiferam pleno reddere ventre facem.*
Territa conſurgit; [22] *metuendaque noctis opacæ*
Viſa ſeni Priamo, vatibus [23] *ille, refert.*
[24] *Arſuram Paridis vates canit Ilion igni.*

1 Tempeſtas. 2 Quia ignorarem, quò venirem. 3 Laconica, à Tænaro, Laconiæ promontorio. 4 Q. d. Venit claſſis mea deditâ operâ in hanc terram propter te. 5 Noli putare me navigare ad mercaturam exercendam: quia ſum dives ſine hoc exercitio. 6 Servent: quia ſatis ſunt mihi. 7 Ut videam pulchras Græciæ urbes. 8 Urbes. 9 Opulentiora: nam Aſia ditiſſima eſt. 10 Promiſit. 11 Formoſa. 12 Cogitatione, deſiderio. 13 Quam oculis corporis. 14 Priùs audivi dici de pulchritudine tua. 15 Ab hoc loco, verſus qui proxime ſequuntur 104. pro nothis cenſentur. Et ſanè primi duo non tam commodè cum ſuperioribus cohærent. Ideòque breviter percurremus. 16 Digreſſio eſt, quâ Paris cauſam & originem ſui amoris expoſiturus eſt. Repetit enim ab initio natales ſuos, deinde & ſententiam latam de Deabus: & poſtremò, quibus impulſus, expeditionem hanc ſuſceperit. 17 Si perinde, ac neceſſe ſit ita fieri. 18 Sagittis emiſſis. 19 De longè. Q. d. Nec mirum eſt, ſi quemadmodum qui arcu eminùs feriuntur, ita ego quoque eminùs ictus amo: ſic enim oportuit fieri, & ſic placuit fatis. 20 Hecubæ. 21 Nam viſa eſt Hecuba in ſomnis parere ſibi facem, quâ tota Aſia illuſtraretur. 22 Id eſt, viſionem ſive ſomnium, quod per noctem opacam, i. e. obſcuram viderat. 23 Priamus. 24 Vates prædicant, Paridis igni Trojam conflagraturam, i. e. facem, de qua ſomniarat Hecuba, ſignificare incendium atque exitium Trojæ.

Pectoris, ut nunc eſt, [1] fax fuit illa mei.
Forma vigorque animi, [2] quamvis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erant.
[3] *Eſt locus immediæ nemoroſis vallibus Idæ*
Devius, & piceis ilicibuſque frequens:
Qui nec ovis placidæ, nec amantis ſaxa capellæ,
Nec patulo tardæ carpitur ore bovis.
Hinc ego [4] Dardaniæ muros excelſaque tecta,
Et freta proſpiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedum pulſu viſa eſt mihi terra moveri:
Vera loquar, veri vix habitura fidem.
Conſtitit ante oculos, actus velocibus alis,
[5] *Atlantis magni Pleïoneſque nepos.*
Fas vidiſſe fuit; fas ſit mihi viſa referre:
Inque Dei digitis aurea virga fuit.
Treſque ſimul Divæ, Venus & cum Pallade Juno
Graminibus teneros impoſuere pedes.
Obſtupui, geliduſque comas erexerat horror.
Cum mihi, Pone metum, [6] nuncius ales ait.
[7] *Arbiter es formæ, certamina [8] ſiſte Dearum;*
Vincere quæ formâ digna ſit una duas.
Neve recuſarem, verbis Jovis imperat: & ſe
Protinus ætheriâ tollit in aſtra via.
Mens mea convaluit, ſubitoque audacia venit:
Nec timui vultu [9] quamque notare meo.
Vincere erant omnes dignæ: judexque verebar
Non omnes cauſam vincere poſſe ſuam.
Sed tamen ex illis jam tunc magis una placebat:

1 Amorem meum ſignificabat illa fax, de qua mater ſomniaverat. Eſtque inverſio hæc: nam quæ vates de ſignificatione facis interpretati fuerant, ea omnia Paris invertit, & de ſuo amore interpretatur. 2 Nam inter paſtores educabatur. Priamus enim, poſtquam interpretationem vatum audierat, infantem natum exponi imperaverat. Sed illi, quibus negotium commiſſum erat, formâ infantis commoti, clam educavere: atque ita inter paſtores nutritus fuit. 3 Tranſit nunc ad judicium & ſententiam de forma Dearum latam. 4 Trojam. 5 Mercurius, cujus mater Maja fuit, filia Atlantis & Pleiones. 6 Mercurius, cui alata talaria tribuuntur. 7 Delectus es judex, qui de forma harum pronunties, quænam ſit pulcherrima. 8 Compone, & fini. De hoc certamine ſuprà diximus in Ep. Oen. ad Par. 9 Quamque enim undam ſeorſim aſpexiſſe dicitur.

Hanc

[1] Hanc eſſe ut ſcires, unde movetur amor.
Tantaque vincendi cura eſt; ingentibus [2] ardent
Judicium donis [3] ſollicitare meum.
Regna Jovis [4] conjux, [5] virtutem [6] filia jactat.
Ipſe potens dubito, fortis an, eſſe velim.
[7] Dulce Venus riſit, Nec te, Pari, [8] munera tangant;
Utraque ſuſpenſi [9] plena timoris, ait.
Nos dabimus quod ames: & pulcræ [10] filia Ledæ
Ibit in amplexus, pulcrior [11] ipſa, tuos.
Dixit: & ex [12] æquo [13] donis [14] formâque probatâ,
[15] Victorem cœlo rettulit illa pedem.
[16] Interea (credo, verſis ad proſpera [17] fatis)
[18] Regius agnoſcor [19] per rata ſigna puer.
[20] Læta [21] domus nato [22] per tempora longa recepto.
Addit & [23] ad feſtos hunc quoque Troja diem.
Utque ego te cupio, ſic me cupiere puellæ.
[24] Multarum votum ſola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere ducumque:
[25] Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.
[26] At mihi cunctarum ſubeunt faſtidia, poſtquam
Conjugii ſpes eſt, [27] Tyndari, facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam;
Lumina cum placido victa ſopore jacent.

1 Q. d. Una me præter cæteras movebat: ex quo facilè poſſes ſcire, eam eſſe, quæ amori præeſt, i. e. Venerem. 2 Vehementer cupiunt & ſtudent. 3 Labefactare, & corrumpere. 4 Juno. 5 Fortitudinem, & virtutem bellicam. Eſt enim belli Dea habita: undè & armata fingitur cum haſtâ & clypeo. 6 Pallas, quæ Jovis filia fuit. 7 Suaviter. 8 Regna, quæ Juno promittit: & virtus bellica, quæ à Pallade proponitur. 9 Quique metuebat, ne à reliquis præverteretur. 10 Helena, Jovis & Ledæ filia. 11 Sc. matre ſuâ 12 Cum pariter dona ſua mihi & formam probaſſet. 13 Quod ad Paridem attinebat, cui Helena pro dono promittebatur, ſi Veneri victoriam dediſſet. 14 Quantum ad Venerem attinebat, cujus formam præſtare cæterarum pulchritudinem, Paris ſententiâ ſuâ judicarat. 15 Rediit in cœlum victrix, partâ victoriâ. 16 Tertia pars digreſſionis, in qua de expeditione, à ſe ſuſcepta narrat. 17 Diis jam meliora de me ſtatuentibus. 18 Agnoſcer eſſe filius Priami. 19 Certis ſignis. 20 Sc. fuit. 21 Priami regia. 22 Poſt. 23 Eumque diem, quo agnitus ſui, pro feſto celebrant. 24 Me, quem tam multæ aliæ cupierunt & optarunt, tu ſola frui potes. 25 Nam ab Oenone amatus eſt, dum in ſylvis, & inter paſtores hùc degeret. 26 Cæteras verò omnes faſtidire & contemnere cœpi. 27 Helena, Tyndari filia.

Quid facies præſens, quæ nondum viſa placebas?
Ardebam, [1] *quamvis hinc procul ignis erat.*
[2] *Nec potui debere mihi ſpem longius iſtam,*
[3] *Cæruleâ peterem quin mea* [4] *vota viâ.*
Troïa cæduntur Phrygiâ [5] *pineta ſecuri,*
[6] *Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis:*
Ardua proceris ſpoliantur [7] *Gargara* [8] *ſilvis:*
Innumeraſque mihi [9] *longa dat Ida* [10] *trabes.*
[11] *Fundatura citas flectuntur robora naves:*
Texitur & coſtis panda carina ſuis.
Addimus antennas, & [12] *vela ſequentia malos:*
Accipit & [13] *pictos puppis adunca Deos.*
Qua tamen ipſe vehor, comitata Cupidine parvo,
[14] *Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.*
Impoſita eſt factæ poſtquam [15] *manus ultima claſſi;*
Protinus [16] *Ægæis ire lubebat aquis.*
Et pater & genitrix inhibent mea vota rogando;
Propoſitumque piâ voce morantur iter.
Et ſoror effuſis, ut erat, [17] *Caſſandra capillis,*
Cum vellent noſtræ jam dare vela rates;
Quo ruis? exclamat; referes incendia tecum.
Quanta per has neſcis flamma petatur aquas.

1 Quamvis ignis, i. e. tu Helena, quæ me tanquam ignis incendis atque uris, procul hinc à Phrygia abeſſet, tamen ardebam, i. e. amore tui flagrabam. 2 Nec potui ſpem iſtam amoris potiundi longiùs differre. 3 Quò minùs per mare & navibus peterem. 4 Te, quam cupiebam & amabam. 5 Trojanæ ſylvæ. 6 Et quæcunque arbor erat idonea navibus fabricandis. 7 Gargara generaliter τὰ ἄκρα, i. e. ſummitates montium, ſive vertices dicuntur. Sed hoc loco de parte, ſive colle Idæ montis accipiendum eſt: in cujus radicibus & oppidum ejuſdem nominis fuit, cujus ager frugibus fertilis fuit. Dicta autem *Gargara*, à Gargaro, Jovis & Lariſſæ filio. 8 Arboribus: totum pro parte. 9 Quæ longè per totam Phrygiam extenditur. Vel longa, i. e. alta. 10 Arbores, ex quibus trabes navium fiunt. 11 Fundamenta datura navibus. 12 Vela pendentia de malis. 13 Imagines Deorum depictas, quibus naves inſigniri ſolebant. 14 Dea Venus, quæ mihi conjugium tuum ſpopondit, ſtat picta cum Cupidine parvo. *Sponſor* hoc loco fœm. gen. eſt. 15 Finis, i. e. poſtquam claſſis fabricata fuit. 16 Per Ægæum mare in Græciam ire jubebar, ſc. à fatis meis, aut conſiliariis: nam parentes & propinqui vetabant, ut ſequitur. 17 Hæc vates fuit, ut ſuprà diximus. Sed hic Paris vaticinium Caſſandræ, ut cætera præcedentia, invertit: incendium & flammam de amore ſuo exponens.

Vera fuit vates; [1] dictos invenimus [2] ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior; ventiſque [3] ferentibus uſus
Applicor in terras, [4] Oebali [5] Nympha, tuas.
Excipit hoſpitio [6] vir me tuus. hoc quoque factum
Non ſine conſilio numinibuſque Deûm.
Ille quidem oſtendit, quidquid Lacedæmone totâ
Oſtendi dignum conſpicuumque fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
[7] Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
Ut vidi, obſtupui; præcordiaque intima [8] ſenſi
[9] Attonitus curis intumuiſſe novis.
His ſimiles vultus, quantum reminiſcor, habebat,
Venit in arbitrium [10] cum Cythereâ meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud;
[11] In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te [12] rumor præconia fecit,
[13] Nullaque de facie neſcia terra tuâ eſt,
Nec tibi par uſquam Phrygiâ, nec [14] Solis ab ortu
Inter formoſas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis? [15] minor eſt tua [16] gloria vero:
Famaque de forma pœne [17] maligna tua eſt.
Plus hic invenio, quam quod promiſerit illa:

1 Prædictos à Caſſandra. 2 Te, quæ me ardere facis. 3 Secundis, & à tergo ſequentibus. 4 Helena, ab avo Oebalo, Tyndari patre. 5 Puella. 6 Maritus tuus, ſc. Menelaus, 7 Ille mihi oſtendebat theſauros, & regni ſui opes: ſed lumina, i. e. oculi nullâ aliâ re afficiebantur, quam te videndo: quia veneram, non ut opes illius, ſed ut formam laudatam, i. e. te cernerem. 8 Sc. moveri. 9 Attonitus exiſtens & perculſus, me novis curis, i. e. aliis ſuper eas, quas antè habebam, intonuiſſe, i. e. commotum eſſe: ſc. poſtquam te coram aſpexi. 10 Cùm ipſa Venus ſtetit antè me judicem nuda. Citherea autem Venus dicitur (ut antè diximus) à Cytheris, apud quam inſulam primùm è mari emerſit. 11 Si tu in judicium cum Venere veniſſes, dubitaſſem, tibi-ne an illi victoriam adjudicaſſem. 12 Fama magnis te laudibus celebravit. 13 Et omnes terræ de forma ac pulchritudine tua norunt. 14 Et in toto Oriente nulla alia æquè celebratur, & in ore eſt omni populo, quoties de forma tua mentio fit. Atque hactenus verſus illi, qui pro nothis habentur. Qui ſequuntur, pro genuinis Poëtæ habentur. 15 Quia formoſior es, quam fert fama, & minùs de te dicitur, quam ſit. 16 Nominis celebritas. 17 Avara & detrectatrix: quia minus dicit, quam debet.

Et tua materiâ [1] gloria [2] victa ſuâ eſt.
Ergo arſit merito, qui noverat omnia, Theſeus:
Et viſa es tanto digna [3] rapina [4] viro:
[5] More tuæ [6] gentis [7] nitida dum nuda [8] palæſtra
Ludis; & es nudis fœmina miſta viris.
Quod rapuit, laudo: miror, quòd reddidit unquam.
Tam bona [9] conſtanter præda tenenda fuit.
[10] Ante receſſiſſet caput [11] hoc cervice cruenta,
Quam tu de thalamis [12] abſtraherere meis.
Tene manus unquam noſtræ dimittere vellent?
Tene meo pater [13] vivus abire ſinn?
Si reddenda [14] fores, aliquid tamen [15] ante [16] tuliſſem:
Nec Venus [17] ex toto noſtra fuiſſet iners.
Vel mihi virginitas eſſet [18] libata; [19] vel illud,
Quod poterat ſalva virginitate rapi.
Da modo te; quæ ſit Paridi conſtantia noſces.
[20] Flamma [21] rogi [22] flammas finiet una meas.
[23] Præpoſui regnis ego te; [24] quæ maxima quondam
Pollicita eſt nobis [25] nupta ſororque Jovis.
Dumque tuo poſſem circumdare brachia collo,
[26] Contemta eſt [27] virtus Pallade [28] dante mihi.
Nec piget; aut unquam ſtulte [29] legiſſe videbor:
Permanet in [30] voto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtram fieri patiare [31] caducam.

1 Laus, commendatio. 2 A pulchritudine tua, quæ eſt materia ipſius gloriæ. 3 Pıæda. Diximus enim ſuprà puellam Helenam à Theſeo raptam fuiſſe Caſtori & Polluci redditam. 4 Theſeo. 5 Conſuetudine. 6 Laconicæ. Nam Lacedæmonii præcipuè palæſtrâ delectati ſunt: cujus etiam inventores dicuntur. 7 Unctâ. Nam athletarum corpora oleo ungebantur, ut expeditiores eſſent ad luctam. 8 Luctandi certamine. 9 Fortiter, animosè. 10 Potiùs. 11 Meum. 12 Eriperetis, i. e. potiùs paſſus eſſem mihi amputari caput, quam te reddiſſem. 13 Dum viverem. 14 Fuiſſes propter neceſſitatem. 15 Quam fuiſſes redaita, i. e. non te intactam, ut Theſeus, remiſiſſem: eſſet tibi raptus virginitatis flos. 16 Accepiſſem. 17 Penitùs. 18 Deſumpta, guſtata. 19 Sc. oſculando. 20 Amor meus ſolâ morte finietur. 21 In qua comburetur cadaver meum, cùm ero mortuus. 22 Amoris. 23 Cùm potuerim habere regna, te malui. 24 Sc. regna. 25 Juno. 26 Spreta. 27 Fortitudo, ſapientia. 28 Dare volente. 29 Quòd te potiùs, quam regna, vel virtutem elegerim. 30 Qnod primum habuit, ut te haberem conjugem. 31 Fluxam, vanam.

Te precor, ô tanto digna labore peti.
[1] *Non ego conjugium* [2] *generoſæ* [3] *degener opto:*
Nec mea (crede mihi) [4] *turpiter uxor eris.*
[5] *Pliada, ſi quæras, in noſtra gente Jovemque*
Invenies: [6] *medios ut taceamus avos.*
[7] *Sceptra* [8] *parens* [9] *Aſiæ, qua nulla* [10] *beatior* [11] *ora,*
[12] *Finibus immenſis vix* [13] *obeunda tenet.*
[14] *Innumeras urbes atque aurea tecta videbis:*
[15] *Quæque ſuos dicas templa decere Deos.*
[16] *Ilion aſpicies, firmataque turribus altis*
Mœnia, [17] *Phœbêæ* [18] *ſtructa* [19] *canore lyræ.*
Quid tibi de turba narrem numeroque virorum?
Vix populum [20] *tellus ſuſtinet illa ſuum.*
[21] *Occurrent denſo tibi* [22] *Troades* [23] *agmine matres:*
Nec [24] *capient Phrygias atria noſtra nurus.*
O quoties dices, Quam pauper [25] *Achaïa noſtra eſt!*
[26] *Una domus quaſvis urbis habebit opes.*
Nec mihi fas fuerit [27] *Sparten contemnere veſtram.*
In qua tu nata es, terra [28] *beata* [29] *mihi eſt.*

1 Incipit ſe laudare à nobilitate. 2 Tui nobiliſſimæ. 3 Vilis genere, vel à majorum virtute remotus. 4 Dedecoroſe: ſed cum magna laude tua. 5 Suæ genealogiæ vetuſtatem repetit à Jove & Electra. Nam Jupiter concubuit cum Electra, Atlantis filia, quæ fuit una ex ſeptem Pleïadibus, quæ in cœlum inter ſtellas tranſlatæ ſunt: & ex ea genuit Dardanum, à quo Trojani originem & nomen ducunt. Ovid. in Faſt. *Dardanon Electrâ*, &c. Electra ita dicta eſt, vel à Pleione matre, vel à πλέω, *navigo:* quia navigantes ſolent Pleiadas ipſas obſervare. 6 Qui inter Jovem, & Priamum, patrem meum, intercefferunt, ſc. Erichthonius, Tros, Ilus, Aſſaracus, Capys, & reliqui. 7 Imperium. 8 Pater meus, ſc. Priamus. 9 Aſia nomen eſt trium illarum partium orbis, in quas dividitur; ſunt enim tres partes orbis, Europa, Aſia, & Africa. Eſt autem duplex Aſia, Major & Minor. Major Aſia diſtinguitur ab Europa Tanai fluvio; ab Africa autem Nilo. Aſia Minor in quatuor partes dividitur, nempe in Phrygiam, Myſiam, Cariam, & Lydiam. 10 Ditior. 11 Regio. 12 Propter magnos fines & ambitus. 13 Circumdanda. 14 Infinitas. 15 Quæ ſint ornata, & talia, quæ deceant, quibus ſunt dicata. 16 Ilium eſt oppidum ipſius Trojæ maximum & celeberrimum. Troja eſt regio. 17 Quia Phœbus & Neptunus mœnia illa condiderunt. 18 Ædificata. 19 Sono. 20 Phrygia, quæ adeò populoſa eſt, ut vix teneat, quos habet, homines. 21 Venient obviam. 22 Mulieres Trojanæ. 23 Multitudine. 24 Continebunt: quia erunt plures, quam ſtare poſſint in domo noſtra. 25 Græcia. 26 Quælibet ſola domus noſtræ regionis habebit opes unius veſtræ urbis. 27 Lacedæmonia. 28 Fœlix. 29 Judicio meo.

[1] Parca ſed eſt Sparte : [2] tu cultu divite digna es.
Ad talem formam [3] non facit iſte locus.
Hanc faciem largis [4] ſine fine [5] paratibus uti,
Deliciiſque decet [6] luxuriare novis.
Cum videas cultum noſtra de gente virorum;
[7] Qualem Dardanidas credis habere [8] nurus?
Da modo te [9] facilem : nec dedignare maritum,
[10] Rure Therapnæo nata puella, Phrygem.
[11] Phryx erat & noſtro genitus de ſanguine, [12] qui nunc
Cum Dîs potandas [13] nectare miſcet aquas.
Phryx erat Auroræ [14] conjux. tamen abſtulit illum
[15] Extremum noctis quæ Dea finit iter.
Phryx etiam [16] Anchiſes : [17] volucrum cui [18] mater Amorum
Gaudet in Idæis concubuiſſe [19] jugis.
[20] Nec, puto, [21] collatis forma Menelaus & annis,
[22] Judice te, nobis anteferendus erit.
[23] Non dabimus certe [24] ſocerum tibi clara [25] fugantem
[26] Lumina; qui [27] trepidos à [28] dape vertat equos.

1 Non luxurioſa, neque in veſtibus ſumptuoſa. 2 Tu mereris ornatum ſumptuoſum. 3 Non convenit. 4 Infinitè. 5 Ornatibus, cultibus. 6 Abundare. Metaph. à ſegete. 7 Q. d. multò ſumptuoſiorem. 8 Puellas. 9 Exorabilem, non durum. 10 Therapnæ Laconiæ oppidum eſt. 11 Trojanus. 12 Ganymedes intelligit. Hic filius fuit Trois, regis Trojanorum, amatus à Jove. Qui cùm in Ida venaretur, à Jove, in formam aquilæ mutata, raptus eſt: & expulſa Hebe, quæ ſibi miniſtrabat, pincernam ſuum fecit. 13 Nectar potio eſt Deorum. 14 Tithonus, longævus ſenex. Is frater fuit Laomedontis, qui ab Aurora amatus, ex ea genuit Memnona quem poſteà in auxilium Trojanorum miſit. Is ab Achille interfectus eſt. 15 Quia Aurora tenet confinia lucis, quæ inchoat: & noctis, quam finit. 16 Is filius fuit Capys formoſiſſimus, amatus à Venere: cum quo concumbens in monte Ida, poſteà apud Simoënta fluvium genuit Æneam. 17 Velocium, habentium alas. 18 Venus. 19 Vertice. 20 Laudat ſe à fortitudine & pulchritudine, quibus duabus rebus ſe præfert Menelao. 21 Comparatus. 22 Judicio tuo. 23 Non habeo patrem, qui ſit futurus ſocer Helenæ, qui filios coxerit, & ſolem eo ſcelere fugaverit, qualis fuit Atreus. 24 Atreum. 25 Repellentem. 26 Solem. 27 Territos. 28 A convivio ſuo ſcelerato. Atreus enim uxorem habuit, Æropem nomine: quam cùm frater Thyeſtes (fuerunt autem Atreus & Thyeſtes filii Peloſpis, ardenter amaret, cum ea concubuit. Quod cum frater intellexit, in hujus ſceleris ultionem, filios Thyeſtæ coxit, & comedendos fratri appoſuit, ſimulatâ cum eo concordiâ. Hanc rem ne Sol videret, dicitur avertiſſe ſe. Ex Atreo creditur natus eſſe Menelaus: undè Atreus eſt ſocer Helenæ.

[1] Nec pater eſt Priamo ſoceri de cæde cruentus;
[2] Et qui Myrtoas crimine ſignet aquas.
[3] Nec proavo Stygia noſtro captantur in unda
Poma, nec in mediis quæritur humor aquis.
[4] Quid tamen hoc refert, [5] ſi te [6] tenet ortus ab illis?
[7] Cogitur huic domui Jupiter eſſe ſocer.
Heu facinus! totis [8] indignus noctibus ille
Te tenet; amplexu perfruiturque tuo.
At [9] mihi conſpiceris [10] poſita [11] vix denique menſâ.
Multaque, quæ [12] lædant, hoc quoque [13] tempus habet.
Hoſtibus eveniant convivia [14] talia noſtris,
Experior poſito qualia ſæpe mero.
[15] Pœnitet hoſpitii, cum, me ſpectante, lacertos
Impoſuit collo [16] ruſticus iſte tuo.
[17] Rumpor, & invideo (quid enim tamen omnia narrem?)
Membra ſuperjectâ cum [18] tua veſte fovet.
Oſcula cum verò coram [19] non dura daretis;

1 Nec pater Priami, avus meus, ſocerum ſuum interfecit, ſicut Pelops, avus Menelai, ut regno ſoceri potiretur. 2 Nec dabimus avum, qui aliquem in mare præcipitaverit ſubmergendum: ſicut Pelops Myrtilum, Hippodamiæ aurigam, quo favente eam curuli certamine vicerat, in mare præcipitavit, à quo mare Myrtoum dictum eſt. 3 Nec proavus meus damnatus eſt apud inferos eâ pœnâ, ut aquam uſque ad os habeat, & poma: neque tamen bibere, aut comedere poſſit, ſicut Tantalus, proavus Menelai. Tantalus enim, cùm eſſet familiariſſimus Deorum, & Jovem cum cæteris Diis ad convivium invitaſſet, dicitur Pelopem filium ſuum coxiſſe, & Diis comedendum appoſuiſſe, ut eorum divinitatem tentaret. A quo omnes abſtinuerunt, exceptâ Cerere, quæ humerum ejus conſumpſit. Poſteà cùm ad vitam revocare vellent, humerus eſt ei eburneus reſtitutus. Inde Tantalus hac pœna damnatus dicitur apud inferos, ut nec aquis, nec pomis, tangentibus ora, perfruatur. Sunt tamen, qui eum hac pœna non propter cædem filii, ſed quòd Deorum arcana indicaverit, damnatum putent: quod quidem Ovid. l. 2. Amo. ſignificat: *Quærit aquas*, &c. Et l. 3. Amo *Sic aret mediis taciti vulgator in undis: Pomaque. quæ nullo tempore tangat, habet.* 4 Quid intereſt? Quid mihi prodeſt, majores Menelai tales eſſe? 5 Si Menelaus natus ab illis. 6 Placet tibi. 7 Sc. ſi Jupiter cogitur eſſe ſocer huic domi, i. e. contrà voluntatem ſuam compellitur eſſe ſocer ipſius Menelai, qui eſt de gente tam ſcelerata & impia. Nam ſi Helena, quæ eſt Jovis filia, ſit uxor ejus; neceſſariò Jupiter erit ejus ſocer. 8 Qui non meretur talem uxorem. 9 Qui te ex animo amo. 10 Paratâ. 11 Etiam cum difficultate. 12 Menſæ & cœnæ. 13 Diſplicent. 14 Tam acerba. 15 Pœnitet me eſſe in ea domo. 16 Incultus, ſine moribus & blanditiis. 17 Dolore. 18 Cùm te amplectitur, & tenet in ulnis ſub veſte ſua. 19 Mollia, & laſciva.

Ante

Ante oculos [1] poſui pocula ſumta meos.
Lumina demitto, cum te tenet [2] arctius ille:
[3] Creſcit & invito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus: & te, laſciva, [4] notavi
In gemitu riſum non tenuiſſe meo.
Sæpe mero volui flammam [5] compeſcere: at illa
Crevit; & [6] ebrietas ignis in igne fuit.
Multaque ne videam, verſâ [7] cervice [8] recumbo.
Sed [9] revocas oculos [10] protinus ipſa meos.
Quid faciam dubito. dolor eſt meus illa videre.
Sed dolor à facie [11] major [12] abeſſe tuâ.
[13] Qua licet & poſſum, [14] luctor celare furorem:
Sed tamen apparet [15] diſſimulatus amor.
[16] Nec tibi verba damus: ſentis mea vulnera, ſentis.
Atque utinam ſoli ſint ea nota [17] tibi!
Ah quoties lacrymis venientibus [18] ora reflexi,
Ne cauſam fletûs quæreret [19] ille mei!
Ah quoties aliquem narravi [20] potus [21] amorem,
Ad [22] vultus [23] referens ſingula verba tuos!
[24] Indiciumque mei ficto [25] ſub nomine feci.
[26] Ille ego, ſi neſcis, verus amator eram.
Quin etiam, ut poſſem verbis [27] petulantius uti,
[28] Non ſemel ebrietas eſt [29] ſimulata mihi.
[30] Prodita ſunt (memini) [31] tunicâ tua pectora laxâ,
Atque oculis [32] aditum [33] nuda dedere meis;
Pectora vel [34] puris nivibus, vel lacte, tuamque

1 Ne viderem. 2 Strictius. 3 Videtur creſcere, quia præ dolore comedere non poſſum, & ſic non conteritur. 4 Adverti. 5 Coërcere amoris æſtum. 6 Quia ex vino creſcit amor. 7 Verſo capite in aliam partem. 8 Diſcumbo ad menſam. 9 In te vertis: quia non poſſum me continere, quin te aſpiciam. 10 Statim. 11 Sc. quam videre. 12 Diſcedere. 13 Quatenus. 14 Conor. 15 Occultatus. 16 Non te decipimus. 17 Ne alius animadvertat, aut ipſe Menelaus. 18 Vultum aliò converti, ne viderer lachrymari. 19 Maritus tuus Menelaus. 20 Cùm bibiſſem. 21 Amorem alicujus. 22 Ut intelligeres, me ea dicere propter te. 23 Convertens. 24 Demonſtrationem mei ipſius, i. e. me amare indicavi. 25 Sub nomine alieno: nam cum alium nominarem amantem, de me ſignificabam. 26 Cujus amorem narrabam. 27 Licentius, audacius. 28 Sæpius. 29 Oſtendi me eſſe ebrium. 30 Aperta. 31 Veſte laxata, & largius apertâ. 32 Præbuerunt ad conſpiciendam viam. 33 Sc. pectora. 34 Intactis.

Con-

Complexo matrem candidiora [1] *Jove.*
Dum [2] *ſtupeo* [3] *viſis, (nam pocula forte tenebam)*
[4] *Tortilis è digitis* [5] *excidit* [6] *anſa meis.*
Oſcula ſi [7] *natæ dederas;* [8] *ego protinus illa*
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et [9] *modo cantabam* [10] *veteres* [11] *reſupinus amores:*
Et modo per nutum ſigna [12] *tegenda dabam.*
Et comitum [13] *primas* [14] *Clymen* [14] *Æthramque tuarum*
Auſus cum blandis nuper [15] *adire ſinis.*
[16] *Quæ mihi* [17] *non aliud,* [18] *quam formidare, locutæ,*
Orantis medias [19] *deſeruere preces.*
Dî facerent, magni [20] *pretium certaminis eſſes;*
Teque ſuo victor poſſet habere toro.
Ut tulit Hippomenes [21] *Schœneïda præmia curſus,*
Venit ut in [22] *Phrygios Hippodamia ſinus;*
Ut ferus [23] *Alcides* [24] *Acheloïa cornua fregit,*
Dum petit amplexus, Deïanira, tuos;
Noſtra [25] *per has leges audacia* [26] *fortiter iſſet:*

1 Eo cygno, in quem Jupiter mutatus, cum matre tua Leda concubuit. 2 Vix ſum apud me. 3 Pectoribus tuis. 4 Fiebat enim anſa intorta. 5 Cecidit è manu mea. 6 Dicitur in poculis ea pars, quæ manu capitur, quaque tenetur poculum. 7 Filiæ tuæ Hermionæ. 8 Ego oſculabar illam, ubi tu dederas oſcula tua. 9 Interdum. 10 Veterum geſta in amore, ut Pyrami, ut Theſei, & Herculis. 11 Flexus molliter, ut nimio vino pleni facere conſueverunt. 12 Celanda. 13 Præcipuas, & tibi intimas. 14 Duæ hæ Menelai affines ad Helenæ cuſtodiam relictæ dicuntur, quæ cum Paride fugerunt. Hoc præcipit Ovid. 2. De arte amandi: *Sed prius ancillam*, &c. 15 Alloqui. 16 Comites tuæ. 17 Nihil aliud reſpondentes. 18 Quam ſe timere, ne reſciſceret Menelaus. 19 Noluerunt audire meas preces. 20 Ut proponereris pretium ei, qui te in magno aliquo certamine vincendo conſequeretur. 21 Atalantam, Scœnei filiam. Quam Hippomenes curſu ſuperaſſe traditur, à Venere adjutus, quæ illi tria poma ex hortis Heſperidum dedit: quibus projectis, puellæ curſum impedivit. Vide *Ovid.* 10. *Met.* Dicit ergo Paris, quod ſicut Hippomenes non territus conditióne mortis, certamine curſus Atalantam meruit: ita & ipſe idem facerem pro Helena. 22 In Pelopis ſinus, qui, cùm ex Phrygia in Peloponneſum navigaret, uxorem Hippodamiam, Oenomai filiam, duxit: quam tulit victoriæ præmium. 23 Hercules. 24 Cornua Acheloi, Oceani & Terræ filii, gemino cornu inſignis, qui & ipſe pro Deïanira, Oenei, regis Ætoliæ, filia, certavit, ac tandem ab Hercule victus eſt. 25 Per tales conditiones auſus eſſem ire, ſc. ut tu præmium eſſes certaminis. 26 Victoriam conſequeretur.

[1] Teque mei ſcires eſſe laboris opus.
Nunc mihi [2] nil ſupereſt, niſi te, formoſa, precari;
[3] Amplectique tuos, ſi patiare, pedes.
O decus, ô præſens geminorum gloria [4] fratrum;
O Jove [5] digna viro, ni Jove nata fores!
Aut ego [6] Sigêos repetam te [7] conjuge portus:
Aut ego [8] Tænariâ [9] contegar [10] exul humo.
Non mea ſunt ſummâ [11] leviter [12] diſtricta ſagittâ
Pectora: deſcendit [13] vulnus ad [14] oſſa meum.
Hoc mihi, (nam [15] repeto) [16] fore ut à cæleſte [17] ſagittâ
Figar, erat verax vaticinata ſoror.
[18] Parce [19] datum fatis, [20] Helene, contemnere amorem:
Sic habeas [21] faciles in [22] tua vota Deos.
Multa quidem [23] ſubeunt: ſed [24] coram ut plura loquamur,
Excipe me lecto nocte ſilente tuo.
[25] An pudet, & metuis [26] Venerem temerare maritam
Caſtaque [27] legitimi fallere jura tori?
Ah nimium [28] ſimplex, Helene, ne [29] ruſtica dicam,
[30] Hanc faciem culpa poſſe carere [31] putas!
Aut [32] faciem mutes, aut ſis [33] non dura, neceſſe eſt.
[34] Lis eſt cum formâ magna pudicitiæ.
Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea [35] furtis.
[36] Hæc tibi nempe patrem furta dedere [37] Jovem.

1 Te labore meo eſſe comparatam, & præmium victoriæ meæ. 2 Nihil reſtat: quia certaminis præmium eſſe non potes. 3 Quod precantes facere ſolent. 4 Caſtoris & Pollucis. 5 Digna quæ eſſes uxor Jovis, niſi eſſes filia Jovis. 6 Trojanos. 7 Te abducta mecum in conjugem. 8 In hac tua terra Laconica. 9 Sepeliar. 10 Nunquam amplius domum reverſus. 11 Non parùm, ſed vehementer. 12 Percuſſa. 13 Amoris. 14 In medullas. 15 In memoriam reduco. 16 Futurum eſſe. 17 Ab amore cœleſtis mulieris. Cœleſte dicitur pro cœleſti, ob metrum. 18 Noli. 19 Conſtitutum à fatis. 20 Vocat. eſt à nom. Helene. 21 Exorabiles, benignos. 22 Ad ea, quæ optaveris. 23 In mentem veniunt, quæ poſſim ſcribere. 24 Præſentes. 25 Excipere me lecto tuo. 26 Maritalem pudicitiam. 27 Menelai, quem legitimum tibi putas. 28 Imprudens. 29 Q. d. quod etiam poſſum dicere, ſi habes hunc timorem. 30 Tam pulchram, talem. 31 Q. d. falleris. 32 Ut non ſis pulchra. 33 Facilis. 34 Pudicitia & pulchritudo non concorditer ſimul eſſe poſſunt. Juv. *Rara eſt adeò concordia formæ Atque pudicitiæ.* 35 Adulteriis. 36 Talia. 37 Quia niſi mater tua, quæ uxor erat Tyndari, cum Jove concubuiſſet, non eſſet pater tuus.

Vix

[1] *Vix fieri, ſi ſunt vires in [2] ſemine avorum,*
Et Jovis & Ledæ filia, caſta potes.
[3] *Caſta tamen tum ſis, cum te mea Troja tenebit:*
Et tua ſim, quæſo, crimina ſolus ego.
Nunc [4] ea peccemus, [5] quæ corrigat hora jugalis:
Si modo promiſit non mihi [6] vana Venus.
Sed tibi & hoc ſuadet [7] rebus, [8] non voce, maritus:
Neve ſui furtis hoſpitis obſtet, [9] abeſt.
Non habuit tempus, quo [10] Creſſia regna videret,
Aptius. ô [11] mira calliditate virum!
Ivit, &, Idæi mando tibi, dixit [12] iturus,
Curam [13] pro nobis hoſpitis, [14] uxor, [15] agas.
[16] *Negligis abſentis (teſtor) [17] mandata mariti:*
Cura tibi non eſt [18] hoſpitis ulla tui.
Hunccine tu ſperes hominem ſine [19] pectore [20] dotes
Poſſe ſatis formæ, [21] Tyndari, noſſe tuæ?
Falleris: ignorat. nec, ſi bona [22] magna putaret
Quæ tenet, externo [23] crederet illa viro.
[24] *Ut te nec [25] mea vox, nec te meus incitet ardor;*
Cogimur ipſius commoditate frui.
Aut erimus ſtulti, ſic [26] ut ſuperemus & ipſum,

1 Ordo eſt: Tu filia Jovis & Ledæ, vix potes eſſe caſta. Cùm ſis filia Jovis & Ledæ, qui adulterio delectati ſunt, vix potes eſſe caſta. Atque ita oſtendit, filios, filias-ve trahere mores à parentibus. 2 In generatione, i. e. ſi filii trahunt vim amoris à generatione parentum. 3 Nunc velim fallas maritum tuum, ſed cum eris mecum, ſis caſta: & cum nullo pecces, niſi mecum. 4 Ea committamus. 5 Quæ poſteà emendabit conjugium, & faciet non eſſe peccatum. 6 Non falſa, quòd ſis futura uxor mea. 7 Factis. 8 Quia non dicit tibi, ut hoc facias: ſed ſignificat ſe eſſe contentum, cùm me hic præſente diſceſſit. 9 Ne præſentia ſua impediat amorem, & concubitum meum tecum 10 Cretenſia. Nam Menelaus profectus fuerat in Cretam, quo tempore Paris in domo Menelai hoſpitabatur. 11 Pro miræ calliditatis. Et eſt Ironia. Q. d ô ſimplicem & ſtultum hominem. 12 Abiturus. 13 Loco noſtro. 14 O Helena. 15 Curam geras Paridis Trojani, ab Ida, monte Phrygiæ. 16 Quia ei non pares. 17 Committo tibi, & præcipio 18 Mei Paridis. 19 Sapientiâ. 20 Formæ elegantiam. 21 O Helena, filia Tyndari. 22 Sc. pulchritudinem. 23 Committeret. 24 Quamvis. 25 Mea verba. Q. d. Licet nec verbis meis, nec vehementi meo erga te amore exciteris, tamen eſt fallendus maritus tuus, & debes mihi morem gerere: quia ſimplex eſt, & ſtultus. 26 Ut ſimus etiam ipſo Menelao ſtultiores.

Si tam [1] ſecurum tempus abibit [2] iners.
[3] Pæne ſuis ad te manibus deducit [4] amantem.
Utere non vafri ſimplicitate viri.
Sola jaces viduo tam [5] longâ nocte cubili:
In viduo jaceo ſolus & ipſe toro.
Te mihi, meque tibi [6] communia [7] gaudia jungant.
[8] Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego jurabo [9] quævis tibi numina; meque
Adſtringam verbis in [10] ſacra jura tuis.
Tunc ego, ſi non eſt fallax fiducia noſtri,
Efficiam præſens, ut mea regna [11] petas.
Si pudet, & metuis, ne [12] me videare ſecuta;
[13] Ipſe reus ſine te criminis hujus agar.
Nam [14] ſequar [15] Ægidæ factum, [16] fratrumque tuorum.
Exemplo [17] tangi non [18] propiore potes.
Te rapuit Theſeus; [19] geminas Leucippidas [20] illi:
Quartus in exemplis enumerabor ego.
Troïa claſſis adeſt, armis inſtructa viriſque.
Jam facient celeres remus & aura vias.
Ibis Dardanias ingens regina per urbes:
Teque novam credet vulgus adeſſe Deam.
Quaque feres greſſus, [21] adolebunt [22] cinnama flammæ
[23] Cæſaque ſanguineam victima [24] planget humum.
Dona pater fratreſque, & cum genitrice ſorores,
[25] Iliadeſque omnes, [26] totaque Troja, dabunt.

1 Sine dubitatione à Menelao datum. 2 Sine effectu amoris & concubitus. 3 Ferè. 4 Me. 5 Vel quam longiorem videri facit amoris affectus, vel quæ eſſet ſub hyemali ſolſtitio. 6 Quæ ambo capiemus. 7 Voluptates. 8 Lætior. Q. d. Erit mihi tam jucunda, ut videatur eſſe lætior medio die. 9 Quælibet. 10 Matrimonii, i. e. obligabo me futurum ſemper maritum tuum. 11 Venias in Trojam. 12 Ne videaris ſponte diſceſſiſſe. 13 Omnem hujus facti culpam in me transferam. 14 Imitabor. 15 Theſei. 16 Caſtoris & Pollucis 17 Moveri, incitari. 18 Quam fratrum tuorum. 19 Duas filias Leucippi, Phœben & Elairam: quæ deſponſatæ Idæ & Lynceo, juvenibus fortibus, die nuptiarum à Caſtore & Polluce, earum amore incenſis, raptæ ſunt. Tum Caſtora à Lynceo interfectum dicunt. Ovid. 5. Faſt. 20 Caſtor & Pollux, ſc. rapuerunt. 21 Cremabunt. 22 Genus eſt aromatis odoriferi. 23 Interfecta, ſicut numinibus. 24 Percutiet cùm in terram cadet. 25 Trojanæ mulieres. 26 Omnes Trojani. Contin. pro content.

Hei mihi! pars à me vix dicitur [1] *ulla futuri.*
Plura [2] *feres, quam quæ littera noſtra refert.*
Nec tu rapta time, ne nos fera bella ſequantur;
[3] *Concitet & vires Græcia magna ſuas.*
Tot prius abductis, [4] *ecquæ repetita per arma eſt?*
Crede mihi; [5] *vanos res habet iſta metus.*
[6] *Nomine ceperunt* [7] *Aquilonis* [8] *Erechtida Thraces:*
Et tuta à bello [9] *Biſtonis* [10] *ora fuit.*
[11] *Phaſida puppe novâ vexit* [12] *Pagaſæus Iăſon:*
Læſa nec eſt Colchâ Theſſala terra [13] *manu.*
Te quoque qui rapuit, rapuit [14] *Minoïda Theſeus:*
Nulla tamen Minos [15] *Cretas ad arma vocat.*
[16] *Terror in his ipſo* [17] *major ſolet eſſe periclo:*
Quæque timere libet, pertimuiſſe [18] *pudet.*
[19] *Finge tamen, ſi vis, ingens conſurgere bellum.*
[20] *Et* [21] *mihi ſunt vires: & mea tela nocent.*
Nec minor eſt Aſiæ, quam veſtræ [22] *copia terræ.*
[23] *Illa viris dives, dives abundat equis.*
Nec plus Atrides [24] *animi Menelaus habebit,*
Quam Paris; aut armis [25] *anteferendus erit.*
[26] *Pæne puer* [27] *cæſis abducta armenta* [28] *recepi*
Hoſtibus: & [29] *cauſam nominis* [30] *inde tuli.*

1 Minima. 2 Accipies. 3 Commoveat contra me. 4 Q. d. Nulla. 5 Stultos, & ſine cauſa. 6 Parte. 7 Borea. 8 Orithiam, Erechthei, Athenienſium regis filiam. Quam cùm rex Thracum uxorem petiiſſet, & non impetraſſet, ille paratâ & inſtructâ claſſe, miſit qui eam raperent. Et quoniam ſpirante Boreâ vento, qui flat ex Attica in Thraciam, navigantibus abducta eſt, datus eſt locus fabulæ, quòd Boreas ventus eam abſtulerit. *Ovid. 6. Met.* 9 Thracia. Eſt Nom. caſus. Eſt autem Biſtonium ſtagnum Thraciæ. Q. d. Nec tamen Thraciam Athenienſes bello infeſtarunt. 10 Regio. 11 Medeam. 12 Theſſalicus: à Pagaſa, promontorio & oppido Theſſaliæ, juxtà quod fabricata eſt Argo navis. 13 Exercitu & viribus Colchorum 14 Ariadnen. 15 Cretenſes: à nom. *Cres.* 16 Timor. 17 Nam *Pejor eſt bello timor ipſe belli.* 18 Eſt poſteà pudor pertimuiſſe ea, quæ aliquis voluit timere. 19 Pone. fac. 20 Etiam. 21 Sicut Græcis. 22 Multitudo virorum. 23 Aſia. 24 Audaciæ. 25 Præponendus mihi. 26 Adoleſcens, adhuc teneræ ætatis 27 Interfectis. 28 Recuperavi. 29 Quòd Alexander dictus ſim, quaſi auxiliator vir, ἀπὸ τῦ ἀνδρὸς, i. e. à viro, & ἀλέγω, i. e. auxilior, fut. 1. ἀλέξω: quia hoſtibus armenta abducentibus, auxilium ſuis tulit, & armenta (ut hic refert) recuperavit. 30 Ab auxilio dato.

Pæne puer vario juvenes certamine vici.
In quibus [1] *Ilioneus*, [2] *Deiphobuſque fuit.*
Neve putes, non me niſi [3] *cominus eſſe timendum:*
[4] *Figitur in* [5] *juſſo noſtra ſagitta loco.*
[6] *Num potes hæc illi primæ dare facta juventæ?*
Inſtruere Atriden num potes [7] *arte meâ?*
Omnia ſi dederis; nunquid dabis [8] *Hectora fratrem?*
[9] *Unus is* [10] *innumeri militis* [11] *inſtar habet.*
[12] *Quid valeam, neſcis: & te mea robora* [13] *fallunt.*
Ignoras, [14] *cui ſis nupta futura viro.*
Aut igitur nullo belli repetêre tumultu:
Aut [15] *cedent Marti* [16] *Dorica caſtra meo.*
Nec tamen indigner [17] *pro tanta ſumere ferrum*
Conjuge. certamen præmia [18] *magna movent.*
Tu quoque, ſi [19] *de te* [20] *totus* [21] *contenderit orbis,*
Nomen [22] *ab æterna poſteritate* [23] *feres.*
[24] *Spe modo non* [25] *timida, Dîs hinc* [26] *egreſſa ſecundis,*
[27] *Exige cum* [28] *plenâ munera* [29] *pacta fide.*

1 Phorbantis filius fuit, eloquentiſſimus & fortiſſimus. 2 Filius Priami & Hecubæ: qui bellicoſiſſimus fuit. 3 Certamine, in quo propè, & manu ſolum pugnatur. 4 Locatur. 5 Vel ab aliquo, vel mihi placito. 6 Non potes jactare, Menelaum in juventute ſuâ præclari aliquid geſſiſſe. 7 Sagittandi. 8 Talem, & tam fortem fratrem, qualis eſt Hector. 9 Solus. 10 Innumerorum militum, i. e. ipſe ſolus eſſe poteſt pro uno exercitu. 11 Similitudo. 12 Quâ ſim fortitudine. 13 Ignorantur à te. 14 Quali marito. 15 Vincentur. 16 Græca. 17 Quanta eſt Helena. 18 Digna propter quæ non debeat me pudere, ſumere bellum: puderet, ſi præmia eſſent parva & vilia. 19 Propter te. 20 Aſia & Europa. 21 Certaverit. 22 Ab omnibus poſteris, qui erunt uſque ad finem ſæculorum. 23 Accipies. 24 Ordo eſt: Tu modò, i. e. tantummodò. 25 Firma & certa ſpe. 26 Ex domo Menelai, & ex Lacedæmone. 27 Pete: cum Trojam appuleris. 28 Pleniſſimè, & ſine fraude, vel ſine dubitatione, i. e. nullâ utar perfidiâ, ſed promiſſa omnia plenè ſervabo. 29 Promiſſa tibi à me: ſc. conjugium, & regni partem.

EPISTOLA XVII.

ARGUMENTUM.

Helena, lectâ Paridis epiſtolâ, quaſi offenſa, primùm reſpondens objurgat. Deinde ut pudorem tuetur, Paridis ſuaſiones infringere conatur, quædam ſemina ſpargendo, ne omninò illius amorem negligere videatur. Poſtremò Paridis voluntatem impletura, ut honeſtius, ita tutius viſum eſt, ſi quid in deſiderio erit, non literis mandare, ſed ut Clymene & Æthra, comites fideliſſimæ, exponerent. Idque cùm feciſſent, cum Paride & Helenâ ad Trojam advectæ ſunt.

HELENA PARIDI.

Nunc oculos tua cum [1] violarit [2] epiſtola noſtros;
[3] Non reſcribendi gloria viſa levis.
Auſus es hoſpitii [4] temeratis advena [5] ſacris
Legitimam nuptæ [6] ſollicitare [7] fidem?
Scilicet [8] idcirco ventoſa per æquora vectum
Excepit portu Tænaris [9] ora ſuo?
Nec tibi diversâ quamvis è [10] gente venires,
[11] Oppoſitas habuit regia noſtra fores;
Eſſet ut officii [12] merces [13] injuria [14] tanti?
Qui [15] ſic intrabas, [16] hoſpes an hoſtis eras?
[17] Nec dubito, quin hæc, cum ſit tam juſta, vocetur
Ruſtica judicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane; [18] dum non oblita pudoris:
Dumque [19] tenor vitæ ſit ſine [20] labe meæ.

1 Læſerit. 2 Quâ conatus es alienare me ab amore mariti, & ad tuum ſollicitare. 3 Gloria reſcribendi eſt viſa mihi non levis, i. e. non parva & vilis, i. e. putavi magnam gloriam mihi fore, reſcribere tibi: quia affeciſti me magnâ injuriâ. 4 Violatis. 5 Quia quando vir aliquis magnus hoſpitio excipiebatur, Jovi & Diis hoſpitalibus ſacra fiebant. 6 Commovere. 7 Lege, & conjugii ſponſione firmatam. 8 Propter hanc cauſam: Ut me vitiares. 9 Regio Laconica. 10 Remotâ, & quæ nobiſcum non habet conſuetudinem. 11 Occluſum tibi hoſpitium. 12 Renumeratio & præmium. 13 Quam mihi inferre paras. 14 Beneficii accepti à nobis. 15 Eâ intentione, ut mihi injuriam faceres, & me abduceres. 16 Q. d. potiùs hoſtis. 17 Scio, quòd licet juſtè de te conquerar, judicabis me tamen ruſticam, quæ conquerar. 18 Dummodò. 19 Perſeverantia. 20 Maculâ, & infamiâ.

[1] Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore;
Nec ſedeo duris torva [2] ſuperciliis;
Fama tamen clara eſt: & adhuc ſine [3] crimine [4] luſi:
Et [5] laudem de me nullus adulter habet.
[6] Quo magis admiror, quæ ſit fiducia [7] cœpto;
Spemque [8] tori dederit quæ tibi cauſa mei.
An, quia vim nobis Neptunius [9] attulit [10] heros,
[11] Rapta ſemel, videor [12] bis quoque digna rapi?
[13] Crimen erat noſtrum, ſi [14] delinita fuiſſem.
Cum ſim [15] rapta, meum [16] quid niſi [17] nolle fuit?
Non tamen è [18] facto fructum tulit ille [19] petitum:
Excepto [20] redii [21] paſſa timore nihil.
Oſcula [22] luctanti tantummodo pauca protervus
[23] Abſtulit: [24] ulterius [25] nil habet ille mei.
[26] Quæ tua [27] nequitia eſt, [28] non his contenta fuiſſet.
[29] Dî melius! [30] ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit [31] intactam; minuitque [32] modeſtia [33] crimen:
Et juvenem facti pœnituiſſe patet.
[34] Theſea pœnituit, Paris ut ſuccederet illi;
[35] Ne quando nomen non ſit in ore meum?
Nec tamen iraſcor: (quis enim ſuccenſet amanti?)
Si modo, quem [36] præfers, non [37] ſimulatur amor.
Hoc quoque enim [38] dubito. non quod [39] fiducia deſit,
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:

1 Reſpondet ei parti, quam dixit: *Vultu non cætera duro Perlege, ſed forma conveniente tua.* Dicit enim, quòd ſi non eſt ſeveri & duri vultus, eſt tamen pudica. 2 Quibus oſtenditur ſeveritas. 3 Adulterii notâ. 4 Fui læta, & jocata ſum. 5 Ut poſſit ſe jactare de concubitu meo. 6 Quapropter. 7 Audaciæ tuæ. 8 Concubitis. 9 In rapiendo. 10 Theſeus, Neptuni nepos. 11 A Theſeo. 12 A te iterum. 13 Fuiſſet mea culpa. 14 Blanditiis capta, & illecta. 15 Violenter abducta. 16 Quid potuit imputari mihi. 17 Quod nolui, & voluntas mea non fuit. 18 Ex rapina ſua. 19 Deſideratum. 20 Ab eo diſceſſi. 21 Quæ nihil ab eo mali habui, niſi quod timui. 22 Contendendo, non ſponte meâ. 23 Accepit. 24 Ultra oſcula. 25 Nihil de me. 26 Quæ eſt tibi. 27 Libido. 28 Sc. paucis oſculis. 29 Voluerunt & conſuluerunt mihi. 30 Tam protervus & libidinoſus, ut tu es: quia me vitiaſſet. 31 Inviolatam. 32 Ipſius Theſei. 33 Culpam rapinæ. 34 Q. d. An ideò Theſea pœnituit, ut tu poſteà me raperes? 35 Ut ſemper homines de me loquantur. 36 Oſtendis. 37 Fictus. 38 Ne amor tuus ſit ſimulatus. 39 Meæ pulchritudinis.

Sed quia [1] *credulitas damno ſolet eſſe puellis ;*
[2] *Verbaque dicuntur veſtra carere fide.*
[3] *At peccant aliæ ; matronaque rara pudica eſt.*
[4] *Quid prohibet raris nomen ineſſe meum ?*
[5] *Nam mea quod viſa eſt tibi mater* [6] *idonea ; cujus*
Exemplo flecti me quoque poſſe putes :
Matris in [7] *admiſſo falſa ſub* [8] *imagine luſæ*
Error ineſt : pluma tectus [9] *adulter erat.*
Nil ego, ſi peccem, [10] *poſſim neſciſſe, nec ullus*
Error, qui facti [11] *crimen* [12] *obumbret, erit.*
Illa bene erravit, [13] *vitiumque* [14] *auctore* [15] *redemit.*
[16] *Felix in culpa* [17] *quo Jove dicar ego ?*
[18] *Quod genus & proavos, & regia nomina jactas :*
Clara ſatis domus [19] *hæc nobilitate ſua.*
[20] *Juppiter* [21] *ut ſoceri* [22] *proavus taceatur, & omne*
Tantalidæ Pelopis [23] *Tyndareique decus ;*
Dat mihi Leda Jovem cycno decepta parentem ;
Quæ falſam gremio credula fovit avem.
[24] *I nunc, & Phrygiæ latè* [25] *primordia gentis,*
Cumque [26] *ſuo Priamum Laomedonte refer.*
Quos ego [27] *ſuſpicio.* [28] *ſed, qui tibi gloria magna eſt*

1 Facilè credere. 2 Virorum. 3 Quia dixerat : *Lis eſt cum forma magna pudicitiæ :* dicit ſe velle eſſe inter raras. Et eſt Objectio. 4 Reſponſio objectionis. 5 Quia Paris dixerat, *Hæc tibi nempe patrem furtâ decêre Jovem :* ad hoc reſpondet, matrem poſſe excuſari, quòd decepta ſit : ſe verò nullam imprudentiæ excuſationem habere poſſe. 6 Ad tui argumenti confirmationem apta. 7 Peccato. 8 Cygni, quem Jupiter ſimulabat. 9 Jupiter. 10 Scio quid peccem, neque poſſum excuſari per ignorantiam. 11 Adulterii ſcelus. 12 Celare poſſit 13 Crimen ſuum. 14 Propter autorem, ſc. Jovem, qui fuit adulterii cauſa. 15 Recompenſavit. 16 Benè peccaſſe. 17 Quâ magnâ excuſatione : quia tu non es Jupiter, quo poſſim excuſari. 18 Reſpondet ad id, quod dixerat : *Phryx erat*, &c. & item : *Non dabimus certè ſocerum tibi clara fugantem Lumina.* 19 Mea, & Menelai, quæ te hoſpitio excepit. 20 Commemorat nobilitatem ſuam cum nobilitate mariti. 21 Quamvis. 22 Atrei. Tantalus enim filius fuit Jovis : is genuit Pelopem, Pelops Atreum, undè Agamemnon & Menelaus nati dicuntur. 23 Patris mei putativi. 24 Q. d. fruſtrà jactas genus tuum. 25 Initia. 26 Sc. filio. 27 Veneror. 28 Sed is, quo tu potiſſimùm gloriaris, quintus eſt tibi in ordine, & mihi eſt primus : qui eſt Jupiter. Nam Helenæ primus eſt, quia eſt ejus pater ; Paridi verò quintus : nam Jupiter genuit Dardanum ex Electra, Dardanus Erichthonium, Erichthonius Troëm, Tros Ilum, Ilus Laomedonta, Laomedon Priamum, Priamus Paridem, & reliquos filios : ergo Jupiter eſt quintus à Paride excluſive.

Quintus, is à noſtro nomine primus erit.
[1] *Sceptra tuæ quamvis rear eſſe potentia Trojæ,*
Non tamen [2] *hæc illis eſſe minora puto.*
[3] *Si jam divitiis locus hic numeroque virorum*
Vincitur: at certe barbara terra tua eſt.
[4] *Munera tanta quidem promittit* [5] *epiſtola dives.*
Ut poſſint ipſas illa [6] *movere Deas.*
Sed ſi jam fines vellem tranſire pudoris;
Tu melior culpæ cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo;
Aut ego te potius quam tua dona ſequar.
Utque ea [7] *non ſperno; ſic* [8] *acceptiſſima ſemper*
Munera ſunt, [9] *auctor quæ pretioſa* [10] *facit.*
[11] *Plus multo eſt, quod amas; quod ſum tibi cauſa laboris;*
Quod [12] *per tam longas ſpes tua venit aquas.*
[13] *Illa quoque, appoſita quæ nunc facis,* [14] *improbe, menſa,*
(Quamvis experiar diſſimulare) noto.
Cum modo me ſpectas oculis, laſcive, protervis;
Quos vix [15] *inſtantes lumina* [16] *noſtra ferunt:*
[17] *Et modo ſuſpiras: modo pocula proxima nobis*
Sumis; quaque bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties [18] *digitis, quoties ego tecta notavi*
Signa [19] *ſupercilio pæne loquente dari!*
Et ſæpe extimui, ne vir meus illa videret:

1 Reſpondet ad id, quod dixerat: *Sceptra parens Aſiæ, quâ nulla,* &c. 2 Sceptra Græciæ noſtræ. 3 Quia dixerat Paris: *O quoties dices,* &c. Si hæc terra vincitur divitiis, ſaltem hoc habet, quòd non eſt barbara, ſicut terra Trojana. 4 Dixit enim Paris: *Dona parens,* &c. Ad hoc reſpondet: Si vellem tibi obſequi, facerem potius tui causâ, quam munerum: quia *Turpiter ingenuum munera corpus emunt.* 5 Quæ divitias pollicetur. 6 In ſententiam trahere. 7 Accepto, & grata ſunt. 8 Sunt gratiſſima. 9 Ille qui dat. 10 Facit digna. 11 Sc. eſt mihi. Q. d. Multò pluris facio amorem tuum. 12 Per tantam navigationem. Nam dixerat Paris: *Attulimus flammas,* &c. 13 Reſpondet ad id, quod dixit: *Ah quoties aliquem cantavi potus amorem,* &c. 14 In petendo audaciuſcule. 15 Fixè aſpicientes. 16 Intueri patiuntur. Quia vix poſſum tantum tenere oculos in tuos, quantum tu tenes eos fixos in me. 17 Dixit enim Paris: *Sæpe dedi gemitus.* 18 Manu. 19 Ita declarante animum tuum, ac ſi locutus eſſes.

Non

[1] Non ſatis occultis [2] erubuique [3] notis.
Sæpe vel [4] exiguo, vel longo murmure dixi,
Nil pudet [5] hunc. [6] nec vox hæc mea falſa fuit.
Orbe quoque in [7] menſæ legi ſub [8] nomine noſtro,
Quod [9] deducta mero littera fecit, AMO.
Credere me tamen hoc oculo [10] renuente negavi.
Hei mihi! jam didici, [11] ſic quoque poſſe loqui.
His ego blanditiis, ſi [12] peccatura fuiſſem,
[13] Flecterer: his poterant pectora noſtra [14] capi.
[15] Eſt quoque (confiteor) facies tibi [16] rara: poteſtque
[17] Velle ſub amplexus ire puella tuos.
[18] Altera vel potius [19] felix ſine [20] crimine fiat,
Quam [21] cadat [22] externo noſter amore pudor.
Diſce [23] meo exemplo, formoſis poſſe carere.
Eſt virtus [24] placitis abſtinuiſſe bonis.
[25] Quam multos credas juvenes optare, quod optas,
Qui [26] ſapiant? oculos an Paris [27] unus habes?
Non tu [28] plus cernis: ſed [29] plus temerarius audes.
Nec tibi plus [30] cordis, ſed magis [31] oris ineſt.
Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina,
Cum mea virginitas mille petita procis.
Si te vidiſſem, primus de mille fuiſſes.
Judicio veniam [32] vir dabit ipſe meo.
[33] Ad poſſeſſa venis [34] præceptaque gaudia ſerus.

1 Nimis manifeſtis. 2 Puduit me. 3 Signis. 4 Submiſſa voce, ne audirer. 5 Paridem. 6 Et vera dixi: quia nullo afficiebaris pudore. 7 In menſa, quæ rotunda fiebat apud veteres. 8 De me ipſa intellexi, licet ſub alio nomine factum fuerit. Quod indicavit Paris: *Indiciumque mei*, &c. 9 Expreſſa, diviſa. 10 Mutuo tibi reſpondente. 11 Oculorum nutibus. 12 Si voluiſſem violare fidem conjugii. 13 Moverer, inducerer. 14 In amorem tuum allici. 15 Reſpondet ad id, quod dixit Paris: *Nec puto collatus formâ Menelaus*, &c. 16 Cui ſimilis vix alia reperiatur. 17 Optare. 18 Quæ non ſit núpta. 19 Quæ habeat talem maritum, qualis tu es. 20 Culpâ. 21 Pereat. 22 Peregrino, qualis tu es. 23 Quæ, licet non habeam maritum pulchrum, tamen eo ſum contenta. 24 Quæ placuerunt. 25 Q. d. plurimi ſunt. 26 Intelligunt & cognoſcunt. 27 Solus. Q. d. non. 28 Plus vides, quam alii. 29 Audaciores aliis. 30 Intellectus. 31 Verecundiæ: cujus os, i. e. facies teſtis eſt. 32 Menelaus parcet mihi, ſi hoc dico: quia etiam præpoſuiſſem te ei. 33 Ad ea gaudia, quæ aliorum ſunt. 34 Præoccupata.

Spes tua [1] *lenta fuit: quod petis,* [2] *alter habet.*
[3] *Ut tamen optarem fieri tibi Troïa conjux,*
Invitam ſic me nec Menelaus habet.
Deſine [4] *molle, precor, verbis* [5] *convellere pectus:*
Neve mihi, quam te dicis amare, [6] *noce.*
Sed [7] *ſine, quam tribuit ſortem Fortuna,* [8] *tueri:*
Nec [9] *ſpolium noſtri turpe pudoris habe.*
[10] *At Venus hoc* [11] *pacta eſt:* [12] *& in altæ vallibus Idæ*
Tres tibi ſe nudas exhibuere Deæ:
[13] *Unaque cum regnum, belli daret* [14] *altera laudem;*
[15] *Tyndaridos conjux,* [16] *tertia dixit, eris.*
Credere vix equidem cæleſtia corpora poſſum
[17] *Arbitrio* [18] *formam* [19] *ſuppoſuiſſe tuo.*
[20] *Utque* [21] *ſit hoc verum; certe* [22] *pars altera ficta eſt,*
[23] *Judicii* [24] *pretium qua data dicor ego.*
[25] *Non eſt tanta mihi fiducia corporis, ut me*
Maxima [26] *teſte Deâ dona fuiſſe putem.*
[27] *Contenta eſt oculis hominum mea forma probari:*
Laudatrix Venus eſt [28] *invidioſa mihi.*
Sed nihil [29] *inficior;* [30] *faveo quoque laudibus iſtis.*
Nam mea vox quare, [31] *quod cupit, eſſe neget?*
[32] *Nec tu ſuccenſe nimium mihi* [33] *creditus* [34] *ægre.*
[35] *Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.*

1 Pigra. 2 Menelaus. 3 Quamvis cuperem. 4 Muliebre, atque etiam mutabile. 5 Commovere, labefactare, & facere vacillare. 6 Sollicitando me. 7 Permitte. 8 Servare conditionem. 9 Rapinam, i. e. Noli me pudicitiâ ſpoliare. Sumpta à militibus metaphora, qui in victoria hoſtes ſpoliant. 10 Ad id, quod dixit Paris: *Pollicita eſt thalamo te Cytherea meo.* 11 Meum conjugium promiſit. 12 Propter illud: *Dumque tuo poſſem*, &c. 13 Juno. 14 Pallas. 15 Helenæ. 16 Venus. 17 Judicio. 18 Pulchritudinem. 19 Commiſiſſe. 20 Quamvis. 21 Judicaris de illarum forma. 22 Quam dicis, ſc. quòd ego dicar data, i. e. quod Venus victoriæ præmium tibi me propoſuerit. 23 Quod pro Venere tuliſti. 24 Merces & remuneratio. 25 Non tantùm confido pulchritudini meæ, ut credam me datam tibi à Venere pro maximis donis, quæ dari tibi potuerunt. 26 Ex Veneris teſtimonio. 27 Satis mihi eſt, quòd homines & mortales pulchritudinem meam laudant: ſed quòd Venus laudaverit me, vereor ne decipiar. 28 Fraudem parans. 29 Nego. 30 Aſſentior. 31 Sc. pulchra. 32 Nec tu iraſcere mihi, ſi vix credo tibi, quòd Veneris judicio ego ſim exiſtimata pulcherrima. 33 De iis, quæ de me dicis. 34 Nimiùm difficile. 35 Magnæ res non citò ſolent credi.

[1] Prima mea eſt igitur Veneri placuiſſe voluptas :
[2] Proxima , me [3] viſam præmia [4] ſummæ tibi :
Nec te Palladios , nec te Junonis [5] honores
Auditis Helenæ præpoſuiſſe [6] bonis.
Ergo ego ſum [7] virtus ? ego [8] ſum tibi nobile [9] regnum ?
[10] Ferrea [11] ſim , ſi non hoc ego [12] pectus amem.
Ferrea , crede mihi , non ſum : ſed amare repugno
Illum , quem fieri vix puto poſſe meum.
Quid [13] bibulum curvo proſcindere littus aratro ,
Spemque ſequi [14] coner , [15] quam locus ipſe neget ?
Sum [16] rudis ad [17] Veneris furtum : nullâque fidelem
(Dî mihi ſunt teſtes) [18] luſimus [19] arte virum.
[20] Nunc quoque , quod [21] tacito mando mea verba libello ,
Fungitur officio littera noſtra [22] novo.
Felices , quibus [23] uſus adeſt ! ego [24] neſcia rerum
Difficilem culpæ [25] ſuſpicor eſſe viam.
[26] Ipſe malo metus eſt. [27] jam nunc [28] confundor , & [29] omnes
In noſtris oculos vultibus eſſe reor.
Nec reor hoc [30] falsò. [31] ſenſi mala [32] murmura vulgi :
Et [33] quaſdam voces rettulit [34] Æthra mihi.
At tu [35] diſſimula : niſi ſi [36] deſiſtere mavis.
Sed cur deſiſtas ? diſſimulare potes.

1 Præcipua. 2 Secunda. 3 Me putatam & judicatam. 4 Sc. mihi voluptas eſt. 5 Quos Pallas offerebat. 6 Pulchritudini meæ, quam nunquam videras, ſed tantùm audieras. 7 Æſtimor à te. 8 Quam Pallas propoſuit. 9 Quod Juno obſtulit. 10 Dura, inhumana. 11 Ero. 12 Talem in me animum tuum. 13 Aridum : nam quod âret , facilè humorem haurit. 14 Quid tentem. 15 Quæ naturaliter ex ipſo loco non poſſit haberi , ſc. ſi ſolum ſit ſterile naturâ. Sed per hanc ſimilitudinem , intellexit amorem Paridis. 16 Imperita. 17 Amorem. 18 Decepimus. Virg *Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Ludis imaginibus ?* 19 Fraude, i. e. nunquam decepi maritum meum. 20 Dicit ſe nunquam antè ſcripſiſſe ad aliquem alium. 21 Occultæ epiſtolæ. 22 Inuſitato. 23 Amoris experientia & exercitatio. 24 Imperita. 25 Quia qui habitum fecit non peccandi , neſcit quomodo incipiat peccare. 26 Timor jam nocet mihi. 27 Antequam peccem. 28 Neſcio quid agam. 29 Puto omnes me jam reſpicere , & habere oculos in me converſos , & dicere : Hæc eſt , quæ maritum ſuum decepit , quæ eſt adultera. 30 Sine cauſa. 31 Percepi , intellexi. 32 Suſurros quoſdam de me. 33 Quæ de me & te dicuntur , vel de noſtro amore rumores. 34 Comes mea. 35 Occulta , & oſtende nihil eſſe. 36 Ceſſare ab amore meo.

Lude, ſed [1] occulte. [2] major, non [3] maxima nobis
Eſt data libertas, quod Menelaus abeſt.
[4] Ille quidem [5] procul eſt, ita [6] re cogente, profectus.
Magna fuit ſubitæ juſtaque [7] cauſa [8] viæ.
Aut mihi ſic [9] viſum eſt. ego, [10] cum dubitaret an iret,
Quamprimum, dixi, fac rediturus eas.
Omine [11] lætatus dedit oſcula: [12] Reſque, [13] domuſque,
Et tibi [14] ſit curæ [15] Troïcus hoſpes, ait.
[16] Vix tenui riſum. quem dum [17] compeſcere [18] luctor,
Nil illi potui dicere, præter, [19] Erit.
Vela quidem [20] Creten ventis dedit ille ſecundis.
Sed tu non [21] ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc vir [22] abeſt, ut me cuſtodiat abſens.
An neſcis [23] longas [24] Regibus eſſe manus?
[25] Fama quoque eſt [26] oneri. nam [27] quo [28] conſtantius [29] ore
Laudamur veſtro, [30] juſtius ille timet.
[31] Quæ juvat, [32] ut [33] nunc eſt, eadem mihi [34] gloria [35] damno eſt:
Et [36] melius [37] famæ verba [38] dediſſe foret.
Nec, quod abeſt, hic me tecum mirare relictam:

1 Cautè, ne quis animadvertat. 2 Quam ſi adeſſet. Quia dixerat Paris: *Sed tibi & hoc ſuadet*, &c. Reſpondet illa: ſe eſſe aliquantò in majore libertate, quam ſi maritus adeſſet; non tamen habere maximam, ut poſſit facere quod velit. 3 Quia etiam obſervor. 4 Menelaus. 5 Longè. 6 Neceſſitate exigente. 7 Ea erat, ut dividerentur in Creta Atrei bona. 8 Profectionis ejus. 9 Sc. eſſe eundum. 10 De diſceſſu in ambiguo eſſet. 11 Accipiens pro bono omine: quòd ego dixiſſem ei, ut iret. 12 Patrimonium noſtrum. 13 Familia. 14 Paris. 15 Trojani hoſpitis curam geras. Et hoc eſt, quod Paris mandaſſe eum dixit: *Idæi mando tibi, dixit iturus, Curam pro nobis hoſpitis uxor agas.* 16 Cùm viderem eum tam ſtultum, ut commendaret mihi eum, qui ſibi nocere poſſet. 17 Cohibere. 18 Nitor. 19 Fiet, i. e. erit mihi commendatus. 20 Sc. in. 21 Ob hanc cauſam, ſc. quod abſit. 22 Etiam abſens. 23 Longam poteſtatem etiam in locis remotis. 24 Principibus, qualis Menelaus eſt. 25 Nominis celebritas. 26 Adfert onus, & obligationem quandam pudicè vivendi. 27 Quantò. 28 Firmiùs. 29 Verbis omnium virorum. 30 Sc. eò, i. e. tantò. 31 Quæ delectat me. 32 Sicut. 33 Sc. honeſta, ut nunc eſt. 34 Pulchritudinis frequens fama, & honeſtæ vitæ. 35 Quia injicit mihi pudorem faciendi, quod à me petis. 36 Utilius mihi eſſet. 37 Decepiſſe ipſam famam, & me non eſſe talem, qualem fama prædicat, i. e. melius eſſet, non ſervare fidem marito. 38 Eſt decipere. Ter. *Cui verba dare difficile eſt.*

Mori-

[1] Moribus & [2] vitæ [3] credidit ille meæ.
[4] De [5] facie metuit, vitæ confidit: & illum
[6] Securum probitas, forma timere facit.
[7] Tempora ne pereant ultro data præcipis; atque
Simplicis utamur commoditate viri.
Et [8] libet, & timeo; [9] nec adhuc exacta voluntas
Eſt ſatis. [10] in dubio pectora noſtra [11] labant.
[12] Et vir abeſt nobis; & tu ſine conjuge dormis;
Inque [13] vicem tua me, te mea forma capit:
Et longæ [14] noctes: & jam [15] ſermone [16] coïmus:
Et tu (me miſeram!) [17] blandus: & [18] una [19] domus.
Et [20] peream, ſi [21] non invitant [22] omnia culpam.
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſa metu.
Quod [23] male [24] perſuades, utinam bene cogere poſſis!
Vi mea [25] ruſticitas [26] excutienda fuit.
Utilis interdum eſt [27] ipſis injuria paſſis.
[28] Sic certe felix eſſe [29] coacta velim.
Dum novus eſt, potius cœpto [30] pugnemus amori:
[31] Flamma recens parva ſparſa reſedit aqua.
[32] Certus in [33] hoſpitibus non eſt amor. [34] errat, [35] ut ipſi:
Cumque nihil ſperes [36] firmius eſſe, fuit.
[37] Hypſipyle teſtis, teſtis [38] Minoïa virgo eſt;
In non [39] exhibitis utraque queſta toris.

1 Meis honeſtis. 2 Rectè actæ. 3 Confiſus eſt. 4 Pulchritudo mea facit illum timere, & ſuſpicari de me: ſed vita cognita honeſta, facit illum confidere. 5 Propter faciem, i. e. pulchritudinem. 6 Sine cura & timore. 7 Ad id quod dixerat Paris: *Ut te nec mea vox*, &c. 8 Cupio. 9 Satis perfectè deliberata. 10 In incerto, utrum debeam uti commoditate abſentiæ viri. 11 Vacillant. 12 Reſponſio eſt ad id quod dixit: *Sola jaces viduo tam longâ nocte cubili: In viduo jaceo ſolus & ipſe toro.* 13 Viciſſim, i. e. tu me amas, & ego te. 14 Sc. ſunt. 15 Simul loquendo. 16 Conjungimur, ſimul ſumus. 17 Sc. es. 18 Id eſt, ambo ſumus in eadem domo. 19 In qua ſumus. 20 Quaſi jurantis eſt, i. e. moriar. 21 Me ad ſequendum te. 22 Quæ in parte tua ſunt. 23 Vix. 24 Tuâ epiſtolâ, & rationibus adſcriptis. 25 Ruſticus pudor. 26 Ejicienda. 27 Illis, qui eam paſſi ſunt. 28 Inferendo injuriam. 29 Cogerer habere ea bona, quæ mihi promittis, & per te mihi contingere poſſunt. 30 Reſiſtamus. 31 Amor incipiens, facilè poteſt extingui: ſicut ignis novus exiguâ aquâ extinguitur. 32 Firmus. 33 Peregrinis, non habentibus certum domicilium. 34 Vagatur amor. 35 Hoſpites. 36 Stabilius. 37 Jaſon enim Hypſipylen reliquit. 38 Ariadna: Theſeus enim Ariadnam quoque reliquit. 39 Non datis, ſed negatis illis: de qua re juſte conqueruntur.

[1] Tu quoque dilectam multos, [2] infide, per annos
Diceris [3] Oenonen deſtituiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas; & nobis omnia de te
[4] Quærere, ſi neſcis, maxima cura fuit.
Adde quod, ut cupias conſtans in amore manere,
Non potes. [5] expediunt jam tua vela Phryges.
Dum loqueris mecum, dum [6] nox ſperata [7] paratur,
Qui ferat in patriam, jam tibi ventus erit.
[8] Curſibus in mediis novitatis plena relinques
Gaudia: cum ventis noſter [9] abibit amor.
[10] An ſequar, ut ſuades; [11] laudataque Pergama viſam;
[12] Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita [13] contemno [14] volucris [15] præconia Famæ,
Ut [16] probris terras impleat [17] illa meis.
Quid de me [18] Sparte poterit, quid [19] Achaïa tota,
Quid gentes Aſiæ quid tua Troja [20] loqui?
Quid Priamus de me, Priami quid [21] ſentiet [22] uxor;
Totque tui fratres, Dardanideſque nurus?
[23] Tu quoque, [24] quô poteris tibi me ſperare fidelem,
Et non [25] exemplis [26] anxius eſſe tuis?
Quicunque Iliacos intraverit advena portus,
Is tibi ſolliciti [27] cauſa timoris erit.
[28] Ipſe mihi quoties iratus, Adultera, [29] dices!
[30] Oblitus noſtro crimen [31] ineſſe tuum.
Delicti fies idem reprehenſor & [32] auctor.
Terra, precor, vultus obruat ante meos.

1 Qui mihi tot tantaque promittis. 2 Perjure, & fraudulente. 3 Uxorem tuam. 4 Inveſtigare. 5 Expedire parant. 6 Quâ mecum futurus es. 7 Conſtituitur inter nos. 8 In medio amoris gaudio. 9 Tecum: & oblivifceris mei. 10 Ad id quod dixit Paris: *Ibis Dardanias ingens regina per urbes.* Et item: *Innumeras urbes*, &c. Et item: *Troïca claſſis adeſt*, &c. 11 A te. 12 Nurus ad patrem mariti refertur, pronurus ad avum: ſicut nunc ad Laomedonta, avum Paridis. 13 Parvi facio. 14 Velocis. 15 Voces. 16 Ignominiis, vituperiis. 17 Fama. 18 Lacedæmones. 19 Peloponneſus, vel Græcia. 20 Niſi me eſſe adulteram. 21 Indicabit. 22 Hecuba, Ciſſei regis filia. 23 Cùm videbis me fregiſſe fidem Menelao. 24 Quomodo. 25 Ne alius ita me ſollicitet, & alienet à te, ſicut à Menelao. 26 Sollicitus, & plenus timoris. 27 Quia putabis, eum eadem intentione veniſſe, quâ tu hùc veniſti. 28 Tu. 29 Me appellabis adulteram. 30 Oblitus, quòd non potes maledicere de me, quin maledicas de te. 31 Conjunctum eſſe. 32 Cauſa.

At

[1] *At fruar Iliacis opibus, cultuque beato:*
Donaque promiſſis [2] uberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretioſaque texta dabuntur:
[3] Congeſtoque auri pondere dives ero.
[4] Da veniam [5] faſſæ; non ſunt tua munera [6] tanti.
Neſcio quo [7] tellus me [8] tenet iſta [9] modo.
Quis mihi, ſi lædar, [10] Phrygiis ſuccurrat in [11] oris?
Unde petam fratres, unde parentis opem?
[12] Omnia Medeæ fallax promiſit Iäſon:
Pulſa eſt Æſoniâ num [13] minus illa domo?
Non erat [14] Æëtes, ad quem deſpecta rediret:
Non [15] Ipſêa parens, [16] Chalciopeque ſoror.
[17] Tale nihil timeo; [18] ſed nec Medea timebat.
Fallitur [19] augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Omnibus invenies, quæ nunc [20] jactantur in alto,
Navibus à portu [21] lene fuiſſe fretum.
Fax quoque me terret: quam ſe peperiſſe cruentam
[22] Ante diem partûs eſt tua viſa [23] parens.
Et vatum timeo [24] monitus: quos igne Pelaſgo
Ilion arſuram [25] præmonuiſſe ferunt.
Utque favet Cytherêa tibi, quia vicit, habetque
Parta per arbitrium [26] bina tropæa tuum;
Sic [27] illas vereor; quæ, ſi [28] tua gloria vera eſt,
Judice te cauſa non tenuere duæ.

1 Objectio. 2 Plura, quam promiſiſti. 3 Cumulato, & undique ad me collato. 4 Reſponſio. 5 Mihi verum fatenti. 6 Ut velim hinc diſcedere. 7 Solum patrium. 8 Delectat. 9 Quâ dulcedine. 10 Trojanis: ubi homo nullus ex meis. 11 Regionibus. 12 Quia poſſet Paris dicere: Nunquam te deſeram, ero tibi loco fratrum & parentis. 13 Nihilominus, licet habuiſſet tot promiſſa. 14 Pater ejus. 15 Ipſea mater ejus: licet ſecundum alios Idya nominaretur. 16 Medeæ ſoror fuit, quæ Phryxo nupſit 17 Ut me pellas. 18 Cum ei promitteret Jaſon. 19 Suâ bonâ ſpe: & eo, quòd augurabatur ſibi benè eventurum. 20 Agitantur procellis. 21 Tranquillum. Q. d. Naves, quæ in mari tempeſtate jactantur, quando exiverunt è portu, habuerunt ventos proſperos: ſed poſteà mutati ſunt. Et ita vult ſignificare, fortunam ſuam poſſe ſibi mutari: quia ſi Paris eam nunc diligit, poſſet mutare voluntatem. 22 Pridiè quam te pareret. 23 Hecuba. 24 Vaticinia. 25 Calchas incendium Trojanum prædixiſſe dicitur. 26 Duas victorias, i. e. victoriam ex duabus eſt conſecuta, à Junone & Pallade. 27 Junonem & Palladem: ne te ulciſci velint. 28 Si verum eſt, quod tu jactas ad tuam gloriam, quòd de his judicium tuleris.

Nec

[1] *Nec dubito, quin, te ſi proſequar, arma parentur.*
Ibit per [2] gladios (hei mihi!) noſter amor.
An fera Centauris [3] indicere bella coëgit
[4] Atracis [5] Hæmonios Hippodamia viros?
Tu fore tam juſta [6] lentum Menelaon in [7] ira,
Et [8] geminos fratres, Tyndareumque putas?
Quod bene te jactas, & [9] fortia facta [10] recenſes;
A verbis [11] facies [12] diſſidet iſta ſuis.
Apta magis [13] Veneri; quam ſint tua corpora [14] Marti.
Bella gerant fortes: tu [15] Pari, ſemper ama.
[16] Hectora, quem laudas, pro te pugnare jubeto;
Militia eſt [17] operis [18] altera digna tuis.
[19] His ego, [20] ſi ſaperem, pauloque audacior eſſem,
Uterer. utetur, ſi qua puella ſapit.
Aut ego depoſito [21] faciam fortaſſe pudore;
Et dabo [22] conjunctas tempore victa manus.
[23] Quod petis, ut [24] furtim præſentes plura loquamur;
Scimus quid [25] captes, [26] colloquiumque voces.
Sed nimium properas; & adhuc tua meſſis in [27] herbâ eſt.

1 Reſpondet ad id quod Paris dixerat: *Nec tu rapta time*, &c. Ad hoc reſpondet, ſe non dubitare, quin bella propter ſe moveantur. 2 Arma. 3 Denunciare, movere 4 Theſſalica. Atrax enim Theſſaliæ urbs eſt. Ex ea fuit Hippodamia, Pirithoi uxor, propter quam inter Lapithas & Centauros aſperrima pugna orta eſt. Centauri tandem Theſei Herculiſque viribus trucidati, & in fugam acti ſunt. 5 Lapithas, Theſſaliæ populos, qui centauros ſuperarunt. 6 Pigrum. 7 Pro rapta conjuge. 8 Caſtorem & Pollucem. 9 Quòd nec plus Atrides animi Menelaus habebit. Dixerat enim Paris: *Nec plus Atrides animi Menelaus habebit*, &c. Reſpondet Helena, Paridem potiùs habere faciem aptam Veneri, quam armis. 10 Numeras, commemoras. 11 Quæ amorem non bellum præ ſe fert. 12 Diſcrepat, & non convenit cum his quæ dicis. 13 Ad amandum, vel amori. 14 Bello, vel ad bellum. 15 Qui mollis & delicatus es. 16 Quia dixerat Paris: *Omnia ſi dederis*, &c. Dicit Helena, Sine Hectora pugnare pro me. 17 Exercitiis, & factis. 18 Amoris, non belli: quia *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.* 19 Operis tuis. 20 Si non eſſem rudis, & timida. 21 Utar his operis amoris. 22 Amori ſuccumbam. 23 Reſpondet ad id, quod dixerat Paris: *Sed coram ut plura loquamur, Excipe me lecto nocte ſilente tuo.* 24 Clam. 25 Velis. 26 Quia vis colloquium tuum eſſe concubitum. 27 Tranſlatio à meſſoribus, quæ non ſunt certæ, dùm adhùc in herba ſunt, ſed poſtquam collectæ ſunt. Q. d. nondum amor omnis incaluit, ita ut ſuas jam vires ſentiat, & perfectus ſit.

Hæc [1] *mora* [2] *ſit voto forſan* [3] *amica tuo.*
[4] *Hactenus arcanum* [5] *furtivæ conſcia mentis*
Littera jam [6] *laſſo pollice* [7] *ſiſtat* [8] *opus.*
[9] *Cætera per ſocias Clymenen Æthramque loquamur,*
Quæ mihi ſunt [10] *comites conſiliumque duæ.*

1 Dilatio. 2 Erit. 3 Quia proderit tibi. 4 Ordo eſt : Litera hactenus conſcia mentis. 5 Cui hactenus commiſi meæ mentis ſecreta. 6 Finiat. 7 Officium ſcribendi ſecreta. 8 Manu ſcribendo fatigatâ. 9 Quæ inter nos agenda reſtant, ad conficiendum quod uterque volumus. 10 Quas habeo comites, & conſilii mei participes.

EPISTOLA XVIII.

ARGUMENTUM.

Cùm Leander Abydenus Seſtiam puellam Heronem miserè deperiret, per Helleſpontum noctu ad eam natare conſueverat. Sed maris tempeſtate interclusus, jam præteritis ſeptem diebus, ad amicam Heronem, per audacem nautam, eâ tempeſtate Seſton navigantem, hanc epiſtolam miſit : in quâ primùm amorem ſuum firmum & ſtabilem eſſe oſtendit. Deinde queritur, quòd natandi facultas ob ferventiſſimùm maris æſtum ei ſit ablata. Denique pollicetur ſe brevi iturum : & quamvis mare non fuerit tranquillum, ſe tamen periculis potiùs commiſſurum, quam illius jucundiſſimo conſpectu atque colloquio cariturum.

LEANDER HERONI.

MIttit [1] *Abydenus, quam mallet ferre; ſalutem,*
[2] *Si cadat ira maris,* [3] *Seſta puella, tibi.*
Si mihi Dî [4] *faciles & ſunt in amore* [5] *ſecundi;*
[6] *Invitis oculis hæc mea verba leges.*
[7] *Sed non ſunt faciles. nam cur mea* [8] *vota* [9] *morentur,*
[10] *Currere me* [11] *notâ nec patiantur aquâ?*
[12] *Ipſa vides* [13] *cœlum pice* [14] *nigrius; & freta ventis*

1 Leander ex Abydo, Aſiæ urbe, Leandri patriâ. 2 Si non eſſent procellæ, ferrem, non mitterem ſalutem. 3 Hero Seſtia, i. e. ex Seſto, urbe Europæ, Heronis patriâ, ad quam Leander natare ſolebat. 4 Benigni, exorabiles. 5 Faventes. 6 Non libenter : quia ſi me amas, ut opto, malles me videre, quam legere hanc meam epiſtolam. 7 Sed non exaudiunt mea vota. 8 Natandi deſiderium. 9 Impediunt. 10 Natare. 11 Aſſuetâ. 12 Tu: ne mihi hoc credas. 13 Aërem. 14 Obſcurius.

Turbi-

[1] Turbida, perque cavas vix [2] adeunda rates.
[3] Unus, & hic [4] audax, à quo tibi littera noſtra
Redditur, è portu navita [5] movit iter.
[6] Aſcenſurus eram: niſi quod, cum [7] vincula [8] proræ
Solveret, in [9] ſpeculis [10] omnis Abydos erat.
Non poteram [11] celare meos, [12] velut ante, parentes:
Quemque [13] tegi volumus, non latuiſſet amor.
Protinus hæc ſcribens, Felix, i, littera, dixi:
Jam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam [14] tangêre labellis;
Rumpere dum niveo [15] vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cætera cum [16] chartâ dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem, quam [17] ſcriberet, illa [18] nataret,
Meque per aſſuetas [19] ſedula ferret aquas!
[20] Aptior illa quidem placido dare verbera ponto.
Eſt tamen & [21] ſenſûs [22] apta miniſtra mei.
Septima nox agitur, ſpatium mihi longius anno,
Sollicitum [23] raucis ut mare [24] fervet aquis.
[25] His ego ſi [26] vidi mulcentem pectora ſomnum
Noctibus; [27] inſani ſit mora longa freti.
[28] Rupe ſedens aliqua ſpecto tua [29] littora triſtis:
Et quo non poſſum corpore, [30] mente feror.
[31] Lumina quin etiam ſummâ [32] vigilantia turre,

1 Commota. 2 Per quæ naves vix queant ire, i. e. navigare: nedum homines natabunt. 3 Solus. 4 Qui non timet periculum navigationis. 5 Movit navem, ingreſſus eſt navigationem. 6 Conſcendiſſem navem cum illo nautâ. 7 Funes, retinacula. 8 Navis. Pars pro toto. 9 In loco, undè ſpectabant diſceſſum navis. *Specula* enim propriè ſignificat quem libet locum eminentem, unde poſſumus ſpeculari. 10 Omnes Abydeni. 11 Amorem meum. 12 Celaveram. 13 Eſſe occultum. 14 Baſiaberis. 15 Literarum ſigilla; vel fila, quibus literæ ſolent ligari. 16 Cætera ſcripſi. 17 Mitteret hanc epiſtolam. 18 Ad te veniens. 19 Natatui aſſiduo intenta. 20 Magis idonea eſt natando percutere undas tranquilli maris, quam ſcribere. 21 Voluntatis, animi. 22 Et tamen optimè exprimit, & literis notat quod in animo habeo. 23 Murmurantibus. 24 Movetur, æſtuat. 25 Septem noctibus. 26 Dormivi. 27 Precor ut diu duret tempeſtas maris, quod minimè vellem. 28 Alto ſaxo. 29 Seſti, ubi tu es. 30 Venio cogitatione, quò corpore venire non poſſum. 31 Incenſam facem, quam in quadam turri ſuâ Hero ponere ſolebat, ad quam facem Leander natabat. 32 Stantia nocte, quaſi pro vigilia.

Aut

Aut videt, aut [1] *acies noſtra videre putat.*
Ter mihi depoſita eſt in ſicca veſtis arena.
Ter grave tentavi carpere nudus [2] *iter.*
Obſtitit inceptis [3] *tumidum juvenilibus æquor:*
Merſit & adverſis ora natantis [4] *aquis.*
At tu de rapidis [5] *immanſuetiſſime ventis,*
Quid mecum certâ prælia [6] *mente geris?*
In [7] *me, ſi neſcis, Borea, non æquora,* [8] *ſævis.*
[9] *Quid faceres,* [10] *eſſet ni tibi notus amor?*
Tam [11] *gelidus cum ſis, non te tamen, improbe, quondam*
[12] *Ignibus Actæis* [13] *incaluiſſe negas.*
[14] *Gaudia rapturo ſi quis tibi claudere vellet*
[15] *Aërios aditus;* [16] *quo paterere modo?*
[17] *Parce, precor;* [18] *facilemque move moderatius auram.*
Imperet [19] *Hippotades ſic tibi triſte* [20] *nihil.*
[21] *Vana peto, precibuſque meis* [22] *obmurmurat ipſe:*
Quaſque [23] *quatit, nulla parte* [24] *coërcet aquas.*
Nunc daret audaces utinam mihi [25] *Dædalus alas!*
[26] *Icarium quamvis hic prope littus adeſt.*
Quidquid erit, patiar: liceat modo corpus in auras
[27] *Tollere; quod dubia ſæpe* [28] *pependit aqua.*
Interea, dum cuncta [29] *negant ventique fretumque,*
Mente [30] *agito* [31] *furti* [32] *tempora prima mei.*

1 Oculi noſtri. 2 Navigationem periculoſam. 3 Commotum. 4 Objectis procellis. 5 O Borea, qui violentiâ cæteros ventos ſuperas. 6 Animo deliberato. 7 Amantem. 8 Uteris immanitate. 9 Quâ uttereris violentiâ? 10 Niſi ſcires, quid ſit amor. 11 Frigidus. 12 Amoribus Athenienſibus, propter raptam Orythyiam. 13 Exarſiſſe, incenſum eſſe, quod eſt contrà frigiditatem. 14 Cùm Orythyiam rapere deſtinaſſes. 15 Iter per aëra, quò minùs ad arcem Athenienſem evolares, undè Orythyiam rapuiſti. 16 Quâ patientiâ fuiſſes? Q. d. ægerrimè tuliſſes. 17 Sis tuo exemplo manſuetior. 18 Levem, non impetuoſam. 19 Æolus, Hippotæ filius. 20 Nihil quod tibi ſit grave & moleſtum. 21 Quoniam meis precibus Boreas non movetur, ſed immanior eſt. 22 Contrà murmurat. 23 Commovet. 24 Mulcet, placat. 25 Qui fabricatis ſibi & Icaro filio alis, Minois iram fugit. 26 Non dubitarem volare, licet Icarus ſuo caſu proximo mari nomen dederit. Quod tamen debeat me admonere, periculoſum eſſe, credere ſe aëri, & volare. 27 Elevare. Dummodò volare poſſim. 28 Libratum eſt in undis, dùm natavimus. 29 Prohibent omnia, & volatum, & natationem. 30 Cogito. 31 Concubitus. 32 Cùm primùm ad te natavi.

[1] Nox erat [2] incipiens (namque eſt meminiſſe voluptas)
Cum foribus [3] patriis [4] egrediebar [5] amans.
Nec mora: depoſito pariter [6] cum veſte timore,
[7] Jactabam liquido brachia [8] lenta mari.
Luna ferè [9] tremulum præbebat lumen eunti,
[10] Ut comes in noſtras [11] officioſa vias.
[12] Hanc ego ſuſpiciens, [13] Faveas, Dea candida, dixi;
Et ſubeant animo [14] Latmia ſaxa tuo.
Non ſinat [15] Endymion te pectoris eſſe [16] ſeveri.
[17] Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.
[18] Tu, Dea, [19] mortalem cœlo delapſa petebas.
Vera loqui liceat; [20] quam ſequor, ipſa Dea [21] eſt.
[22] Neu referam mores cœleſti pectore dignos;
Forma niſi in veras non cadit illa Deas.
[23] A Veneris facie [24] non eſt prior ulla tuâque.
Neve meis credas vocibus, [25] ipſa vides.
[26] Quanto, cum fulges radiis argentea puris,
[27] Concedunt flammis ſidera cuncta tuis;
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt.
Si dubitas, cæcum, [28] Cynthia, [29] lumen habes.
Hæc ego, vel [30] certe non his [31] diverſa, locutus
Per mihi [32] cedentes nocte [33] ferebar aquas.
Unda repercuſſæ [34] radiabat [35] imagine Lunæ,

1 Deſcribit tempus, quo primùm natavit ad Heronem, & eâ potitus eſt. 2 Prima pars noctis. 3 Paternis. 4 Ut ad te natarem. 5 Ego captus amore tui. 6 Quia eram nudus. 7 Movebam. 8 Mollia, natatu flexibilia. 9 Propter motum aquæ. 10 Tanquam. 11 Præſtans officium. 12 Lunam. 13 Adjuves me. 14 Mons Latmius, qui eſt Cariæ mons; ubi Luna cum Endymione concubuiſſe fertur. Q. d. Recordare, ô Luna, Latmii montis, ubi cum Endymione concubuiſſe diceris. 15 Amor Endymionis. 16 Triſtis, à voluptatibus alieni. 17 Lumina eunti miniſtres. 18 Anteponit amorem ſuum amori Lunæ. 19 Endymionem. 20 Quam ego peto. 21 Non autem mortalis. 22 Ut taceam mores, quos hæc mea puella habet divinos: talis pulchritudo non poſſet ei contingere, niſi eſſet Dea. 23 Poſt pulchritudinem Veneris & tuam. 24 Non eſt, quæ antecedat Heronem 25 Tu. 26 O Luna, quantò es ſplendentior omnibus aliis ſtellis, cùm tu nitidiſſima fulges in cœlo: tantò illa pulchritudine ſuâ omnes alias puellas ſuperat. 27 Vincuntur ſplendore tuo. 28 O Luna: à Cyntho, Deli monte. 29 Non benè vides. 30 Saltem. 31 Non contraria. 32 Dantes locum corpori meo. 33 Ibam. 34 Splendebat. 35 Splendore. Reverberatæ: nam aqua videtur retroflectere radios lunæ.

Et [1] *nitor in tacita nocte diurnus erat:*
[2] *Nullaque vox, noſtras nullum veniebat ad aures,*
Præter [3] *dimotæ* [4] *corpore murmur aquæ.*
[5] *Alcyones ſolæ memores* [6] *Cæycis amati*
Neſcio quid viſæ ſunt mihi dulce queri.
[7] *Jamque fatigatis humero ſub utroque lacertis,*
[8] *Fortiter in ſummas* [9] *erigor altus aquas.*
[10] *Ut procul aſpexi* [11] *lumen, Meus* [12] *ignis in* [13] *illo eſt;*
Illa meum, dixi, littora [14] *lumen habent.*
Et [15] *ſubito laſſis vires rediere lacertis:*
Viſaque, quam fuerat, [16] *mollior unda mihi.*
[17] *Frigora ne poſſim gelidi ſentire* [18] *profundi,*
Qui [19] *calet in cupido pectore,* [20] *præſtat amor.*
[21] *Quo magis* [22] *accedo, propioraque littora fiunt,*
Quoque [23] *minus reſtat; plus* [24] *libet ire mihi.*
Cum vero poſſum [25] *cerni quoque; protinus addis*
[26] *Spectatrix* [27] *animos,* [28] *ut valeamque facis.*
Tunc etiam nando [29] *dominæ placuiſſe* [30] *laboro,*
Atque oculis [31] *jacto brachia noſtra tuis.*
Te tua vix prohibet nutrix deſcendere in [32] *altum.*
[33] *Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba* [34] *dabas.*
Nec tamen [35] *effecit, quamvis retinebat euntem,*

1 Lux, quæ ſolet eſſe de die, erat in nocte, i. e. nox erat clara ſicut dies. 2 Alicujus vel hominis, vel animalis. 3 Diviſæ 4 Meo. 5 Solummodò audiebam Alcyones volucres, quæ videbantur dulci voce querelam effundere. 6 Cœyx enim, Luciferi filius, cùm ad oraculum Apollinis, uxore invitâ navigaſſet, in mare decidit. Alcyone, uxor ejus, de marito ſollicita, in ſomnis à Jove eſt monita, ut littus peteret. Illic cùm mariti cadaver reperiſſet, ſe ſcopulo in mare præ dolore dejecit. Dii miſeratione moti, utramque in aves Alcyones mutarunt. *Ovid.* 11. *Metam.* Has igitur ſolas volucres, perturbato mari querelam effundentes, ſe audiiſſe Leander dicit. 7 Solent enim natantes defatigatis brachiis, ſuſtentare corpus aliquantulum ſuper undis: quod ſe feciſſe dicit. 8 Omni conatu. 9 Elevor. 10 Poſtquam. 11 Quod in turri ſuâ eminebat. 12 Amor. 13 Lumine. 14 Heronem meam. 15 Dictis his verbis. 16 Ad natandum facilior. 17 Quæ natantibus maximè obſunt. 18 Maris. 19 Qui facit calorem in pectore meo amoris pleno. 20 Efficit. 21 Quantò. 22 Appropinquo. 23 Sc. viæ, ad perveniendum ad littus. 24 Animi eſt mihi, & voluntatis. 25 Videri à te. 26 Tu quæ ſpectas me. 27 Facis me animoſiorem. 28 Ut poſſim, & ſim fortis. 29 Tibi. 30 Curo. 31 Cum arte & oſtentatione moveo, & oſtendo. 32 In mare, ut mihi obviam venias. 33 Quòd in mare procurrere volueris. 34 Me non fallebas. 35 Nutrix tua.

Ne fieret prima pes tuus [1] *udus* [2] *aqua.*
[3] *Excipis amplexu, feliciaque oſcula jungis:*
[4] *Oſcula (Dî magni!) trans mare digna peti.*
Eque tuis demtos [5] *humeris mihi tradis* [6] *amictus:*
Et madidam ſiccas æquoris [7] *imbre comam.*
Cætera nox & nos, & [8] *turris conſcia novit,*
Quodque mihi [9] *lumen per vada monſtrat iter.*
Nec magis illius numerari gaudia noctis;
[10] *Helleſpontiaci quam maris* [11] *alga poteſt.*
Quo brevius ſpatium nobis [12] *ad furta dabatur,*
Hoc magis eſt cautum, ne foret illud [13] *iners.*
Jamque, [14] *fugatura Tithoni* [15] *conjuge* [16] *noctem,*
[17] *Prævius Auroræ Lucifer ortus erat.*
Oſcula [18] *congerimus properata ſine ordine* [19] *raptim,*
Et querimur parvas [20] *noctibus eſſe moras.*
Atque ita, [21] *cunctatus* [22] *monitum nutricis* [23] *amaræ,*
Frigida [24] *deſerta littora turre peto.*
[25] *Digredimur flentes: repetoque ego virginis* [26] *æquor,*
Reſpiciens dominam, dum licet, [27] *uſque meam.*
[28] *Si qua fides vero eſt; veniens* [29] *huc eſſe* [30] *natator;*
Cum [31] *redeo,* [32] *videor naufragus eſſe mihi.*
Hoc quoque ſi credas, ad te via [33] *prona videtur:*
A te cum redeo, [34] *clivus* [35] *inertis aquæ.*

1 Humefactus. 2 Aquâ magis vicina littori. 3 Cùm ſum in littore. 4 Oſcula, quæ etiam Dii cœleſtes, ut aſſequerentur, poſſent tranare mare, ſicut ego. 5 Quibus te ſpoliaſti, ut me tegas. 6 Veſtes. 7 Aquâ. 8 In quam ambo convenimus. 9 Quod in turri eminens videbatur, ſc. novit cætera. 10 Quod tranabat Leander. 11 Eſt minuta quædam herba, quæ naſcitur in mari. Quidam legunt *unda*. 12 Ad concubitus noſtros occultos. 13 Sine effectu voluptatis: quia dabam operam, ut illud totum in voluptatibus conſumerem. 14 Expulſurâ. 15 Aurorâ Tithoni conjuge ſeu uxore. 16 Nam adveniente aurorâ nox abit, i. e. cùm aurora diem nunciat. 17 Præcedens auroram. 18 Conjungimus, commiſcemus. 19 Certatim. 20 Noctes eſſe breves. 21 Moratus, ita oſculando nos. 22 Mandatum. 23 Acerbo, ingrato, quia invitus audio me moneri, ut inde diſcedam. 24 Relicto loco, ubi voluptate fruebamur. 25 Diſcedimus. 26 Mare Helleſpontum; ita dictum ab Helle puellâ, quæ in mare delapſa, ei nomen dedit. 27 Aſſiduè dùm poſſum. 28 Si veritati, quam dico, creditur. 29 Ad te. 30 Videor optimè natandi peritus, propter affectum amoris, qui me adjuvat. 31 Diſcedo à te. 32 Videor ſubmergi fluctibus, & periclitari. 33 Natatu facilis. 34 Collis quidam ad ſuperandum difficillimus. 35 Immobilis: quæ non tam facilè natatur, ſicut aqua mobilis.

Invitus

Invitus repeto patriam: quis credere poſſit?
Invitus certe [1] nunc moror urbe mea.
Hei mihi! cur [2] animo junčti, [3] ſecernimur [4] undis?
Unaque mens, [5] tellus non [6] habet una duos?
Vel tua me Seſtos, vel te mea [7] ſumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quam tibi noſtra placet.
Cur ego [8] confundor, quoties confunditur [9] æquor?
Cur mihi cauſa levis [10] ventus [11] obeſſe poteſt?
Jam [12] noſtros curvi norunt delphines amores:
Ignotum nec me [13] piſcibus eſſe reor.
Jam patet [14] attritus [15] ſolitarum limes aquarum;
Non aliter, [16] multâ quam via preſſa rotâ.
[17] Quod mihi non eſſet [18] niſi ſic iter, ante querebar:
At nunc per [19] ventos [20] hoc quoque [21] deeſſe queror.
Fluctibus [22] immodicis Athamantidos [23] æquora [24] canent,
Vixque manet [25] portu tuta carina ſuo.
Hoc mare, [26] cum primum de [27] virgine [28] nomina merſâ,
Quæ tenet, eſt [29] nactum, tale [30] fuiſſe puto.
Et [31] ſatis amiſsâ locus hic infamis ab Helle eſt:
[32] Utque mihi [33] parcat, [34] crimine [35] nomen habet.
Invideo Phryxo; quem per freta [36] triſtia tutum

1 Cùm ad te natare non poſſum. 2 Amore pares. 3 Separamur. 4 Parvâ freti diſtantiâ. 5 Eadem terra, ſive Seſtia, ſive Abydena. 6 Cur non ſumus ambo in eadem terra? 7 Sumeret. 8 Perturbor. 9 Mare perturbatur: quod non fieret, ſi eſſemus in eadem terra. 10 Ventus, qui eſt parva cauſa. 11 Nocere, impediendo natationem meam: quod facere non poſſet, ſi eſſemus ſimul. 12 Propter frequentem natationem meam. 13 Sc. aliis. 14 Frequentatus. 15 Aſſuetarum meæ natationi. 16 Multis rotis. Q. d. Tam ſæpè natavi, ut appareat in aquis quaſi limes quidam, quem meo corpore feci tanquam ſemi, cubita rotæ, vel via, per quam multæ incedunt rotæ. Hyperbole eſt: hæc enim fieri non poſſunt. 17 Ego antè querebar, quòd non poſſem ad te iterare, i. e. venire. 18 Sc. natando. 19 Causâ ventorum, qui me prohibent. 20 Sc. iterare natando. 21 Me non habere. 22 Maximis. 23 Mare Helles, quæ filia fuit Athamantis. 24 Spumeſcunt procellis aſſiduis. 25 Ubi plerumque ſolet eſſe tranquillitas. Quantò ergo minùs tuti erunt homines in medio ipſius? 26 Quando primò. 27 De Helle in hoc mari ſubmersâ. 28 Nam Helleſpontus eſt appellatus. 29 Eſt adeptum. 30 Ut nunc eſt, i. e. adeò turbatum. 31 Satis ad infamiam & ſævitiam nominatus. 32 Et quamvis. 33 Me non ſubmergat. 34 Habet infamiam. 35 Quia appellatur Helleſpontus. 36 Procelloſa maria.

Aurea [1] *lanigero vellere* [2] *vexit ovis.*
[3] *Nec tamen officium pecoris naviſve requiro :*
[4] *Dummodo , quas findam corpore , dentur aquæ.*
[5] *Arte egeo nullâ : fiat* [6] *modo* [7] *copia nandi ,*
[8] *Idem* [9] *navigium ,* [10] *navita ,* [11] *vector , ero.*
[12] *Nec ſequar aut* [13] *Helicen , aut , qua* [14] *Tyros utitur ,* [15] *Arcton :*
[16] *Publica non curat ſidera noſter amor.*
[17] *Andromedan alius ſpectet ,* [18] *claramve Coronam ,*
Quæque micat [19] *gelido Parrhaſis* [20] *Urſa* [21] *polo.*
At mihi , [22] *quod Perſeus & cum* [23] *Jove* [24] *Liber amarunt ,*
[25] *Indicium dubiæ non placet eſſe viæ.*
Eſt [26] *aliud lumen multo mihi certius iſtis ;*
[27] *Non erit in tenebris quo* [28] *duce noſter amor.*
[29] *Hoc ego* [30] *dum ſpectem , Colchos , &* [31] *in ultima Ponti ,*
[32] *Quaque viam* [33] *fecit Theſſala* [34] *pinus ,* [35] *eam :*

1 Ovis ſive aries habens pellem auream. 2 Ultrà mare ſine ſubmerſione. 3 Non tamen conor habere vel arietem , ut habuit Phryxus : vel navem aliquam. 4 Modò corpore meo natare poſſim. 5 Non alienis opus eſt mihi adminiculis , ut navibus , nautis , velis , quibus per undas vehimur. 6 Tantummodò. 7 Facultas. 8 Ego idem. 9 Navis. 10 Qui regam & agam navem. 11 Qui vehar. Paſſivè hic accipitur. 12 Non navigabo ad obſervationem ſyderum , ſicut alii ſolent : ſed tantùm ſpectabo amoris mei lumen. 13 Urſam majorem. 14 Tyrii. 15 Urſam minorem , quam Cynoſuram appellant. 16 Quæ in aliis nota & communia ſunt , i. e. quæ omnes aſpicere poſſunt. 17 Stellam Andromedes. Fuit autem Andromede Cephei & Caſſiopes filia , quæ in cœlum relata eſt ob Perſei gratiam , quam ſecuta eſt. 18 Stellam Ariadnes : Gemmæ enim coronæ Ariadnes , quæ novem fuiſſe dicuntur , in ſtellam , quæ Corona appellatur , mutatæ fuerunt. 19 Frigido , ſeptentrionali. 20 Arcadica : nam Parrhaſos Arcadiæ urbs fuit. 21 Axis extremitates Poli mundi appellantur , à verbo πολέω . *verto* : quia circùm hos tota mundi machina circumvolvitur. 22 Id eſt , Andromeden , quam amavit Perſeus. 23 Quam Jupiter. Ea eſt Calliſto in urſam mutata. Q. d. Nolo habere pro indicio natationis meæ ſtellam Andromedes, vel Ariadnes , vel Calliſtonis , i. e. urſæ. 24 Bacchus. Et ſignificat Ariadnen. 25 Demonſtrationem , ſignum. 26 Quod tu , ô Hero , in turri tua mihi oſtendis : vel per *lumen* intelligit ipſam amicam Heronem. 27 Non ignorabit iter. 28 Quo regente me. 29 Lumen tuum. 30 Dummodò. 31 Sc. & in extremas , aut periculoſiſſimas partes orbis. 32 Ivit. 33 Sc. parte. 34 Argo , navis Jaſonis , quæ Colchos petiit. 35 Paro ire.

[1] Et juvenem poſſim ſuperare Palæmona nando,
Miraque quem ſubito reddidit herba [2] Deum.
Sæpe per aſſiduos [3] languent mihi brachia motus,
Vixque per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His ego cum dixi, [4] Pretium non vile laboris
Jam dominæ vobis colla [5] tenenda dabo:
Protinus illa [6] valent, atque ad [7] ſua præmia [8] tendunt;
[9] Ut celer [10] Eléo [11] carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur [12] ſervo, quibus uror, amores:
[13] Teque, magis cœlo digna puella, ſequor.
Digna quidem cœlo, ſed adhuc tellure morare:
[14] Aut dic ad Superos & mihi quâ ſit iter.
[15] Hic es, & [16] exiguùm miſero contingis amanti:
[17] Cumque meâ fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quòd lato non ſeparor æquore, prodeſt?
[18] Num minus hoc nobis tam brevis [19] obſtat aqua?
An malim dubito toto procul orbe [20] remotus
[21] Cum domina longè ſpem quoque habere mea.
Quo [22] propius nunc es, [23] flamma propiore [24] caleſco:

1 Poſſim meliùs natare, quam Palæmon Deus maris, qui & Portunus & Melicerta dicitur. 2 Glaucum ſignificat: qui cùm piſcator eſſet apud Anthedonem Euboïcam, & piſces in littore poſitos, guſtatâ quadam herbâ, in mare reſiliiſſe vidiſſet, & ipſe ejus herbæ vim experiri decrevit: quâ guſtatâ, ſtatim in mare ſaliit, & Deus factus eſt. Dicit ergo Leander, dummodò ſpectet amicam ſuam, poſſe ſuperare nando Palæmona & Glaucum Deos maris. 3 Debilitantur, fatigata ſunt. 4 Quæ remuneratio veſtro labore erit digna. 5 Amplectenda. 6 Vires recipiunt. 7 Ad te, quæ es præmia illorum. 8 Fortiùs ſe movent. 9 Sicut equus in Olympiaco certamine celeriter ex carceribus exit. 10 Elis & Piſa, Arcadiæ urbes apud quas currulia certamina celebrantur. 11 Pro carceribus. Nam carcer eſt locus, in quo ſervantur malefici: à *coërcendo* dictus; quòd vincti in eo cuſtoditi prohibeantur exire. *Carceres* verò locus in circo, ex quo equi emittebantur ad curſum, ita dicti, quòd *coërceantur* equi, ne inde exeant, antequam Magiſtratus ſignum miſerit. 12 Obſervo tanquam ſydera. 13 Quam ſydera. 14 Aut ſi vis in cœlum, dic mihi, quomodo & ipſe poſſim illuc aſcendere, ut te conveniam. 15 In terra moraris. 16 Rarò poſſum, & contigit mihi tecum eſſe. 17 Turbor, cùm turbatur mare. 18 An potiùs velim. 19 Impedimentum adfert. 20 Separatus. 21 Dubito, an velim eſſe longè ab amica mea, & habere etiam ſpem meam longè cum ea: quia patientiùs ferrem, ſi non poſſem ad eam venire. 22 Propinquior, ſc. amica eſt. 23 Igne, amore. 24 Ardeo.

Et [1] *res non* [2] *ſemper, ſpes mihi ſemper adeſt.*
[3] *Pæne manu, quod amo, (tanta eſt* [4] *vicinia) tango:*
Sæpe ſed (heu!) lacrymas [5] *hoc mihi pæne* [6] *movet.*
[7] *Velle* [8] *quid eſt aliud* [9] *fugientia prendere* [10] *poma,*
Spemque ſuo refugi fluminis ore [11] *ſequi?*
Ergo ego te nunquam, niſi [12] *cum volet unda, tenebo?*
Et me [13] *felicem nulla videbit* [14] *hyems?*
Cumque minus firmum nil ſit, quam ventus & unda,
In ventis & aquâ ſpes mea ſemper erit?
Æſtus [15] *adhuc tamen eſt.* [16] *quid cum mihi* [17] *læſerit æquor*
[18] *Pleias &* [19] *Arctophylax* [20] *Oleniumque pecus?*
Aut ego non novi, quam ſit temerarius; aut me
In freta non [21] *cautus* [22] *tum quoque mittet Amor.*
Neve putes id me, quod [23] *abeſt, promittere tempus:*
[24] *Pignora* [25] *polliciti non tibi tarda dabo.*
[26] *Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor;*
Ire per invitas experiemur aquas.
Aut mihi continget [27] *felix audacia* [28] *ſalvo:*
[29] *Aut mors ſolliciti finis amoris erit.*
Optabo tamen, ut partes [30] *expellar in* [31] *illas;*

1 Cauſa amoris, i. e. ipſa amica. 2 Sc. adeſt. 3 Ferè. 4 Proximitas inter nos. 5 Tam propinquos eſſe, & non poſſe ſimul eſſe. 6 Facit me flere. 7 Sum Tantalo ſimilis, qui in mediis aquis apud inferos ſemper ſitit, neque poteſt bibere: & habet poma ad os, & non poteſt ea comedere, aut ore contingere. 8 Q. d. nihil, niſi quod mihi idem accidit, qui propinquus amicæ meæ ſum, & eâ tamen careo. 9 Ab ore diſcedentia. 10 Quæ imminent capiti. 11 Sequi ſpem aquæ fugientis. 12 Cùm maris tranquillitas permiſerit. 13 Cum amicâ meâ. 14 Tempeſtas, & turbatio maris. 15 Hactenus. 16 Q. d. multò major tempeſtas. 17 Perturbaverit, & procelloſum fecerit. 18 Plejades ſeptem ſunt, quæ ortu & occaſu pluvias & tempeſtates faciunt. 19 Stella eſt, quæ & Bootes dicitur, i. e. bubulcus: quæ & tempeſtuoſa eſt. Latinè poteſt dici cuſtos urſæ. 20 Vel ſolum ſydus capræ, quod eſt pluviale; vel ſydus & capellæ, & hœdorum ſuorum. Dicit ergo Leander: Si nunc ita turbatur mare, quid erit, cùm acceſſerint etiam ſydera, quæ naturâ ſuâ tempeſtates inducunt? 21 Qui facit hominem incautum. 22 Cùm ſupradicta ſydera commovebunt mare. 23 Remotum eſt. Q. d. Ne putes me tranquillum tempus exſpectaturum. 24 Probationes, certa ſigna. 25 Promiſſæ meæ audaciæ. 26 Duret hæc tempeſtas aliquot noctibus, ego tamen experiar venire invitis aquis. 27 Cui fortuna & Dii favebunt. 28 Incolumi. 29 Aut, ſi moriar, mors finiet ſollicitudines & moleſtias mei amoris. 30 A fluctibus projiciar. 31 Ubi tu eris.

Et teneant portus [1] *naufraga membra tuos.*
Flebis enim, tactuque meum [2] *dignabere corpus:*
Et, Mortis, dices, huic ego [3] *cauſa fui.*
Scilicet [4] *interitûs offenderis* [5] *omine noſtri:*
Litteraque [6] *inviſa eſt hac mea parte tibi.*
Deſino; parce queri. ſed & ut mare finiat iram,
[7] *Accedant, quæſo, fac tua vota meis.*
[8] *Pace* [9] *brevi nobis opus eſt; dum transferor iſtò:*
Cum tua contigero littora, [10] *perſtet hiems.*
Illic eſt aptum noſtræ [11] *navale* [12] *carinæ:*
Et melius [13] *nulla ſtat mea puppis aqua.*
Illic me claudat Boreas; ubi dulce morari.
[14] *Tunc piger ad nandum, tunc ego* [15] *cautus ero.*
[16] *Nec faciam* [17] *ſurdis convitia fluctibus ulla:*
[18] *Triſte* [19] *nataturo nec querar eſſe fretum.*
Me pariter venti teneant, pariterque lacerti;
[20] *Per cauſas iſtic impediarque duas.*
Cum patietur hiems, [21] *remis ego corporis utar.*
[22] *Lumen in* [23] *aſpectu tu modo ſemper habe.*
[24] *Interea pro me* [25] *pernoctet epiſtola tecum;*
Quam precor ut minima proſequar [26] *ipſe* [27] *mora.*

1 Ego naufragus & ſubmerſus: aut membra, quæ naufragium fecerint. 2 Dignaberis tangere. 3 Quia propter amorem meum auſus eſt tam turbidum mare ingredi. 4 Mortis. 5 Hoc meo præſagio. 6 Odioſa; quia interitum mihi vaticinatur. 7 Adjungantur: ut tu facias vota, ſicut ego. 8 Tranquillitate maris. 9 Parvi temporis. 10 Perſeveret tempeſtas, cùm ero apud te. 11 Amica. 12 Mihi ipſi: quia fungor officio carinæ. 13 Nullo loco libentiùs ſto, quam tecum. 14 Cùm natabo. 15 Providus: quia non diſcedam à te, ut inquietam me periculis. 16 Non accuſabo fluctus. 17 Non audientibus. Ipſe ſuprà: *Surdior ille freto*, &c. 18 Procelloſum. 19 Mihi. 20 Per ventos, & lacertos tuos. 21 Brachiis ad natandum utar, remorum vice. 22 Facem erige. 23 In turri, ut poſſit à me aſpici. 24 Sævientibus procellis. 25 Vigilet. 26 Ego. 27 Brevi tempore.

EPISTOLA XIX.

ARGUMENTUM.

Hero, acceptâ Leandri epiſtolâ, reſpondet: id agens, ut ſe ardenter redamare ſignificet, & ad mutuos amplexus amatorem advocet. Deſidiam verò interdum accuſat: ut oſtendat, quam ſincero & continuo amore ſemper amet. Aliquando in mare invehitur. Nonnunquam timet, ne ob aliam fuerit deſtituta. Verùm ſtatim amoris ſuſpicionem in amantum conſuetudinem, qui omnia timent, transferendo, conjecturam imminuit. Denique ſuadet, ut non niſi tranquillo mari ſe committat.

HERO LEANDRO.

Quam mihi miſiſti verbis, Leandre, ſalutem,
Ut poſſim miſſam [1] rebus habere; veni.
[2] Longa [3] mora eſt nobis omnis, quæ gaudia differt.
Da veniam [4] faſſæ; non patienter amo.
[5] Urimur igne pari: ſed ſum tibi [6] viribus impar.
Fortius [7] ingenium ſuſpicor eſſe viris.
Ut corpus, teneris ita mens [8] infirma puellis.
[9] Deficiam; parvi temporis adde moram.
[10] Vos, [11] modo venando, modo rus [12] geniale colendo,
[13] Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut [14] fora vos retinent, aut [15] unctæ [16] dona [17] palæſtræ:
Flectitis [18] aut fræno colla [19] fugacis equi.
Nunc volucrem laqueo, nunc piſcem [20] ducitis hamo.
[21] Diluitur poſito ſerior [22] hora [23] mero.

1 Effectu. 2 Propter amorem tui. 3 Quælibet tardatio temporis, etiam brevis. 4 Mihi confitenti amorem meum. 5 Æquo amoris ſtimulo vexamur. 6 Debilior ad reſiſtendum amori. 7 Naturam. 8 Imbecillis ad tolerandos affectus. 9 Conſumar. 10 Viri. 11 Interdum. 12 Amœnum, plenum voluptatis. Nam Genius Deus eſt naturæ: cui voluptati operam dantes, indulgere dicuntur. Inde *genialis* voluptuoſus dicitur. 13 Fallitis tempus variis modis. 14 Actiones cauſarum, quæ in foro aguntur. Forum autem dicitur locus, in quo judicia exercentur. 15 Quoniam qui certabant palæſtrâ, òleo perfundebantur. 16 Munera, & exercitia, 17 Luctationis. 18 Aut exercetis vos equitando. 19 Velocis, optimè currentis. Sic Horat. *Jam fulgor armorum fugaces Terret equos, equitumque vultus.* 20 Capitis. 21 Madeſcit, temperatur. 22 Serum tempus & nocturnum. 23 Bibendo. Ovid. *Cura fugit, multo diluiturque mero.*

His

His mihi ſubmotæ, vel ſi [1] *minus acriter urar,*
Quod faciam, ſupereſt, præter amare, nihil.
[2] *Quod ſupereſt, facio: teque, ô mea ſola voluptas,*
Plus quoque, quam reddi quod mihi poſſit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice [3] *ſuſurro;*
Quæque tuum miror cauſa [4] *moretur iter:*
Aut mare proſpiciens, odioſo concita vento
[5] *Corripio verbis æquora* [6] *pæne tuis:*
Aut ubi [7] *ſævitiæ paulum* [8] *gravis unda* [9] *remiſit;*
Poſſe quidem, ſed te nolle venire, queror.
Dumque queror; lacrymæ per amantia [10] *lumina manant.*
Pollice quas [11] *tremulo* [12] *conſcia ſiccat anus.*
Sæpe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus:
[13] *Impoſitas tanquam ſervet arena notas.*
Utque rogem de te & ſcribam tibi, ſi quis Abydo
Venerit, aut quæro, ſi quis Abydon eat.
Quid referam, quoties dem veſtibus oſcula, quas tu
Helleſpontiaca [14] *ponis iturus aqua?*
Sic ubi lux [15] *acta eſt, &* [16] *noctis amicior hora*
[17] *Exhibuit pulſo ſidera clara die;*
Protinus in ſummo vigilantia lumina tecto
Ponimus, aſſuetæ ſigna [18] *notamque viæ.*
[19] *Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo*
Fœminea tardas [20] *fallimus* [21] *arte moras.*
Quid loquar interea tam longo tempore, [22] *quæris?*
Nil, niſi Leandri nomen, in ore meo eſt.
[23] *Jamne putes exiſſe domo mea* [24] *gaudia, nutrix?*
An vigilant [25] *omnes? & timet ille* [26] *ſuos?*

1 Non. 2 Id eſt, amo, quod ſolum mihi faciendum reſtat. 3 Clam, & ſubmiſsâ voce loquor. 4 Tardet. 5 Incuſo. 6 Quibus tu quoque corripis. 7 Perturbationis. 8 Procella. 9 Diminuit. 10 Amantis Heronis oculos. 11 Propter ſenectutem. 12 Quæ amorem meum novit. 13 Impreſſa veſtigia, ſigna pedum. 14 Deponis. Exuebat enim veſtes, cùm nataret: & relinquebat eas apud Heronem, quas dicit ſe ſæpe oſculari propter amorem ejus. 15 Præterita. 16 Gratior. 17 Oſtendit. 18 Incenſam facem. 19 Fila, quæ nendo torquentur. 20 Temporis longitudinem ſuperamus. 21 Nendo: quæ ars fœminarum propria eſt. 22 Rogas, & ſcire vis. 23 Verba Heronis ad nutricem; quibus interrogat, quid de Leandro putet. 24 Voluptatem, ſc. Leandrum. 25 Ejus domeſtici, ſc. Abydeni. 25 Ne videant eum exeuntem domo.

Jamne ſuas humeris illum [1] deponere veſtes ;
[2] Pallade jam pingui [3] tingere membra putes ?
[4] Annuit illa ferè : non noſtra quod [5] oſcula curet ;
Sed [6] movet [7] obrepens ſomnus anile caput.
[8] Poſtque moræ minimum , Jam certe navigat , inquam ;
Lentaque dimotis brachia jactat aquis.
Paucaque cum tacta perfeci ſtamina tela ,
An medio poſſis quærimus eſſe freto.
Et modo proſpicimus : timida modo voce precamur ,
Ut tibi det faciles utilis aura vias.
Auribus interdum voces [9] captamus , & omnem
Adventûs [10] ſtrepitum credimus eſſe tui.
Sic ubi [11] deceptæ pars eſt mihi maxima noctis
[12] Acta ; [13] ſubit [14] furtim [15] lumina feſſa ſopor.
Forſitan invitus , [16] mecum tamen , improbe , dormis :
Et , quanquam non vis ipſe [17] venire , venis.
Nam modo te [18] videor prope jam ſpectare natantem :
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare , quæ ſoleo , madidis [19] velamina [20] membris :
Pectora [21] nunc juncto noſtra [22] fovere ſinu.
Multaque præterea , linguæ [23] reticenda modeſta ;
Quæ feciſſe juvat , [24] facta referre pudet.
Me miſeram ! brevis [25] eſt hæc & [26] non vera [27] voluptas.
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
[28] Firmius [29] ô cupidi tandem [30] coëamus amantes :
Nec careant [31] verâ gaudia noſtra fide.

1 Exuere ſe , ut natet. 2 Oleo , cujus inventrix fuit Pallas. 3 Ungere. 4 Nutu & motu capitis ſignificavit, te jam natare. 5 Noſtram voluptatem. 6 Facit eam annuere. 7 Latenter adveniens. 8 Poſt minimum moræ, poſtquam ſupradicta dixi. 9 Auſcultamus, an aliquam vocem audiamus. 10 Sonitum. 11 Quoniam tuo adventu privata ſum. 12 Præterita , ſic cogitando , & interrogando de te. 13 Ingreditur. 14 Clam. 15 Oculos meos fatigatos nimiùm in vigilando. 16 Sc. in ſomnis , vel cogitatione. 17 Quia ſomnio te venire. 18 Sc. mihi , i. e. exiſtimo. 19 Veſtes. 20 Tuo corpore madido. Sic enim ipſe Leander dixit : *Deque tuis demptos humeris mihi tradis amictus.* 21 Interdum. 22 Calefacere. 23 Non dicenda. 24 Pudet me dicere , ea eſſe facta à nobis , quæ tamen juvat feciſſe. 25 Quia citò abit. 26 Quia deludit me. 27 Somni. 28 Quam per ſomnium. 29 Utinam. 30 Conjungamur. 31 Vero effectu , i. e. ut poſſint credi vera.

Cur ego tot viduas exegi [1] *frigida noctes?*
Cur toties à me, [2] *lente natator,* [3] *abes?*
Eſt mare (confiteor) [4] *nondum tractabile nanti:*
Nocte ſed heſternâ [5] *lenior aura fuit.*
Cur [6] *ea* [7] *præterita eſt? cur non* [8] *ventura timebas?*
[9] *Tam bona cur periit, nec tibi rapta* [10] *via eſt?*
Protinus ut ſimilis [11] *detur tibi* [12] *copia* [13] *curſûs;*
[14] *Hoc melior certè, quo* [15] *prior, illa fuit.*
[16] *At cito mutata eſt jactati forma profundi:*
[17] *Tempore, cum properas, ſæpe minore venis.*
Hic, puto, [18] *deprenſus nil, quod quærereris, haberes;*
Meque tibi amplexo nulla [19] *noceret hiems.*
Certe ego [20] *tum ventos audirem lenta* [21] *ſonantes,*
Et nunquam [22] *placidas eſſe precarer aquas.*
Quid tamen evenit, cur ſis metuentior [23] *undæ?*
[24] *Contemtumque* [25] *prius, nunc vereare, fretum?*
[26] *Nam memini, cum te ſævum veniente minaxque*
Non minus, [27] *aut multo non minus, æquor erat.*
Cum tibi [28] *clamabam, Sic tu* [29] *temerarius eſto,*
Ne miſeræ [30] *virtus ſit tua flenda mihi.*
[31] *Unde* [32] *novus timor hic? quoque* [33] *illa audacia fugit?*
Magnus ubi eſt ſpretis ille [34] *natator aquis?*

1 Sola, ſine Leandro. 2 Tarde. 3 Es remotus. 4 Aſperum, inacceſſibile. 5 Ventus ſedatior, quam nunc eſt. 6 Aura lenis. 7 Omiſſa, i. e. quare non eâ uſus es nocte, in qua fuit aura lenior? 8 Sc. tempora, quæ poterant eſſe deteriora. 9 Ad natandum âpta. 10 Commoditas viæ. 11 Contingat tibi commoditas illa præterita. 12 Facultas. 13 Similis natationis. 14 Tantò, vel eò melior. 15 Quò citior fuerit. Nam celeritatis voluptatum magna eſt gratia. 16 Objectio. Parùm, inquis, duravit illa lenitas auræ & maris, quæ fuit nocte præteritâ: & citò mutata eſt. 17 Reſponſio Heronis ad hanc objectionem. Cùm tu vis venire, ſæpè venis breviori tempore, quam fuit illud: ita ut potuiſſes venire per illud tempus, quo duravit illa tranquillitas. 18 Tempeſtate detentus, ne redire poſſes. 19 Diſpliceret, eſſet ingrata tibi. 20 Cùm eſſes hic mecum. 21 Stridentes. 22 Tranquillas, ut nunquam poſſes à me diſcedere. 23 Maris. 24 A te non formidatum. 25 Antè, cùm ad me ſæpè nataſti. 26 Ordo eſt: *Nam memini, cùm te veniente*, i. e. natante ad me, *æquor erat non minus ſævum & minax*, i. e. procelloſum, ſc. quam nunc. 27 Correctio eſt. Q. d. Si erat minùs minax, non erat multò minax. 28 Objurgabam te. 29 Audax. 30 Animoſitas, natandi audacia. 31 Ex qua cauſa. 32 Inſolitus. 33 Quam antè habebas. 34 Ille Leander, qui non timebat maris pericula.

Sis tamen [1] *hoc potius, quam quod prius* [2] *eſſe ſolebas:*
Et [3] *facias* [4] *placidum per mare tutus* [3] *iter.*
Dummodo [5] *ſis idem: dum ſic, ut ſcribis, amemur:*
[6] *Flammaque non* [7] *fiat frigidus illa cinis.*
Non ego tam ventos timeo [8] *mea vota* [9] *morantes,*
Quam [10] *ſimilis vento ne tuus* [11] *erret amor:*
Ne non [12] *ſim tanti,* [13] *ſuperentque pericula cauſam:*
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo, patria [14] *ne lædar, &* [15] *impar*
Ducar [16] *Abydeno* [17] *Threſſa puellæ toro.*
Ferre tamen poſſum [18] *patientius* [19] *omnia; quam ſi*
Otia neſcio qua [20] *pellice captus* [21] *agas;*
[22] *In tua ſi veniant* [23] *alieni* [24] *colla lacerti:*
Sitque [25] *novus* [26] *noſtri finis amoris amor.*
Ah potius peream, quam crimine [27] *vulnerer* [28] *iſto:*
[29] *Fataque ſint culpâ noſtra* [30] *priora tuâ!*
Nec quia venturi dederis mihi ſigna doloris,
Hæc loquor; aut famâ [31] *ſollicitata* [32] *novâ.*
Omnia ſed vereor: (quis enim [33] *ſecurus amavit?)*
Cogit & abſentes plura timere [34] *locus.*
Felices illas, ſua quas præſentia [35] *noſſe*

1 Timidus. 2 Audax. 3 Nates. 4 Tranquillum. 5 Perſeveres in amore noſtro, & ſis idem amator meus, qui ſolebas eſſe. 6 Ignis tui amoris. 7 Non extinguatur. Et eſt tranſlatio ab igne, qui extinctus fit cinis. 8 Meum deſiderium adventus tui. 9 Tardantes. 10 Inconſtans. 11 Vagetur, & à me ad aliam tranſeat. 12 Apud te minoris ſim, quam pericula. 13 Pluris facias pericula, quam me, quæ ſum cauſa periculorum. *Et ne videar eſſe merces minor labore*, i. e. præmium minus, quam ſit labor tuus, i. e. ne videar tibi ſatis digna, quam tanto labore natandi petas. 14 Ne noceat mihi imparitas patriæ. 15 Inæqualis, indigna. 16 Tibi, qui es ex Abydo, quæ eſt clarior mea Threſſa. 17 E Threſſa. 18 Melius: *Quam ſi tu captus, neſcio quâ*, i. e. aliquâ. 19 Quæ te morantur. 20 Concubinâ. 21 Moreris, & ceſſes. 22 Sc. quam. 23 Alius mulieris. 24 Te amplectantur. 25 Alius puellæ. 26 Expellat noſtrum, i. e. ne incipiens aliam amare, me omittas. 27 Lædar. 28 Iſtâ tuâ culpâ, ut me deſertâ, aliam ames. 29 Mors noſtra. 30 Antecedant culpam tuam, i. e. utinam moriar, priuſquam hoc facias. 31 Incitata. 32 Novo nuncio, quòd ames aliam. 33 Sine curâ & timore: nam *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* 34 Remotus, i. e. diſtantia noſtra auget timorem. 35 Cognoſcere veram culpam ſuorum amatorum.

Crimina vera [1] *jubet, falſa* [2] *timere* [3] *vetat!*
Nos tam [4] *vana* [5] *movet, quam* [6] *facta* [7] *injuria fallit:*
Incitat & [8] *morſus error* [9] *uterque pares.*
O utinam venias! aut ut [10] *ventuſve* [11] *paterve,*
[12] *Cauſaque ſit certe fœmina nulla mora!*
[13] *Quod ſi quam ſciero; moriar (mihi crede)* [14] *dolendo.*
[15] *Jamdudum peccas, ſi* [16] *mea fata* [17] *petis.*
Sed neque peccabis, fruſtraque ego terreor [18] *iſtis:*
Quoque minus venias, invida [19] *pugnat hiems.*
Me miſeram! quanto [20] *planguntur littora fluctu!*
Et latet obſcurâ condita nube [21] *dies!*
Forſitan ad pontum [22] *mater pia venerit Helles,*
[23] *Merſaque* [24] *roratis nata* [25] *fleatur aquis:*
An mare ab inviſo [26] *privignæ nomine dictum*
Vexat in æquoream verſa [27] *noverca Deam?*
[28] *Non favet, ut* [29] *nunc eſt, teneris locus* [30] *iſte puellis.*
Hac Helle periit; hac ego lædor aqua.
At tibi [31] *flammarum memori, Neptune, tuarum*
Nullus erat ventis impediendus amor:
[32] *Si neque* [33] *Amymone, nec laudatiſſima forma*
[34] *Criminis eſt* [35] *Tyro fabula vana tui,*

1 Adjuvat. 2 Quia quæ ſunt præſentes, non timent falſa crimina amatorum ſuorum: vident enim quotidiè, quid agant. 3 Sc. ſua præſentia. 4 Falſa. 5 Sollicitat me, & turbat. 6 Quam ea, quam feciſti, ignoratur à nobis. 7 Alieni amoris ſuſpicio. 8 Curas, & cruciatus animo meo. 9 Aut ignorantiæ falſæ, aut veræ injuriæ. 10 Qui hoc movet mare. 11 Tuus. 12 Quare non venias. 13 Sc. aliquam mulierem eſſe cauſam tuæ moræ. 14 Dolore. 15 Valdè peccas: vel jam diu, ex quo deſinis ad me natare. 16 Meam mortem. 17 Quæris. 18 His ſuſpicionibus. 19 Obſtat tempeſtas. 20 Feriuntur, percutiuntur. 21 Lux. 22 Nephele, quæ maris eſt Nympha. 23 Submerſa Helle. 24 Effuſis: quia Nephele dicitur eſſe mutata in nubem, quæ effundit pluvias. 25 Pro fletur. 26 Filiæ mariti ſui, ex priore uxore, ſc. Helles, quam odit. 27 Ino, Athamantis uxor, quæ cum ſe in mare præcipitaſſet, in maris numen mutata eſt. 28 Non eſt bonus. 29 Tam tumidus, ut nunc eſt. 30 Hic Helleſpontus. 31 Amorum. 32 Siquidem. Commemorat multas puellas, amatas à Neptuno. 33 Falſa fama. Amymone una fuit ex filiabus Danai, fratris Ægypti: quam cùm pater ejus aquatum miſiſſet, Neptunus eam compreſſit: ex qua genuit Nauplium Palamedis patrem. 34 Amoris & concubitus. 35 Formoſiſſima fuit puella, filia Salmonei, quæ à Neptuno compreſſa eſt: ex qua genuit Neleum, patrem Neſtoris; & Peliam, qui regnavit in Theſſalia.

[1] Lucidaque [2] Alcyone, [3] Circeque & Alymone nata,
Et nondum [4] nexis [5] angue [6] Meduſa comis,
Flavaque [7] Laodice, cæloque [8] recepta [9] Celæno,
[10] Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe [11] pluresque [12] canunt, Neptune, poëtæ
Molle latus lateri [13] compoſuiſſe tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris,
Aſſuetum nobis [14] turbine claudis iter?
Parce ferox; latoque mari tua prælia [15] miſce.
[16] Seducit [17] terras hæc brevis unda duas.
Te decet aut magnas magnum jactare carinas;
Aut etiam [18] totis claſſibus [19] eſſe trucem.
Turpe [20] Deo pelagi, [21] juvenem terrere natantem:
[22] Gloriaque eſt ſtagno quolibet iſta [23] minor.
Nobilis [24] ille quidem eſt, & clarus [25] origine: [26] ſed non
A tibi ſuſpecto ducit Ulyſſe genus.
Da veniam, ſervaque [27] duos. natat ille: ſed îſdem.
Corpus Leandri, ſpes mea, [28] pendet aquis.

1 Quia in ſtellam mutata eſt. 2 Hæc Atlantis filia fuit: ex qua Neptunus genuit Lycaona, & Hyrieum, patrem Orionis. 3 Ex hac Neptunus Cygnum genuit. 4 Implicitis. 5 Anguibus, i. e. cùm nondum haberet crines ſerpentinos. 6 Meduſam, Phorci filiam, Neptunus in templo Minervæ ſtupravit. Indignata Dea, crines in ſerpentes mutavit. *Ovid. 6. Metam.* 7 Duæ fuerunt hoc nomine dictæ: una, filia Agamemnonis & Clytemneſtræ: altera, filia Priami: de qua nunc puto Poëtam intelligere, quòd à Neptuno amata ſit. 8 Quia hæ ſorores in cœlum tranſlatæ, ſydus effecerunt, quod navigationis initium ortu ſuo oſtendere ſolet. 9 Hæc una fuit ex Harpyis: hæc verò, de qua Poëta nunc loquitur, una etiam fuit ex Pleiadibus: ex qua Neptunus genuit Nycteum, patrem Nyctimenes. 10 Sc. *& alia, quarum nomina memini eſſe lecta mihi.* Nam alias amavit Neptunus. 11 Sc. alias ut Libiam, Epaphi filiam, ex qua genuit Buſyrim; Periboeam Nympham, Eurymedontis filiam; Thooſan, Phorci filiam, ex qua Polyphemum genuiſſe dicitur; Helopem, Cererem, &c. 12 Narrant. 13 Tecum commiſtas eſſe, & concubuiſſe. 14 Impetu ventorum. 15 Oſtende vires tuas in mari ſpatioſo, & non in hoc anguſto mari Helleſponto. 16 Separat. 17 Aſiam & Europam. 18 Multis navibus congregatis. 19 Sævire, iram exercere. 20 Tibi Neptuno, qui imperium habes maris. 21 Leandrum non navi, ſed brachiis per mare euntem. 22 Quam quæris in hoc brevi mari turbando. 23 Eſt minor, quam gloria, quam in parva aqua poſſes habere. 24 Leander. 25 Nobili genere ortus. 26 Inimico tibi, quia ſcelere Ulyſſis periit Palamedes, Neptuni nepos; aut propter Pergama Neptunia, arte & dolis Ulyſſis everſa. 27 Leandrum & me. 28 Sunt in eodem periculo.

Steypuit

[1] Sternuit & lumen: [2] poſito nam ſcribimus illo.
Sternuit; & nobis proſpera [3] ſigna dedit.
Ecce merum nutrix [4] fauſtos [5] inſtillat in ignes:
Craſque erimus [6] plures, inquit, & ipſa bibit.
[7] Effice nos plures evicta [8] per æquora [9] lapſus,
O penitus toto [10] corde recepte mihi.
In tua caſtra redi, [11] ſocii [12] deſertor Amoris.
Ponuntur medio cur mea membra toro?
[13] Quod timeas, non eſt. [14] auſo [15] Venus ipſa favebit:
[16] Sternet & æquoreas æquore [17] nata vias.
[18] Ire libet medias ipſi mihi ſæpe per undas:
Sed ſolet hoc [19] maribus tutius eſſe fretum.
[20] Nam cur, hoc [21] vectis Phryxo Phryxique ſorore,
Sola dedit vaſtis fœmina nomen aquis?
Forſitan ad [22] reditum metuas ne tempora deſint,
Aut gemini nequeas ferre [23] laboris onus.
[24] At nos [25] diverſi medium [26] coëamus in æquor:
Obviaque in [27] ſummis oſcula demus aquis:
Atque [28] ita quiſque [29] ſuas iterum redeamus ad [29] urbes.
[30] Exiguum, ſed [31] plus, quam nihil, [32] illud erit.
Vel pudor hic utinam, qui nos clam cogit amare,
[33] Vel timidus famæ cedere vellet amor!
Nunc [34] male res juncta [35] calor & [36] reverentia [37] pugnant.

1 Lucerna fecit crepitum & ſtridorem. 2 Nam ſcribimus ad lumen lucernæ. 3 Adventus tui. 4 Felices. 5 Infundit. 6 Quia accedet Leander. 7 Fac, ut tu accedas numero noſtrum. 8 Tuis lacertis ſuperata. 9 Tu celeriter progreſſus. 10 Valdè infixe animo meo. 11 Paris. 12 Derelictor, defector. Tranſlatio à militibus, qui à ducibus ſuis & ſociis deficiunt: qui deſertores dicuntur. 13 Non eſt timendum. 14 Tibi auſo natare, vel auſo, i. e. audaciæ tuæ. Tibul. *Audendum eſt, fortes adjuvat ipſa Venus.* 15 Dea amoris. 16 Placabit. 17 Sc. Venus. 18 Natare ad te. 19 Maſculis. 20 Ordo eſt: *Nam cur ſola fœmina*, i. e. Helle, *dedit nomen vaſtis aquis*, i. e. mari. 21 Cùm veherentur. Q. d. Cur enim, cùm Phryxus, & Helle per hoc mare veherentur, ſola Helle cecidit, & Phryxus evaſit incolumis? 22 Ad revertendum in Abydon. 23 Eundi & redeundi. 24 Q. d. Si hoc times, natemus ambo, & in medio mari. 25 E diverſa patria. 26 Conveniamus. 27 In ſummitate aquarum. 28 Poſtquam convenerimus, & oſculati erimus. 29 Tu Abydon, & ego Seſton. 30 Eſt parvum. 31 Erit aliquid. 32 Oſculari tantum in mediis aquis. 33 Non timeret famam, neque quod dicetur de nobis. 34 Quia ſunt contrariæ. 35 Amor. 36 Pudor. 37 Sunt inter ſe oppoſitæ.

[1] Quid ſequar in dubio eſt. [2] hæc [3] decet; [4] ille [5] juvat.
Ut ſemel intravit Colchos [6] Pagaſæus Iäſon;
Impoſitam celeri [7] Phaſida [8] puppe [9] tulit.
Ut ſemel [10] Idæus Lacedæmona venit adulter;
Cum [11] præda rediit protinus ille ſua.
Tu, [12] quam ſæpe petis [13] quod amas, tam ſæpe relinquis:
Et [14] quoties grave ſit puppibus [15] ire, natas.
Sic tamen, ô juvenis tumidarum [16] victor aquarum,
Sic facito ſpernas, ut vereare, fretum.
[17] Arte laboratæ merguntur ab æquore puppes:
Tu tua [18] plus remis brachia poſſe putes?
[19] Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare.
[20] Exitus hic fractis puppibus eſſe [21] ſolet.
Me miſeram! [22] cupio non perſuadere, quod hortor:
Siſque, precor, [23] monitis [24] fortior ipſe meis.
Dummodo pervenias, [25] excuſſaque ſæpe per undas
Injicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi, cæruleas quoties [26] obvertor ad undas,
Neſcio quæ pavidum frigora pectus habent.
Nec minus heſternæ [27] confundor [28] imagine noctis,
Quamvis eſt ſacris [29] illa [30] piata meis.
[31] Namque ſub [32] Auroram, jam [33] dormitante lucerna,
(Somnia quo cerni tempore vera ſolent)

1 Dubito, quid agam: pudori-ne obſequar, an amori. 2 Reverentia. 3 Honeſta eſt, & laudem adfert. 4 Sc. calor & amor. 5 Delectat. 6 A Pagaſa, Theſſaliæ oppido. 7 Medeam: à Phaſide, Colchorum fluvio. 8 Argo navem intelligit. 9 Abſtulit, abduxit. 10 Paris Trojanus, ab Ida, monte Phrygiæ. 11 Cum Helena. 12 Id eſt me, ad quam ſæpè venis. 13 Quam amas. 14 Quoties eſt periculoſum navibus. 15 Per mare. 16 Superator natando. 17 Artificio confectæ. 18 Habere majorem vim ſuperandi aquas, quam habent remi. 19 Sc. *natare.* 20 Sc. natandi per mare turbatum. 21 Solet eſſe, quando neceſſitas cogit, navibus fractis. 22 Cupio ut verbis meis non credas, aut pareas, quibus te hortor, ne tali mari nates. 23 Quæ diſſuadent tibi natationem. 24 Animoſior. 25 Commota. 26 Permaneo, converſor. 27 Perturbor. 28 Somnio, quod heſterna nocte ſomniavi. 29 Nox. 30 Expiata, purgata. Solebant enim ſomniantes aliquas hoſtias Diis ſacrificare, ut amoverent illa triſtia. 31 Dicit nunc Hero, quod-nam fuerit ſomnium ſuum. 32 Circà auroram. 33 Deficiente lumine.

Stami-

[1] *Stamina de digitis cecidere* [2] *ſopore* [3] *remiſſis:*
Collaque [4] *pulvino noſtra* [5] *ferenda dedi.*
[6] *Hic ego* [7] *ventoſas nantem delphina per undas*
Cernere non [8] *dubiâ ſum mihi viſa fide.*
Quem, poſtquam bibulis [9] *illiſit fluctus* [10] *arenis,*
[11] *Unda ſimul miſerum vitaque deſeruit.*
[12] *Quidquid id eſt, timeo. nec tu mea ſomnia* [13] *ride:*
Nec niſi tranquillo brachia [14] *crede mari.*
[15] *Si tibi non parcis,* [16] *dilectæ parce puellæ:*
Quæ nunquam, niſi te ſoſpite, [17] *ſoſpes erit.*
Spes tamen eſt [18] *fractis* [19] *vicinæ pacis in undis.*
Tum placidas tuto pectore [20] *finde vias.*
Interea, nanti quoniam freta pervia [21] *non ſunt,*
[22] *Leniat* [23] *inviſas littera miſſa moras.*

1 Fila. 2 Somno. 3 Reſolutis. 4 Cervicali. 5 Suſtinenda. 6 Tunc. 7 Vento turbidas. 8 Manifeſtè. 9 Violenter immiſit, & infixit. 10 Littori. 11 Remanſit in ſicco, & mortuus eſt. 12 Quidquid hoc ſignificat. 13 Contemne. 14 Committe. 15 Si tuum contemnis periculum. 16 A te. 17 Quæ nunquam vivet, niſi te vivo. 18 Ventis agitatis. 19 Proximæ tranquillitatis. 20 Nata, cùm tranquillitas viam facilem tibi præbuerit. 21 Natare ob tempeſtatem non ſuadent. 22 Levet. 23 Temporis diſpendium, quod odiſti.

EPI-

EPISTOLA XX.

ARGUMENTUM.

Profectus ad ſacra Dianæ Acontins, quæ in Delo, inſulâ maris Ægæi, ex frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem viſæ Cydippes, puellæ nobilis, excalnit. Sed cùm illam ob generis imparitatem non auderet in ſuum amorem ſollicitare, novam commentus fraudem, in pulcherrimo pomo hoſce duos verſus ſcripſit: *Juro tibi ſanè per myſtica ſacra Dianæ, me tibi venturam comitem, ſponſamque futuram.* Atqne illnd ad pedes puellæ projecit: quæ fraudis ignara, cùm imprudens legeret, viſa eſt ſe nxorem Acontio paciſci. Nam quæ antè Deos in templo Dianæ dicerentnr, rata eſſe debere, lex erat. Cùm autem paulò poſt pater hujus rei ignarus, illam alii deſponderet, ſubitâ febre correpta eſt. Quare hac epiſtolâ Acontius conatur perſuadere, hunc morbum à Diana immiſſum eſſe, eò quòd non impleverit, quæ Deâ præſente promiſerat. Addacit eum deinde in odium, cui deſponſata fuerat: cùm dicat, omnem ægritudinem accidere illius cauſa.

ACONTIUS CYDIPPÆ.

[1] *PONE metum: nihil [2] hic [3] iterum jurabis amanti.*
Promiſſam [4] ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege: diſcedat [5] ſic corpore [6] languor ab [7] iſto,
Qui [8] meus eſt, ulla parte dolente, dolor.
[9] Quid pudor ora ſubit? nam, [10] ſicut in æde Dianæ,
[11] Suſpicor ingenuas [12] erubuiſſe [13] genas.
Conjugium pactamque fidem, non [14] crimina, poſco:
[15] Debitus ut conjux, non ut adulter, amo.
Verba [16] licet repetas, quæ demtus ab arbore [17] fœtus
Pertulit ad caſtas, me jaciente, manus;
Invenies [18] illic id te ſpondere, [19] quod opto,

1 Noli timere, ſed lege hanc epiſtolam. 2 In hac epiſtola. 3 Secundò: ut ſemel juraſti, lectis verſibus pomi. 4 Sufficit, te ſemel tuum conjugium in Dianæ templo promiſiſſe jurando. 5 Sc. ſi legeris. 6 Morbus, febris. 7 Tuo. 8 Me tangit, ſc. te ullâ parte, i. e. te habere dolorem in aliqua parte corporis. 9 Cur pudet te? 10 Sc. erubuerunt. 11 Puto. 12 Ruborem habuiſſe. 13 Sc. tuas, quæ es ingenua & verecunda. 14 Non adulterium, & dedecus tuum. 15 Legitimus. 16 Licitum eſt tibi. 17 Pomum, quod eſt fœtus, i. e. fructus arboris. 18 In pomo. 19 Scilicet conjugium, vel te futuram ſponſam meam.

Te potius, virgo, quam [1] meminiſſe [2] Deam.
Nunc quoque idem [3] timeo: ſed idem tamen [4] acrius illud
[5] Aſſumſit vires; auctaque [6] flamma morâ eſt.
Quique fuit nunquam parvus; nunc tempore longo,
Et ſpe, quam dederas tu mihi, crevit amor.
Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit [7] ardor.
Non potes [8] hoc factum teſte negare [9] Deâ.
Adfuit, & præſens, ut erat, [10] tua verba [11] notavit:
Et viſa eſt motâ dicta probaſſe [12] comâ.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit:
Dum fraudis noſtræ cauſa [13] feratur amor.
Fraus mea quid [14] petiit, niſi uti tibi jungerer uni?
[15] Id me, quod quereris, [16] conciliare poteſt.
Non ego naturâ, nec ſum tam [17] callidus [18] uſu:
[19] Solertem tu me, (crede) puella, facis.
Te mihi [20] compoſitis (ſi quid tamen egimus) à me
Adſtrinxit verbis [21] ingenioſus Amor.
Dictatis [22] ab eo feci [23] ſponſalia verbis:
[24] Conſultoque fui juris amore [25] vafer.
[26] Sit fraus huic nomen facto; dicarque doloſus:
(Si tamen eſt, quod ames velle tenere, dolus.)
En [27] iterum ſcribo, mittoque rogantia verba.
Altera fraus hæc eſt: quodque queraris, habes.

1 Quod velim te potius meminiſſe. 2 Scil. Dianam, quæ memor illius promiſſionis, quam non præſtas, immittit tibi morbum. 3 Ne Dea meminerit promiſſionis tuæ. 4 Id eſt vehementius. 5 Auctum eſt idem illud, quod timeo. 6 Amor meus magis inflammatus eſt, jurando ſcil. te futuram ſponſam meam. 7 Amor fecit, me tibi hoc credere, quod promiſiſti. 8 Juramentum. 9 Dianâ præſente, & ſciente hoc. 10 Accepiſſe dicta de conjugio. 11 Attendit. 12 Capite moto, in ſignum conſentientis. 13 Dicatur, i. e. dummodò dicar tantummodò propter amorem te fefelliſſe, & accepiſſe. 14 Voluit. Q. d. nihil aliud, niſi ut jungerer tibi uni, i. e. niſi ut eſſem conjux tui ſolius. 15 Id eſt quam tui ſeu quam fraudem, de qua tu quereris. 16 Conjungere, & concordes reddere quod quereris. 17 Aſtutus. 18 Experientiâ: ſed propter amorem tuum. 19 Induſtrium & ingenioſum. 20 Artificioſis. 21 Faciens homines ingenioſos. 22 Ab amore. 23 Solemnia verba nuptiarum, i. e. te mihi deſpondi. Nam verba dicebantur in nuptiis, quibus novi ſponſi jungebantur. 24 Interrogato, mihi dante conſilium. Nam *conſultus* dicitur, qui conſulitur; *conſultor*, qui conſulit. 25 Aſtutus. 26 Ordo eſt: *Fraus ſit nomen huic facto*, i. e. hoc factum nominetur fraus. 27 Secundò.

Si noceo [1] *quod amo ; fateor ,* [2] *ſine fine nocebo ;*
Teque [3] *petam :* [4] *caveas tu licet ipſa peti.*
[5] *Per gladios alii* [6] *placitas rapuere puellas :*
Scripta mihi caute littera crimen erit ?
Dî faciant , poſſim plures imponere [7] *nodos !*
Ut tua ſit [8] *nulla* [9] *libera parte fides.*
[10] *Mille doli reſtant :* [11] *clivo ſudamus in imo.*
[12] *Ardor inexpertum nil ſinet eſſe meus.*
[13] *Sit dubium , poſſiſne capi ; captabere certe.*
[14] *Exitus in Dîs eſt : ſed capiere tamen.*
Ut [15] *partem effugias ,* [16] *non omnia retia falles :*
Quæ tibi , quam credis , [17] *plura tetendit Amor.*
Si non proficiant [18] *artes , veniémus ad* [19] *arma ;*
Inque tui cupido [20] *rapta ferere ſinu.*
Non ſum , qui ſoleam [21] *Paridis reprehendere factum :*
[22] *Nec quenquam ;* [23] *qui , vir poſſit ut eſſe , fuit.*
[24] *Nos quoque : ſed taceo.* [25] *mors hujus pœna* [26] *rapinæ*
Ut ſit , [27] *erit ,* [28] *quam te non habuiſſe , minor.*
[29] *Aut eſſes formoſa minus , peterere modeſte.*
Audaces [30] *facie cogimur eſſe tua.*
[31] *Tu facis hoc , oculique tui ; quibus* [32] *ignea* [33] *cedunt*

1 Quia amo te. 2 Perpetuò , & ſemper : quia nunquam deſinam te amare. 3 Te optabo. 4 Vites, ne te petam. 5 Arguit à majori ad minus. Si enim licet aliis rapere puellas bello , & pugnare armis, ut eas habeant : ergo mihi crimen non erit, ſi ſcriptis voluerim puellam habere. 6 Amatas , & quæ ſibi placuerint. 7 Laqueos , vincula , ad ligandum te mihi. Metaphora à venatoribus , qui feras laqueis captant. 8 Ut non poſſis effugere , quin ſis mea. 9 Soluta , ſine obligatione. 10 Capiendi. 11 Nos laboramus in una difficultate. Eſt autem tranſlatio : nam *clivus* dicitur propriè monticulus aliquis. 12 Amor meus faciet me omnia experiri. 13 Etiamſi ſit dubium , an poſſis meâ fraude decipi. 14 Soli Dii finem ſciunt. 15 Retium , quæ tibi tendam. 16 Non omnes paratos dolos. 17 Retia. 18 Doli. 19 Vim. 20 Abducta per vim. 21 Qui Helenam rapuit. 22 Nec aliquem alium. 23 Qui fortis & audax fuit , ut poſſet eſſe vir. 24 Sc. rapiemus te. 25 Occurrit objectioni ; quia poſſet dici : Fortaſſe interficieris , ſi me rapueris. Dicit ergo ; *Mors ut* , i. e. quamvis , &c. 26 Sc. de te. 27 Sc. pœna. 28 Quia plus pœnæ mihi eſſet , non habere te , quam mihi propter rapinam tui. 29 Si eſſes minùs pulchra, modeſtè te peterem : non autem tam ardenter , & audacter. 30 Formâ. 31 Commemorat partes pulchritudinis ipſius Cydippes. 32 Splendida. 33 Sunt inferiora.

Sidera ;

Sidera; qui [1] *flammæ cauſa fuere meæ.*
Hoc [2] *flavi faciunt crines, &* [3] *eburnea cervix;*
[4] *Quæque precor veniant in mea colla* [5] *manus:*
Et decor, & vultus ſine ruſticitate [6] *pudentes:*
Et, Thetidi [7] *quales vix rear eſſe, pedes.*
[8] *Cætera ſi* [9] *poſſem laudare, beatior eſſem:*
[10] *Nec dubito, totum quin ſibi par ſit opus.*
Hac ego compulſus, non eſt mirabile, forma,
Si [11] *pignus volui vocis habere tuæ.*
Denique, dum captam tu te cogare fateri,
Inſidiis eſto capta puella meis.
[12] *Invidiam patiar:* [13] *paſſo ſua præmia dentur.*
Cur ſuus à tanto crimine fructus abeſt?
[14] *Heſionen Telamon, Briſeïda cepit Achilles:*
Utraque victorem victa ſecuta ſuum.
[15] *Quamlibet accuſes, & ſis irata licebit;*
Irata liceat dum mihi poſſe [16] *frui.*
Iidem qui facimus, factam [17] *tenuabimus iram:*
[18] *Copia placandæ ſit modo parva tui.*
Ante tuos flentem [19] *liceat conſiſtere vultus:*
Et liceat lacrymis addere verba ſuis.
[20] *Utque ſolent famuli, cum verbera ſæva verentur,*
Tendere ſubmiſſas ad tua crura manus.
[21] *Ignoras tua jura.* [22] *voca. cur arguor abſens?*

1 Amoris. 2 Pulchri. 3 Candidiſſima, quale eſt ebur. 4 Quas precor, ut me amplectantur. 5 Formoſæ. 6 Qui habent pudorem non ruſticum, ſed ingenuum. 7 Candidiſſimos: undè Thetis ab Homero ἀργυρόπεζα dicitur, i. e. pedes argenteos habens: quod ad candorem Deæ pertinet, quem cum argento Poëta comparat: nam cùm ſit Dea maris, & aſſiduè in aquis moretur, meritò habere debet pedes albiſſimos. Fuit autem filia Nerei, mater Achillis. 8 Quæ latent ſub veſtibus. 9 Utpote à me viſa, vel tacta. 10 Non dubito, quin pulchritudo, quæ eſt in una parte corporis, ſit in toto. 11 Obligationem. 12 Oderint me ob hanc fraudem. 13 Dummodò illius fructum feram. 14 Laomedontis filiam, quæ Telamoni data eſt, quoniam primus Pergama conſcendit. 15 Quantumvis. 16 Habère te tam iratam mihi. 17 Minuemus, ſi concedatur mihi per te. 18 Facultas. 19 Permittatur, ut veniam in conſpectum tuum, & poſſim flendo te rogare. 20 Ordo eſt: *Et liceat mihi tendere manus ſubmiſſas*, i. e. humiles, *ad tua crura*, i. e. ad tua genua, quod faciunt ſupplicantes; *ut famuli facere ſolent, cum verentur*, i. e. timent, *verbera ſæva*, i. e. rigida ſc. dominorum, minantium illis. 21 Neſcis, quantum imperii in me habeas. 22 Quia non debes damnare, niſi citatâ parte.

Jamdudum dominæ [1] *more venire jube.*
Ipſa meos [2] *ſcindas licet imperioſa capillos,*
Oraque ſint digitis livida facta tuis;
Omnia perpetiar: tantum fortaſſe timebo,
Corpore [3] *lædatur ne manus* [4] *iſta meo.*
Sed neque [5] *compedibus, nec me compeſce catenis:*
Servabor firmo [6] *vinctus amore tui.*
Cum bene ſe quantumque volet ſatiaverit ira;
Ipſa tibi dices, Quam patienter amat!
Ipſa tibi dices, ubi videris omnia ferre;
Tam bene qui ſervit, ſerviat iſte mihi.
Nunc reus infelix abſens [7] *agor: & mea, cum ſit*
[8] *Optima,* [9] *non ullo cauſa* [10] *tuente perit.*
Hoc quoque, quod jus eſt, ſit ſcriptum [11] *injuria noſtrum:*
Quod de me ſolo nempe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoque [12] *Delia. ſi non*
Vis mihi promiſſum reddere, redde [13] *Deæ.*
Adfuit; & vidit, cum tu [14] *decepta* [15] *rubebas:*
Et [16] *vocem memori condidit aure tuam.*
[17] *Omina re* [18] *careant. nihil eſt* [19] *violentius* [20] *illa,*
Cum ſua, quod nolim, [21] *numina læſa videt.*
Teſtis erit [22] *Calydonis aper. nam ſcimus, ut illo*
[23] *Sit magis in natum ſæva reperta* [24] *parens.*

1 Sicut domina imperat famulo: quia tibi parebo, ut famulus dominæ paret. 2 Laceres. Licet in me ſævias, & omnia aſpera facias, omnia patiar. 3 Ne fortaſſe noceas tibi, & lædas manus tuas me verberando. 4 Tua. 5 Vinculis pedum. 6 Ligatus. Q. d. amor tuus ſatis tenebit me. 7 Accuſor. 8 Quoniam pro conjugio pugnabat. 9 Nullo. 10 Abſque alicujus patrocinio. 11 Dicitur eſſe injuria, quam tibi intuli. 12 Diana, à Delo inſula, in qua & nata eſt, & colebatur præcipuè. 13 Quam teſtem adduxiſti. 14 Verbis in pomo ſcriptis capta. 15 Cùm rubore præ pudore vultum oſtendebas. 16 Verba, per quæ juraſti. 17 Auguria de Dianæ ſævitia. 18 Effectu, i. e. utinam nihil mali tibi divinem. 19 Sævius. 20 Dianâ. 21 Majeſtatem. 22 Aper, quem Diana ira, Oeneo ad vaſtandum Calydonem immiſit. Quia Oeneus, cùm ſacrificaſſet aliis Diis ſola Diana omiſſa, aprum, qui totam regionem vaſtaret, immiſit: qui fuit cauſa mortis Meleagri. 23 Quia conſumpto torre, in quo vita ejus fataliter conſiſtebat, eum interemit. 24 Althæa, mater Meleagri.

Teſtis & [1] Actæon, quondam [2] fera creditus [3] illis,
Ipſe dedit leto [4] cum quibus ante feras.
[5] Quæque ſuperba parens, ſaxo per corpus oborto,
Nunc quoque [6] Mygdonia flebilis [7] adſtat humo.
Hei mihi, Cydippe! timeo tibi dicere verum;
Ne videar [8] cauſa falſa [9] monere mea:
Dicendum tamen eſt: [10] hoc eſt (mihi crede) quod ægra
Ipſo nubendi tempore ſæpe jaces.
Conſulit ipſa tibi; [11] neu ſis perjura [12] laborat:
Et [13] ſalvam ſalva te cupit eſſe fide.
Inde [14] fit, ut, quoties [15] exiſtere perfida tentas,
Peccatum toties [16] corrigat illa tuum.
[17] Parce [18] movere feros animoſæ virginis [19] arcus.
[20] Mitis adhuc fieri, ſi patiare, poteſt.
Parce, precor, teneros corrumpere febribus [21] artus.
Servetur [22] facies iſta [23] fruenda mihi.
Serventur vultus ad noſtra incendia nati:
Quique ſubeſt niveo lætus in ore rubor.
Hoſtibus è ſi [24] quis, ne fias noſtra, repugnat;
[25] Sic ſit, ut [26] invalida te ſolet eſſe mihi.

1 Filius Ariſtæi & Autonoes, filiæ Cadmi. Qui cùm venatione delectaretur, eâ feſſus, cùm ſylvam quietis gratiâ ingreſſus eſſet, fortè vidit Dianam nudam, cùm Nymphis ſuis ſe lavantem. Quæ audaciâ ejus irata, ne id unquam eloqui poſſet, in cervum eum mutavit: qui poſteà à canibus ſuis, eum verum cervum credentibus, dilaceratus eſt. *Ovid. lib. 3. Met.* 2 Cervus. 3 Canibus, vel ſociis ſuis. 4 Cum quibus antè interfecerat feras. 5 Nioben intelligit, Tantali filiam, quæ ſeptem filiorum, totidemque filiarum mater, ex Amphione marito ſuo, ob fœcunditatem filiorum inſolens, Latonæ, quæ duos tantum peperiſſet, numen aſpernata eſt. Quare Apollo & Diana, Latonæ matris injuriâ moti, & ejus precibus incitati, nube tecti Thebas venerunt, & Niobes liberos ſagittis confecerunt: quæ lachrymans in ſaxum mutata eſt. *Met. 6.* 6 Regio eſt Minoris Aſiæ. 7 Flet etiam nunc in ſaxum mutata. Nam ex eo ſaxo in memoriam lachrymarum adhùc aqua ſcaturire traditur. 8 Meâ utilitate: ut facias, quod peto. 9 Dicere non vera. 10 Ordo eſt: *O Cydippe, quod tu jaces ſæpe ægra ipſo tempore nubendi*, i. e. quoties alii nubere tentas, *Dea Conſulit tibi*, i. e. facit utilitatem tuam. 11 Ne violes fidem, quam jurejurando in ejus æde promiſiſti: quia per iſtam ægritudinem monet, ut ſerves promiſſa. 12 Curat. 13 Incolumem. 14 Accidit. 15 Negare promiſſa. 16 Quia tùm graviùs te ægrotare facit. 17 Noli. 18 Irritare. 19 Quibus ſe ulciſci ſolet. 20 Placata. 21 Membra tua. 22 Forma. 23 Utenda mihi, i. e. ſervetur ad uſum meum. 24 Si quis impediat, ne nubas mihi. 25 Sic eveniat hoſtibus meis. 26 Ægrotante, non valente.

Tot-

[1] Torqueor ex æquo, vel te nubente vel ægrâ:
Dicere nec poſſum, [2] quid minus ipſe velim.
[3] Maceror interdum, quod ſim tibi cauſa dolendi:
Teque mea lædi [4] calliditate puto.
[5] In caput hæc noſtrum dominæ perjuria quæſo
Eveniant: pœnâ tuta ſit illa meâ.
Ne tamen ignorem, quid agas; ad [6] limina crebro
Anxius huc illuc [7] diſſimulanter eo.
Subſequor ancillam furtim famulumve, [8] requirens
[9] Profuerint ſomni quid tibi, quidve cibi.
Me miſerum! quod non medicorum [10] juſſa miniſtro,
[11] Effingoque manus, inſideoque toro.
Et rurſus miſerum! quod, me procul inde remoto,
[12] Quem minime vellem, forſitan alter [13] adeſt.
Ille manus iſtas effingit, & aſſidet ægræ,
[14] Inviſus Superis, cum Superiſque mihi.
Dumque ſuo [15] tentat [16] ſalientem [17] pollice venam;
Candida per [18] cauſam brachia ſæpe [19] tenet:
[20] Contrectatque [21] ſinus, & forſitan oſcula jungit.
Officio [22] merces [23] plenior iſta ſuo eſt.
[24] Quis tibi permiſit noſtras præcidere meſſes?
Ad ſepem alterius quis tibi fecit iter?
Iſte ſinus meus eſt: mea [25] turpiter oſcula ſumis.
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe, tolle manus. quam tangis, noſtra futura eſt.
[26] Poſtmodo ſi [27] facias iſtud, [28] adulter eris.

1 Parem habeo animi cruciatum, ſive nubas alii, ſive ægrotes. 2 Vel quod nubas, vel ægrotes: utrumque eſt mihi æquè moleſtum. 3 Affligor. 4 Fraude, quâ te decepi. 5 Rogo ut pœnæ, quas tu ex perjuriis pati debes, in me transferantur, & tu ſis libera. 6 Domum tuam. 7 Occultè: ne videar venire ob hanc cauſam. 8 Interrogo. 9 An potueris dormire & edere. 10 Præcepta. 11 Eam tango. 12 Quia fortaſſe conatur te habere uxorem. 13 Aſſiſtit tibi. 14 Quia vult à te, quod eſt contrà fidem tuam. 15 Tangit. 16 Mobilem: qualis ſolet eſſe in febricitante. 17 Digito: ut medici ſolent. 18 Simulans ſe tangere venam. 19 Manu ſuâ. 20 Sæpè tangit. 21 Pectus. 22 Jungendi oſcula. 23 Eſt ultrà ſuum officium: quia cùm ſit medicus, hæc non ſunt ejus officii. 24 Apoſtrophe ad medicum illum, qui hæc facit apud Cydippen. 25 Per adulterium. 26 Poſthac, deinceps. 27 Si eam tetigeris, & oſculatus fueris. 28 Quia contrectabis alienam uxorem.

Elige de [1] vacuis, quam non ſibi [2] vindicet alter.
Si neſcis, [3] dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi credideris: [4] recitetur [5] formula pacti.
Neu falſam dicas eſſe; face ipſa legat.
Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi.
Quid facis hic? exi. [6] non vacat iſte torus.
[7] Nam quod habes & tu humani verba altera pacti;
Non erit idcirco [8] par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit: pater hanc tibi, primus ab [9] illâ:
Sed [10] propior certe, quam pater, ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc: hæc adjuravit amanti.
[11] Ille [12] homines, hæc eſt [13] teſtificata Deam.
Hic metuit [14] mendax, timet hæc [15] perjura vocari.
Num dubites, hic ſit [16] major, an ille metus?
Denique, ut amborum conferre pericula poſſis,
Reſpice ad [17] eventus: [18] hæc [19] cubat, [20] ille [21] valet.
[22] Nos quoque diſſimili [23] certamina [24] mente ſubimus.
Nec ſpes par nobis, nec timor æquus adeſt.
Tu petis [25] ex tuto: [26] gravior mihi morte repulſa eſt:
Idque ego jam, quod tu forſan amabis, amo.
Si tibi juſtitiæ, ſi recti cura fuiſſet;
[27] Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cauſa pugnat [28] iniqua;
[29] Ad quid, Cydippe, littera noſtra redit?

1 De iis puellis, quæ nondum ſunt obligatæ alicui. 2 Suam eſſe aſſerat. 3 Eſt ſub dominio alterius. 4 Relegatur. 5 Verba formalia, quibus mihi promiſit. 6 Viro non caret. 7 Reſpondet objectioni: quia poſſet dicere, eam ſibi per patrem ejus deſponſatam: dicit, plus valere promiſſionem factam per ſe de ſeipſa, teſte Dea, quam promiſſionem factam per patrem ejus. 8 Quia tuum pactum eſt humanum, meum verò divinum. 9 Poſt illam. 10 Quam patri: quia quiſque ſibi eſt proximus. 11 Pater. 12 Sc. *eſt teſtificatus*, i. e. promiſit in præſentia hominum. 13 Dianam adhibuit teſtem. 14 Fallax. 15 Quæ Diis immortalibus fidem non ſervat. 16 Sc. mendacii, vel perjurii. 17 Exitus. 18 Cydippe. 19 Ægrotat, febre vexatur. 20 Qui filiam alii deſpondit viro. 21 Sanus eſt. 22 Ego & tu. 23 Certamus de Cydippe habendâ uxore. 24 Propoſito, & intentione. 25 Quia ſi non habueris eam, nihil periculi tibi erit. 26 Mihi erit gravius, eam non habere, quam ſi morerer. 27 Non occupare meos amores, qui fuerunt priores tuis. 28 In qua jus nullum habet: quoniam non is, ſed ego tibi maritus eſſe deberem. 29 Q. d. ad malum tuum hic facit.

Hic facit ut jaceas, & ſis ſuſpecta Dianæ.
Hunc tu, ſi ſapias, limen adire vetes.
[1] *Hoc faciente ſubis tam ſæva pericula vitæ.*
Atque utinam pro te, [2] qui movet illa, [3] cadat!
Quem ſi reppuleris, nec, quem Dea [4] damnat, amaris;
[5] *Et tu continuo, certe ego ſalvus ero.*
Siſte metum, virgo, [6] ſtabili potiere ſalute.
Fac modo polliciti conſcia templa [7] colas.
[8] *Nec bove mactato cæleſtia numina gaudent;*
Sed, quæ præſtanda eſt & [9] ſine teſte, fide.
Ut valeant aliæ, ferrum patiantur & ignes:
Fert aliis triſtem [10] ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt [11] iſtis; [12] tantum perjuria vita:
Teque ſimul ſerva, meque, datamque fidem.
Præteritæ veniam dabit [13] ignorantia culpæ:
Exciderint [14] animo fœdera lecta tuo.
[15] *Admonita es modo [16] voce mea, modo [17] caſſibus iſtis;*
Quos quoties tentas fallere, [18] ferre ſoles.
[19] *His quoque vitatis, in partu nempe rogabis,*
Ut tibi [20] luciferas offerat illa manus.
[21] *Audiet; &, repetens quæ ſint audita, [22] requiret*
Ipſa, tibi de quo conjuge partus eat.
Promittes votum; ſcit te promittere falsò.
Jurabis: ſcit te [23] fallere poſſe Deos.
[24] *Non agitur de me: cura [25] majore [26] laboro.*
Anxia ſunt vitæ pectora noſtra tuæ.

1 Hoc exiſtente cauſâ. 2 Sc. pericula, i. e. in te Dianæ iram concitat. 3 Moriatur. 4 Inviſum habet. 5 Sc. *eris ſalva*, i. e. valebis. 6 Habebis ſanitatem ſtabilem, ſi ſervaveris fidem. 7 Venereris. 8 Et quia poſſet dicere, ſe facere ſacrificia multa: dicit, Deos inſpicere fidem, & non ſacrificia. 9 Etiamſi nullus ſciret, aliquid eſſe promiſſum. 10 Medicina ex ſucco amararum herbarum. 11 Ferro, igne, ſuccis amaris. 12 Solummodò. 13 Quia tu neſciviſti, te offendiſſe Dianam, & ideò hæc tibi accidere. 14 Memoriâ. 15 Reducta in memoriam. 16 Literis meis. 17 Cum iſtis infelicitatibus ægritudinis. 18 Pati. 19 Eſte, ut hos caſus febris vitaveris, tamen adhùc egebis auxilio ejus in partu: quia invocatur à parientibus. 20 Adjutrices, quæ fœtum in lucem ferant: undè & Diana *Lucina* dicta eſt. 21 Tuas implorationes. 22 Volet ſcire, ex quo marito pepereris: quia ſi ex alio paries, quam ex me, dicet, te eſſe perjuram, & ideò non eſſe juvandam. 23 Sicut ſemel fefelliſti eam. 24 Meas moleſtias contemne. 25 De tuâ, quam de meâ ſalute. 26 Angor.

Cur modo te [1] dubiam pavidi flevere parentes,
[2] Ignaros culpæ quos facis eſſe tuæ?
Et cur ignorent? matri [3] licet omnia narres.
Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.
Ordine fac referas, ut ſis mihi cognita primum,
Sacra [4] pharetratæ dum facis ipſa Deæ.
Ut, te conſpecta, ſubito (ſi forte notaſti)
Reſtiterim fixis in tua membra [5] genis:
Ut, te dum nimium miror, ([6] nota certa furoris)
[7] Deciderint humero [8] pallia lapſa meo.
[9] Poſtmodo [10] neſcio qua veniſſe volubile [11] malum,
Verba [12] ferens doctis inſidioſa [13] notis.
[14] Quod pia ſit lectum ſancta præſente Diana,
Eſſe tuam [15] vinctam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret quæ ſit ſententia ſcripto;
Lecta tibi quondam nunc quoque verba [16] refer.
Nube, precor, [17] dicet, [18] cui te bona numina [19] jungunt:
Quem fore juraſti, ſit gener ille mihi.
Quiſquis is eſt, placeat; quoniam placet ante Dianæ.
[20] Talis erit mater, [21] ſi modo mater erit.
Sic tamen & quærat, qui ſim quantuſque, jubeto:
Inveniet vobis [22] conſuluiſſe Deam.
Inſula [23] Coryciis quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Ægeo nomine Cêa mari.
[24] Illa mihi patria eſt. [25] nec, ſi generoſa probaris
Nomina, deſpectis [26] arguor [27] ortus avis.
Sunt & opes nobis: ſunt & ſine crimine mores:

1 Poſitam in periculo mortis. 2 Qui cauſam mali tui ignorant. 3 Fas eſt. 4 Dianæ cujus arma ſunt arcus & pharetra. 5 Oculis. 6 Certum ſignum vehementis amoris: non enim ſentiebam veſtes cadere ex humeris meis. 7 Ceciderint ex corpore meo. 8 Veſtes. 9 Sc. referas. 10 Sc. parte templi. 11 Pomum rotundum. 12 Habens ſcripta. 13 Litteris callidè ſcriptis. 14 Pomum. 15 Obligatam mihi. 16 Dic ei verba formalia juramenti. 17 Mater tua. 18 Sc. mihi. 19 Uxorem promittunt. 20 Quæ ita tibi ſuadebit. 21 Si verè te materno affectu amabit. 22 Vobis providiſſe, & non dediſſe tibi maritum indignum. 23 A Corycio, antro in Parnaſſo, Muſis ſacrato. 24 Inſula Cæa. 25 Si etiam placet nobilitas tibi. 26 Non probor, 27 Non ſum natus vilibus & contemptis majoribus.

Amplius [1] *utque nihil, me tibi jungit* [2] *amor.*
[3] *Appeteres talem* [4] *vel* [5] *non jurata maritum:*
Juratæ vel non talis habendus erat.
Hæc tibi me in ſomnis [6] *jaculatrix ſcribere* [6] *Phœbe,*
Hæc tibi me vigilans ſcribere juſſit Amor.
[7] *E quibus* [8] *alterius mihi jam* [9] *nocuere ſagittæ:*
[10] *Alterius noceant ne tibi tela, cave.*
[11] *Juncta ſalus noſtra eſt: miſerere meique tuique.*
Quid dubitas unam ferre [12] *duobus opem?*
[13] *Quod ſi contigerit,* [14] *cum jam data ſigna ſonabunt,*
[15] *Tinctaque votivo* [16] *ſanguine* [17] *Delos erit;*
[18] *Aurea ponetur mali felicis imago,*
Cauſaque verſiculis ſcripta duobus erit:
Effigie pomi teſtatur Acontius hujus,
Quæ fuerint in eo ſcripta, fuiſſe [19] *rata.*
[20] *Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus,*
[21] *Clauſaque* [22] *conſueto ſit tibi fine; vale.*

1 Quamvis nihil jungat me tibi ampliùs. 2 Solus amor me tibi conciliare debet. 3 Appetere deberes. 4 Etiam. 5 Sine juramento. 6 Diana. 7 Dianâ & Amore. 8 Sc. Amoris. 9 Quia percuſſerunt me. 10 Sc. Dianæ, cujus irâ tu vexaris. 11 Vita mea eſt conjuncta cum tua: ita ut, te periclitante, ego etiam ſim periclitaturus. 12 Tibi & mihi. 13 Ut feras opem ambobus, i. e. ut mihi nubas. 14 Quando celebrabuntur feſta Dianæ in Delo: quia ſonitu tubarum vocabantur ad ſacrificia. 15 Maculata. 16 Sanguine victimarum, ex voto interfectarum, i. e. quando offerentur ei ſacrificia votiva. 17 Inſula, ubi colitur Diana. 18 Aureum malum in templo Dianæ ſuſpendam. 19 Valida, habuiſſe effectum, i. e. Cydippen ſervaſſe, quæ in eo pomo ſcripta legerat, & juraverat. 20 Ordo eſt: *Vale ô Cydippe, ne epiſtola longior laſſet corpus tuum infirmum.* 21 Concluſa. 22 Solito: quia finis epiſtolarum ſolet eſſe, *Vale.*

EPI-

EPISTOLA XXI.

ARGUMENTUM.

Cùm excepiſſet Cydippe, hanc ſibi febrem Dianæ irâ immiſſam, in Acontii vota contrà paternam voluntatem deſcendere maluit, quam diutiùs torqueri. Imprimis reſpondet, ſe non auſam fuiſſe, epiſtolam ſuam clarâ voce exprimere: ne, ut in pomo, iterum juraret. Deinde narrando, quomodo inſidioſum illud pomum acceperit, in ipſum Acontium invehitur.

CYDIPPE ACONTIO.

[1] *PErtimui, ſcriptumque tuum [2] ſine murmure legi:*
Juraret ne quos [3] inſcia lingua Deos.
Et, puto, [4] captaſſes iterum: niſi, [5] ut ipſe fateris,
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui: ſed, ſi tibi [6] dura fuiſſem,
Aucta foret [7] ſævæ forſitan ira Deæ.
[8] *Omnia cum faciam, cum [9] dem pia thura Dianæ;*
Illa tamen juſta [10] plus tibi parte favet.
[11] *Utque cupis credi, memori te [12] vindicat ira.*
[13] *Talis in [14] Hippolyto vox fuit illa ſuo.*
At [15] melius [16] virgo [17] faviſſet virginis annis;
[18] *Quos vereor paucos [19] ne velit eſſe mihi.*
[20] *Languor enim cauſis non apparentibus hæret.*
Adjuvor & nullâ [21] feſſa medentis ope.

1 Cùm mihi reddita eſt epiſtola tua, ne quid doli apportaret. 2 Sine prolatione verborum, i. e. nemine audiente: ſed tantùm oculis & animo percurrens. 3 Imprudens, & quæ tuas inſidias non norat. 4 Decipere tentaſſes. 5 Nam dixerat: *Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.* 6 Inexorabilis, ut epiſtolam tuam non legiſſem. 7 Iratæ. 8 In honorem Dianæ, & propter ipſam. 9 Sacrificem ei thure. 10 Plus æquo tuetur partes tuas. 11 Quia tu dicis, quòd hæc ſit cauſa, quare ægrotem. Dixit enim ipſe: *Dicendum tamen eſt*, &c. 12 Facit vindictam pro te. 13 Tam favorabilis. Non tantùm favit Hippolyto ſuo, quem etiam per Æſculapium à morte ad vitam revocavit, poſtquam ab equis diſtractus eſt. 14 Pro *in ſuum Hippolytum.* Sic Virg. *Talis in hoſte fuit Priamo.* 15 Juſtiùs. 16 Ipſa Diana virgo. 17 Mei Cydippes, quæ etiam ſum virgo. 18 Annos. 19 Ne velit me citò mori: nam diuturnâ febre vexata, de ſalute deſperarat. 20 Morbus enim ipſe durat, & quaſi immedicabilis eſt: cùm tamen nullæ ejus cauſæ appareant. 21 Morbo defatigata & exhauſta.

Quam tibi nunc gracilem vix hæc reſcribere, quamque
Pallida vix cubito membra levare putas?
Huc timor accedit, ne quis niſi conſcia nutrix
Colloquii nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet hæc: quid agamque [1] rogantibus intus,
Ut poſſim tutò ſcribere, Dormit, ait.
Mox ubi [2] ſecreti longi cauſa optima [3] ſomnus
Credibilis tardâ deſinit eſſe morâ,
Jamque venire videt quos non admittere [4] durum eſt;
Excreat; & fictâ dat mihi ſigna notâ;
Sicut eram, properans verba imperfecta relinquo:
Et tegitur trepido littera [5] cauta ſinu.
[6] Inde meos digitos iterum repetita fatigat.
Quantus ſit nobis, aſpice ipſe, labor.
Quâ peream, ſi dignus eras, ut vera loquamur:
Sed melior juſto, quamque mereris, ego.
Ergo te propter toties incerta ſalutis
[7] Commentis pœnas doque dedique tuis?
Hæc nobis formæ te laudatore ſuperbæ
Contingit merces? & placuiſſe nocet?
Si tibi deformis, quod mallem, viſa fuiſſem?
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me certamine [8] veſtro
Proditis; & [9] proprio vulneror ipſa bono.
[10] Dum neque tu cedis, nec ſe putat ille ſecundum;
Tu votis obſtas illius, ille tuis.
Ipſa, velut navis, jactor; quam certus in altum
Propellit Boreas, [11] æſtus & unda refert.
Cumque [12] dies caris optata parentibus inſtat,
Immodicus pariter corporis [13] ardor ineſt:

1 Pro interrogantibus. Tmeſis. 2 Honeſtiſſimi prætextus actionum ſecretarum. 3 Id eſt, ſomnus, non qui per ſe cauſa ſit ſecreti, ſed qui ſic prætextus, ſecretis ſine ſecreto agendis, ſpatium ac locum præbet. 4 Non decet, non convenit. 5 Tecta, abſcondita, cui cavetur. 6 Illis abeuntibus. 7 Dolis. Imputat enim illius dolis, quæ ipſa patitur. 8 Dùm uterque veſtrum magnâ me ambit contentione. 9 Propriâ formâ. 10 Dum neuter alteri cedit, & interim tu fidem datam urges: quæ res tantum nocet mihi apud Deam. 11 Recurſus undæ: is enim æſtus dicitur. 12 Dies nuptiis dictus. 13 Tunc maximè ex febri laboro.

[1] Et mihi conjugii tempus crudelis ad ipſum
Perſephone noſtras pulſat acerba fores.
Jam pudet: & timeo, quamvis mihi conſcia non ſim,
[2] Offenſos videar ne meruiſſe Deos.
Accidere hoc aliquis caſu contendit: & alter
Acceptum Superis [3] hunc negat eſſe virum.
Neve nihil credas in te quoque dicere famam,
Facta veneficiis pars putat iſta tuis.
Cauſa latet: mala noſtra patent. vos pace movetis
Aſpera ſubmotâ prælia: [4] plector ego.
Dicam nunc, ſolitoque tibi me decipe more:
Quid facies odio, ſic ubi amore noces?
Si lædis, quod amas, hoſtem ſapienter amabis.
[5] Me, precor, ut ſerves, perdere velle velis.
Aut tibi jam nulla eſt ſperatæ cura puellæ,
Quam ferus [6] indignâ tabe perire ſinis;
Aut Dea ſi fruſtra pro me tibi ſæva rogatur,
[7] Quid mihi te jactas? gratia nulla tua eſt.
Elige [8] quid fingas. [9] non vis placare Dianam;
Immemor es noſtri: non potes; illa tui eſt.
[10] Vel nunquam mallem, vel non mihi tempore in illo
Eſſet in Ægæis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili deducta eſt æquore navis,
Et fuit ad cœptas hora [11] ſiniſtra vias.
Quo pede proceſſi! quo me pede [12] limine movi!

1 Ordo eſt: *Et crudelis Perſephone*, i. e. Proſerpina, uxor Plutonis, regis inferorum, ac mortuorum, *ad ipſum tempus conjugii pulſat mihi noſtras fores acerba*, i. e. acerbè. Q. d. Ipſa mors in foribus, ſive in limine tunc maximè eſt, quando nuptias celebrare debeo. 2 Ne videar Deos offendiſſe, aut meruiſſe, ut eſſent mihi offenſi, i. e. infenſi. 3 Cui parantur nuptiæ, quando toties ſub tempus nuptiarum in morbum ipſa recidit. 4 Punior a Diana, quæ fidem à me exigit, ut tu quidem Aconti ſentis. 5 Quando noces iis, quos amas, diverſoſque affectus & effectus habes: quæſo ut me oderis, & perdere cupias: & per conſequens ſervabis. 6 Morbò, ſeu febri. 7 Sc. habere Deam propitiam & faventem. 8 Utrum facias. 9 Dilemma eſt: Aut potes placare Deam, & non vis: immemor es ergo mei. Aut vis placare, & non potes: immemor ergo illa tui eſt, i. e. te non curat, aut tanti facit, quanti tu te fieri apud illam jactas. 10 Narrat jam profectionem, & ſeriem malorum ſuorum. Q. d. Utinam aut nunquam, id quod mallem, aut non hoc tempore navigaſſem Delum, ſc. quo tempore eodem venit Acontius. 11 Infelix, mala. 12 Domo egreſſa ſum. Synecdoche.

Picta citæ tetigi quo pede texta [1] ratis!
[2] Bis tamen adverſo redierunt [3] carbaſa vento.
Mentior ah demens! ille ſecundus erat.
Ille ſecundus erat, qui me referebat euntem;
Quique parum felix impediebat iter.
Atque utinam conſtans contra mea vela fuiſſet!
Sed ſtultum eſt venti de levitate queri.
Mota loci famâ properabam viſere Delon;
Et facere [4] ignava puppe videbar iter.
Quam ſæpe, ut tardis, feci convitia remis;
Queſtaque ſum vento [5] lintea parca dari!
Et jam tranſieram [6] Myconon, jam [6] Tenon & [6] Andron;
Inque meis oculis candida Delos erat.
Quam procul ut vidi, Quid me fugis, inſula, dixi?
[7] Laberis in magno nunquid, ut ante, mari?
Inſtiteram terræ, cum jam prope luce peracta
[8] Demere purpureis Sol juga vellet equis:
[9] Quos idem ſolitos poſtquam revocavit ad ortus,
Comuntur noſtræ matre jubente comæ.
Ipſa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
Et veſtes humeris induit ipſa meis.
Protinus egreſſæ Superis, quibus inſula ſacra eſt,
Flava ſalutatis thura merumque damus.
Dumque parens aras [10] votivo ſanguine tingit;
[11] Feſtaque fumoſis ingerit exta focis;
Sedula me nutrix alias quoque ducit in [12] ædes,
Erramuſque vago per loca ſacra pede.
Et modo porticibus ſpatior, modo [13] munera regum
Miror: & in cunctis [14] ſtantia ſigna locis.

1 Pictam navem. Solebant enim naves certis coloribus pingi. 2 Bis retroacta eſt navis adverſo vento, dum Delum navigare contendi. 3 Vela. Eſt enim lini genus *carbaſus*, unde vela fiebant. 4 Tardâ navi: quia aliquoties ventos adverſos habuiſſet. 5 Vela non plena. 6 Inſulas. 7 Fluctuas-ne & inconſtans es, neque uno loco perſiſtis: quoniam te conſequi nequeo. Nam dixerat, ſe aliquoties adverſo vento navigaſſe, ideòque tardius etiam veniſſe. 8 Periphraſis eſt veſpertini temporis. 9 Id eſt, poſtero die. 10 Hoſtias votivas mactat. 11 Exta ſolemnia imponit ignibus aræ. Ea enim cremari ſolebant, quando Diis ſuperis ſacrificabatur. 12 Templa. 13 Donaria, quæ Diis ibi oblata erant à regibus. 14 Statuas & effigies Deorum.

Miror

Miror & innumeris ſtructam de cornibus [1] aram,
Et de qua pariens [2] arbore nixa Dea eſt.
Et quæ præterea (neque enim meminiſve libetve,
Quidquid ibi vidi, dicere) Delos habet.
Forſitan hæc ſpectans, à te ſpectabar, Aconti;
Viſaque ſimplicitas eſt mea poſſe capi.
In templum redeo gradibus ſublime Dianæ.
Tutior hoc ecquis debuit eſſe locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
Hei mihi! juravi nunc quoque pæne tibi.
Suſtulit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit.
[3] Inſidias legi, magne poëta tuas.
Nomine conjugii dicto, confuſa pudore
Senſi me totis erubuiſſe genis:
Luminaque in gremio veluti defixa tenebam;
[4] Lumina propoſiti facta miniſtra tui.
Improbe, quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta eſt?
Quidve vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumta [5] peltata ſecuri;
Qualis in Iliaco [6] Pentheſilea ſolo.
[7] Nullus Amazonio cælatus balteus auro,
Sicut ab Hippolyte, præda relata tibi eſt.
Verba, quid exultas, tua ſi mihi verba dederunt;
Sumque parum prudens capta puella dolis?
Cydippe pomum, pomum [8] Schœneïda cepit.
Tu nunc Hippomenes ſcilicet alter eris.
At fuerat melius, (ſi te [9] puer iſte tenebat,

1 Aram Dianæ intelligit, quæ ita erat ſtructa, quoniam ipſa eſt Dea venationis, cujus indicia ſunt cornua ferarum, aut cervorum. 2 Arborem palmæ & olivæ ſignificat, cui incumbens Latona, Dianam & Apollinem peperit. Hæc autem in Delo fuit. 3 Legi verba tua deceptoria, jubente nutrice. 4 Oculos, qui ſe miniſtros præbuêre tuæ deceptionis: quia niſi aſpexiſſem pomum, non legiſſem, & non juraſſem, quod tu volebas. 5 Peltâ armatâ, quæ ſcutum fuit breve, in modum Lunæ: quo peculiariter Amazones utebantur. Virg. *Ducit Amazonidum*, &c. 6 Pentheſilea Amazonum regina fuit, quæ illas ad bellum Trojanum duxit, quam Achilles poſteà occidit. 7 Non tibi ſpolium aut præda aliqua exſpectanda fuit, quemadmodum Achilli à Pentheſilea, aut Herculi ab Hippolyte Amazone. 8 Atalantam, Schœnei filiam: quæ cùm procos ſuos certamine curſus provocaret, ab Hippomene victa eſt, objectu pomorum aureorum, quæ à Venere acceperat. 9 Cupido.

Quem tu neſcio quas dicis habere faces,)
[1] More bonis ſolito ſpem non [2] corrumpere fraude.
Exoranda tibi, non [3] capienda fui.
Cur, cum me peteres, ea non profitenda putabas,
[4] Propter quæ nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius, quam perſuadere volebas,
[5] Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodeſt [6] jurandi formula juris,
Linguaque præſentem teſtificata Deam?
Quæ jurat, mens eſt: nil conjuravimus illa.
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium prudenſque animi ſententia jurat,
[7] Et niſi judicii vincula nulla valent.
Si tibi conjugium volui promittere noſtrum;
Exige polliciti debita jura tori:
Sed ſi nil dedimus, præter ſine pectore [8] vocem;
Verba ſuis fruſtra viribus [9] orba tenes.
Non ego juravi: legi jurantia verba.
[10] Vir mihi non iſto more legendus eras.
Decipe ſic alias: ſuccedat epiſtola pomo.
Si valet hoc; magnas divitis aufer opes.
Fac jurent Reges ſua ſe tibi regna daturos;
Sitque tuum, toto quicquid in orbe placet.
Major es hac ipſa multo (mihi crede) Diana,
Si tua tam præſens littera [11] numen habet.
Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negavi,
Cum bene promiſſi cauſa peracta mei eſt;
Confiteor, timeo ſævæ [12] Latoïdos iram:
Et corpus lædi ſuſpicor inde meum.

1 Eâ viâ ac ratione, quâ boni & honeſti ſolent. 2 Perdere fallaciâ pomi. 3 Decipienda. 4 Cur non ea prætendebas ambiendi causâ, propter quæ ipſe petendus, i. e. ambiendus eras: ut ſunt genus, divitiæ, parentes, &c. quæ proci prætendere & allegare ſolent. 5 Si tua talia erant, ut iis meritò capi & allici poſſem. 6 Juramentum, quod, verbis pomi lectis, tibi feci? 7 Non valet juramentum, quod temerè & imprudenter profertur, ad quod judicium & voluntas animi non accedit. 8 Verba abſque judicio, & certâ voluntate prolata. 9 Carentia viribus, & effectu, verba irrita. 10 Non poteris me hoc pacto convincere, ut te virum habeam: quoniam fraudulenter agis. 11 Vim, & poteſtatem quaſi divinam. 12 Dianæ, filiæ Latonæ.

Nam quare, quoties ſocialia ſacra parantur,
Nupturæ toties languida membra cadunt?
Ter mihi jam veniens poſitas Hymenæus ad [1] *aras*
Fugit; & è thalami limine terga dedit.
Vixque manu [2] *pigrâ toties* [3] *infuſa reſurgunt*
Lumina: [4] *vix moto corripit igne faces.*
Sæpe coronatis ſtillant unguenta capillis,
Et trahitur multo ſplendida palla croco.
Cum tetigit limen, lacrymas mortiſque timorem
Cernit; & à cultu multa remota ſuo.
Projicit ipſe ſuas [5] *deducta fronte coronas,*
[6] *Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis.*
Et pudet in triſti lætum conſurgere turba:
Quique erat in palla, tranſit in ora rubor.
At mihi (væ miſeræ!) torrentur febribus artus;
Et gravius juſto [7] *pallia pondus habent.*
Noſtraque plorantes video ſuper [8] *ora parentes:*
Et, face pro thalami, [9] *fax mihi mortis adeſt.*
Parce laboranti, [10] *pictâ Dea læta pharetrâ;*
Daque ſalutiferam jam mihi fratris [11] *opem.*
Turpe tibi eſt, [12] *illum cauſas* [13] *depellere leti;*
[14] *Te contra titulum mortis habere meæ.*
[15] *Nunquid, in umbroſo cum velles fonte lavari,*
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
[16] *Prateriine tuas de tot cæleſtibus aras?*
[17] *Atque tua eſt noſtrâ ſpreta parente parens?*
Nil ego peccavi, niſi quod perjuria legi;

1 Ad me decumbentem. 2 Laſsâ jam toties accendendo. 3 Denuò accenſa. 4 Hypallage: pro vix corripit ignem motâ, i. e. agitatâ face. 5 Demiſsâ, triſti. 6 Quibus ipſa corona ſpiſſa ſive denſa erat Intelligit autem florem amomi, undè corona conferta erat. 7 Quæ ego gero ſc. graviora, propter morbum mihi videntur. 8 Dùm ſe inclinant, & procumbunt in decumbentem. 9 Nam & in funere faces adhiberi ſolebant. 10 Periphraſis Dianæ. 11 Opem Apollinis, i. e. medicam: quoniàm Apollo eſt Deus Medicinæ. 12 Apollinem, fratrem tuum. 13 Sanare morbos. 14 Quæ ſoror es Apollinis. 15 Q. d. ego non merui, cur me neci dares: neque enim ut Actæon te aſpexi, cùm velles te lavare. 16 Oeneus, cùm cæteris Diis primitias offerret, imprudens Dianam præteriit. Quare irata Dea, aprum immiſit ei, qui totum Calydonium agrum vaſtavit. 17 De Niobe intelligit, quæ cùm Latonæ ſe prætuliſſet ob prolis fœcunditatem, Apollo & Diana contumeliam matris ulciſcentes, totam ſtirpem Niobes ſagittis extinxerunt.

Inque parum fauſto carmine [1] *docta fui.*
[2] *Tu quoque pro nobis, ſi non mentiris amorem,*
Thura feras. proſint, quæ [3] *nocuere, manus.*
[4] *Cur, quæ ſuccenſet, quod adhuc tibi pacta puella*
Non tua ſit, fieri ne tua poſſit, [5] *agit?*
Omnia de viva tibi ſunt ſperanda. [6] *quid auſert*
Sæva mihi vitam, ſpem tibi Diva mei?
[7] *Nec tu credideris illum, cui deſtinor uxor,*
Ægra ſuperpoſitâ membra fovere manu.
Aſſidet ille quidem, quantum permittitur ipſi:
[8] *Sed meminit noſtrum virginis eſſe torum.*
Jam quoque neſcio quid de me ſenſiſſe videtur.
[9] *Nam lacrymæ causâ ſæpe latente cadunt.*
Et minus audacter blanditur, & oſcula rara
Accipit, & timido me vocat ore ſuam.
Nec miror ſenſiſſe, notis cum prodar apertis.
In dextrum verſor, cum venit ille, latus.
Nec loquor, & tecto ſimulatur [10] *lumine ſomnus;*
[11] *Captantem tactus rejicioque manum.*
Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore: meque
Offenſam, quamvis non mereatur, [12] *habet.*
Hei mihi, quod gaudet, & te juvat iſta voluptas!
Hei mihi, quod ſenſus ſum tibi faſſa meos!
[13] *Si mihi lingua foret: tu noſtra juſtius ira,*
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
[14] *Scribis, ut invalidum liceat tibi viſere corpus.*

1 Sc. legendo, quæ in pomo ſcripta erant. 2 Aconti. 3 Pomum abjiciendo, & ſcribendo. 4 Cur ea, quæ ſuccenſet, quòd tibi pacta puella (ſc. ex tuo promiſſo, & verbis pomi) non ſit tua, i. e. tibi non detur. 5 Efficit, ne poſſit fieri tua, i. e. ultrò retinet, & moratur, morbum ſc. & febrim non tollendo, ſed ſubinde revocando & augendo: quando, ſi tibi ita favet, vivam & ſalvam potiùs, quam ægram præſtare debebat. 6 Cur adimit mihi vitam, tibi autem ſpem mei? 7 Confutatio ejus, quod Acontius objecerat, alterum procum, ſive ſponſum, aſſidere illi, & frui petitâ. 8 Facit ea, quæ conveniunt apud torum virginis. Sinit me hactenus illibatam. 9 Sæpè lachrymatur, nobis neſcientibus, quâ de causâ. 10 Tectis & clauſis oculis. 11 Volenti me tangere, rejicio, ſive dimoveo manus. 12 Putat me ſibi iratam. 13 Si mihi dicendum ſit. 14 Reſpondet ad id, quod Acontius optaverat, ægram coram inviſere poſſe. Dixerat enim: *Me miſerum, quod non*, &c.

[1] Es procul à nobis: & tamen inde noces.
Mirabar, [2] quare tibi nomen Acontius eſſet:
Quod faciat longe vulnus, acumen habes.
Certe ego convalui nondum de vulnere tali;
Ut jaculo, ſcriptis eminus [3] icta tuis.
[4] Quid tamen huc venias? anne ut miſerabile corpus,
Ingenii videas bina [5] tropæa tui.
Concidimus macie; color eſt ſine ſanguine: qualem
In pomo [6] refero mente fuiſſe tuo.
Candida nec miſto ſublucent ora rubore.
Forma [7] novi talis marmoris eſſe ſolet.
[8] Argenti color eſt inter convivia talis,
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc videas, viſam prius eſſe negabis:
[9] Arte nec eſt, dices, iſta petenda mea:
Promiſſique fidem, [10] ne ſim tibi juncta, remittes;
[11] Et cupies illud non meminiſſe [12] Deam.
Forſitan & facies, jurem ut contraria rurſus;
Quæque legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen aſpiceres vellem, prout ipſe rogabas,
Et diſcas ſponſæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum ſit tibi pectus, Aconti;
Tu veniam noſtris vocibus ipſe petas.
Ne tamen ignores, ope qua revaleſcere poſſim:
[13] Quæritur à [14] Delphis fata [15] canente Deo.

1 Q. d. quando ita abſens nobis noces, quid faceres, ſi propè fores? Proinde ſatius eſt, tuum votum non procedere, teque nobis coram non adeſſe. 2 Etymologia. Eſt enim idem ἀκόντιον, quod *jaculum*. Ergo eminùs vulnus facis, & lædis: quia etiam nomen tale habes, quo id ſignificatur, quod longè ferit. 3 A longè: veluti qui jaculo feriuntur. 4 Nihil eſt cur tantoperè deſideres me coram inviſere. Tu pulchritudinem meam expetis: ego hic jaceo corpus miſerabile, & morbo deformatum, & quale tu feciſti. 5 Alterum, quòd me ſcripto decepiſti: alterum, quòd nunc tuâ cauſâ, fidei, ut tu jactas, non ſervatæ, pœnam patior. Dicitur autem *trophæum* ſignum victoriæ, ſive hoſtis profligati, ἀπὸ τῆς τροπῆς, i. e. à converſione & fugâ hoſtium. 6 Repeto animo: adhuc memini. 7 Nuper politi, aut ſecti. 8 Poculorum argenteorum. 9 Fallaciâ, dolo. 10 Ne ſim tibi amplius obligata, vel obſtricta: & per hoc amplius torquear. 11 Quod promiſi. 12 Dianam. 13 Ordo eſt: Ne tamen hoc ignores, etiam Delphicum oraculum de eo, quomodo revaleſcere poſſim, quæſitum eſt. 14 Phocidis ſive, Bœotiæ urbe, circà Parnaſſum: ubi templum Apollinis erat, & reſponſa dabantur. 15 Dante reſponſa, ſive oracula.

[1] Is quoque neſcio quam nunc, ut vaga fama ſuſurrat,
Neglectam queritur [2] teſtis habere fidem.
Hæc [3] Deus & vates, hoc & mea [4] carmina dicunt.
[5] At deſunt voto carmina nulla tuo.
Unde tibi favor hic? [6] niſi quod nova forte reperta eſt,
Quæ [7] capiat magnos littera lecta Deos.
[8] Teque tenente Deos, numen ſequor ipſa Deorum:
[9] Doque libens victas in tua vota manus.
[10] Faſſaque ſum matri [11] deceptæ fœdera linguæ,
Lumina fixa tenens plena pudoris humo.
[12] Cætera cura tua eſt. [13] plus hoc quoque virgine factum,
Non timuit tecum quod mea charta loqui.
Jam ſatis invalidos calamo laſſavimus artus,
Et manus [14] officium longius ægra negat.
[15] Quid, niſi, quod cupio me jam conjungere tecum,
Reſtat, ut aſſcribat littera noſtra? Vale.

1 Et quantum nunc obſcura adhuc fama fertur. 2 Apollo, cujus teſtimonium de Cydippe datum nullam fidem apud parentes puellæ habeat. 3 Apollo. 4 Oracula mihi data dicunt ac monent, &c. 5 At tu habes carmina, i. e. oracula, pro tuo voto, i. e. ut tu optas & cupis. 6 Quoniam videt litteras illius tanti eſſe momenti, ut ab ea, quæ ipſa in pomo legerit, ita nunc morbo torqueatur: colligit, etiam cæteras illius litteras apud Deos multum valere: ideòque dicit; *Niſi nova litera aliqua*, i. e. niſi novum aliquod ſcriptum, quale ſc. illud in pomo fuit. 7 Quæ delectet ac moveat Deos, perinde ut illud in pomo ſcriptum, moviſſe Dianam videtur. 8 Quando igitur tu Deos ita tenes, i. e. propitios habes & faventes, & quaſi in manu tenes: ego quoque numen Deorum tuorum ſequor. 9 Subjicio me tibi ac Diis tuis, ut victam. Solebant enim, qui in bello victi eſſent, victoribus manus porrigere. 10 Matri omnem rem expoſui, ut tu meminiſti. 11 Quomodo à te decepta ſim, & quid tibi promiſerim. Id enim per *fœdera* intelligit, nempe pactiones. 12 Cætera tibi permitto, tuæque curæ mando: ut videas, quo pacto tibi has nuptias conficias. 13 Ego etiam hoc, ultra quam virginem decet, feci, quòd per literas tecum collocuta ſim. 14 Negat ultra ſcribere, propter defatigationem. 15 Nihil ergo reſtat, niſi ut hoc ultimo ſcribendo adjiciam, quòd cupio tecum conjungi.

F I N I S.

INDEX
RERUM & VERBORUM.

Prior numerus paginam, alter vero notam indicat.

A.

ABdicare, quid pag. 34. nota 14.
Abiit corpus & color, quid 26, 22.
Abſyrtus Medeæ frater 54, 14.
Abydenus, quis 163, 1.
Abydos, urbs & patria Leandri, i. e. omnes Abydeni, continens pro contento 164, 10.
Acerba pro Acerbe, nomen pro adverbio 71, 30.
Achaia victrix, quæ 67, 4.
Achaia eſt Græcia 141, 25. 160, 19.
Achaiadæ matres, quænam 22, 36.
Achelous rex Ætoliæ & nomen Fluvii in Epito 80, 33.
Achiva caſtra, id eſt Græcorum exercitus 3, 11.
Acontii etymologia 203, 2.
Actææ naves pro Athenienſibus 10, 14.
Actæis ignibus intelligitur Orithyia Nympha rapta à Borea 165, 12.
Actæonis Fabula 189, 1.
Actiacum templum, ubi 131, 7.
Admiſſi equi, & admittere equum, quid 4, 14.
Admonuiſſe, i. e. reducere in memoriam 26, 2.
Adolere pro cremare 148, 21.
Adoleſſe pro creviſſe 48, 12.
Æacida 23, 35.
Æacides, i. e. Achilles Æaci nepos 4, 11.
Æacides, quis 68, 8. 69, 12.
Æetes, quis 50, 10. & 101, 20.
Æetine, Æetias, vel Æetis, idis eſt Medea, filia Æetæ Colchorum regis 53, 9.
Ægæus nomen regis Athenarum 88, 31.
Ægidæ ſunt fratres Demophoontis 14, 3.
Ægides, eſt Theſeus 30, 23.
Ægina mater Æaci 22, 3.
Ægyſthus, quis 69, 7.
Æolia, i. e. Lesbia, à Lesbos inſula Æolica 132, 2.
Æolus ventorum rex, & ventus ipſe creditus eſt 85, 27.
Ærops uxor Atrei 142, 28.
Æſonides, quis 48, 38. & p. 53, 8. 58, 14.
Ætna Siciliæ mons 125, 4.
Ætolis, idis ab Ætolià, quæ 80, 24.
Agamemnon Mycænarum rex, Briſeidem, quam Achilli ſuſtulerat, reddere coactus eſt 21, 15.
Agmen pro multitudine 141, 23.
Agor reus, i. e. accuſor 188, 7.
Agrios 81, 21.
Ahenipes, quis 49, 11.
Alcæus, quis 126, 3.
Alcides eſt Hercules.
Alcimedis vel Alcimede uxor Æſonis & Jaſonis mater 53, 12.
Alcmena mater Herculis 75, 34.
Alcone, quæ avis, & cujus uxor, Scyronis filia 167, 5, 6. 180, 2.
Alecto, quæ 17, 2, 7.
Alexander unde derivatum 149, 29.
Alga, quæ herba 65, 2.
Alternare pro variare & incertum facere 49, 19.
Althea, quæ 81, 27, 28, 29.
Althæa mater Meleagri 188, 24.
Amans Æmonis, quæ 108, 1.
Amazonius Hippolytus Amazonis filius 27, 2.
Ambracias urbs in Epyro 131, 6.
Amica pro Diomeda, incerta pro certa 25, 9.
Amomum, unde coronæ conferebantur 201, 6.
Amor, i. e. Cupido 58, 3.
Amor & pudor ſunt oppoſita 181, 35, 36, 37.
Amyclæ, arum, inde
Amyclæus, a, um 70, 7.
Amymone una ex Filiabus Danai 179, 33.
Amyntor Phœnicis pater 20, 23.
Ancora pro navi 10, 9.
Androgeos, quis 87, 8.
Andromache conjux Hectoris Trojani 43, 32.
Andromede, quæ 126, 8. 170, 17.
Animus pro audacia 149, 24.

Antæus

Antæus gigas, quem Hercules palæſtra pectori aſtrictum exſpirare coëgit 77, 18.
Antenor princeps Trojanus 42, 28.
Antilochus Neſtoris filius à Memnone Auroræ filio interfectus 2, 35.
Antinous procus Penelopes ab Ulyſſe ſagitta transfixus 8, 1.
Apollo medicinæ Deus eſt 201, 11.
Apoſtrophe ad Medicum 190, 24.
Appeteres pro appetere deberes, modus potentialis 194, 3.
Aquæ Inſanæ 2, 12.
Aquilo ſeu Boreas ventus Septentrionalis 90, 32. 149, 7.
--- Proomoi vento, ſpecies pro genere 89, 8.
Ara Dianæ erat ſtructa de cornibus cervorum 199, 1.
Arabus ros, quid 128, 1.
Arare litora proverb. eſt operam perdere 44, 7.
Arbiter, quis 76, 1.
Arctophylax ſtella, quæ & Bootes dicitur 172, 19.
Arctos, i. e. urſa minor, quæ Cynoſura appellatur 170, 15.
Arcus pro telo 19, 14.
Ardere pro amore incendi 31, 37.
Area pro ſpatio 6, 33.
Arena pro litore 183, 10.
Arenæ ſemina mandare, quid 44, 6.
Argi, orum ſeu Argos Junonis natale 118, 35. 119, 12.
Argo pro Argoa per Synereſin 51, 8.
Argolici duces, id eſt Græci duces 3, 23.
Argolis 51, 39.
Ariadne avia Hipſipyles 53, 24.
Aries ſive ovis habens pellem auream 170, 1.
Ariſtæ ſummitates ſegetum 119, 17.
Ars fit, i. e. perficitur 28, 32.
Ars pro fallacia & dolo 203, 9.
Atalanta vide Schoenis.
Atrax Theſſaliæ urbs 162, 4.
Atreus, quis 67, 21. 141, 28.
Atrides vel Atrida, i. e. Agamemnon 21, 17.
Atrides quis 43, 18.
Attonare pro attonitum reddere 30, 5.
Averſa in ora jacere, i. e. pronum eſſe, cubare in faciem 100, 29.
Auge, quæ 76, 11.
Avibus ſiniſtris, quid 16, 33.
Avibus variis, queis intelliguntur pavones 125, 11.
Avido igne, i. e. flagrantiſſimo amore 28, 7.
Avis viridis ſupple pſittacus 126, 12.
Aulis, quis portus 109, 1.
Auſpiciis tuis, pro ductu & imperio tuo 26, 13.
Autor, quid 124, 2.
Axis pro curru 36, 11.

B.

BAccha, quæ 84, 36.
Bacchus bicorniger quare 110, 20.
Balteus & Baltea, orum, loramentum cui appenditur gladius 199, 7.
Barbara præda, ſeu ſpolia Trojana ſeu Trojanorum, qui Barbari ſunt 3, 29.
Barbaricus pro Barbarus 19, 3.
Barbitos, quid 124, 7.
Beli nepos 120, 32.
Belides eſt Lynceus.
Bimembres, qui 14, 15.
Biſque æſtas biſque cucurrit hiems, quid 50, 23.
Biſtonia aqua, quæ 14, 23.
Biſtonis, quæ regio 149, 9.
Briſeis 19, 2. capta ab Achille 187, 14.
Buſiris quomodo hoſpites ſuos exceperit 77, 16.

C.

CAdere pro mori 2, 37. 35, 32.
Cæa, ſive Cæos nomen inſulæ maris Ægæi à Cæo Titani filio ſic dicta 193, 24.
Cæca regia pro orco 14, 18.
Cæcum vulnus, id eſt, occultus amor 28, 21.
Calathus, quid 77, 20.
Calchas incendium Trojanum prædixiſſe dicitur 161, 25.
Caliſto, Arctos, Parrhaſis, Urſa, Helice, Cynoſura, Lycaonis ſunt ſynonyma 170, 23.
Calliope princeps novem Muſarum 129, 5.
Calydonis aper 158, 22.
Candor, i. e. integritas 29, 1.
Canere pro narrare 3, 34.
--- pro prædicere 44, 3.
Canet aqua pro ſpumeſcit 40, 31.
Cantata pro incantata 52, 6.

Can[illegible]

Cantus pro incantatione 106, 6.
Capere pro rapere 15, 15.
Capiſtratus pro frenatus 14, 36.
Captare pro amplexari 71, 8.
Carbaſus & carbaſa, orum, primo ſignificat ſubtile linteum, ſecundo ſumitur pro velo 198, 3.
Carcer & carceres, quid 171, 11.
Carina pro navi 13, 6.
Carmina pro oraculis 204, 4, 5.
Carthago ubi condita 62, 18.
Caſtor & Pollux unde nati 70, 11.
Caſtra etiam de navibus dicuntur 50, 13.
Catena pro vinculo ſeu conjunctione conſanguinitatis 34, 35.
Cecrops, quis 87, 12.
Celæno una ex Harpyis 180, 9.
Centauri, qui 79, 11.
Cephalus raptus ab Aurora 118, 8.
Cepheïa Andromade, quæ 126, 8.
Ceratus, a, um, quid 40, 5.
Cerberus, quis 78, 17.
Ceſpes, quid 122, 7.
Ceyx Luciferi filius 167, 6.
Chalciope ſoror Medeæ 100, 27. 161, 16.
Charta notata, quid 6, 7.
Charybdis 104, 3. vide Scylla.
Chelys, i. e. cythara 131, 17.
Cinnama, quid 148, 22.
Cinyrâ creatus, quis 32, 35.
Cita aura pro volucri vento 41, 19.
Clamare pro conqueri 43, 20.
Claſſis quid 2, 9.
Clivo ſudare in imo, quid ſit 186, 11.
Cœlebs quis dicatur 113, 33.
Cœleſte in ablativo pro cœleſti 146, 17.
Cœpto non leve numen adeſt, i. e. Di faveant mihi 134, 18.
Colcha manus, quid 149, 13.
Colchi, qui populi 97, 2.
Coli & comi pro ornari 31, 30. & 31.
Colus, quid 23, 13.
Coma pro frondibus 130, 12.
Commentum pro dolo 196, 7.
Comminui pro flecti 26, 8.
Comminus, quid ſit 150, 3. vide eminus.
Concidere pro interfici 32, 28.
Condere lumina, quid 88, 14.
Conſulere pro providere 3, 15.
Conſultor, &
Conſultus, quis dicatur 185, 24.
Contrectare ſinus, eſt tangere pectora 190, 20, 21.
Convellere pectus, quid 156, 5.
Convenire pro placere 41, 39.
Corinthum Jaſon pro dote accepit 100, 13.
Corinthus in Iſthmo ſita 101, 27.
Cornens, a, um, quid 31, 7.
Corona clara, i. e Ariadnes ſtella, quare Corona vocitata 170, 18.
Corycides & Corycia 193, 23.
Creon Thebarum rex 98, 34.
Crepuſculum, quid 118, 13.
Creſſa, quænam hoc loco 14, 18.
Creſſa quæ, Cres vero, qui ex Creta ſive Candia eſt, idem quod Cretenſis 87, 3.
Creſſia regna, i. e. Cretenſia 147, 10.
Creuſa Creontis filia 98, 33.
Culpa pro peccato 35, 6.
Culpare pro reprehendere 54, 33.
Cura, i. e. timor 3, 8.
Currere pro natare 163, 10.
Cuſpis pro haſta 36, 34.
Cygnus conſanguineus Phaetontis 69, 31.
Cynthia, i. e. Luna à Cyntho monte dicta 156, 18.
Cythereâ, unde dicta 134, 20. 139, 10.
Cytheriacæ aquæ, quæ 59, 17.

D.

Damnare pro culpare 70, 29.
Danaæ opes, i. e. Græcorum opes 23, 33.
Danaæ puellæ, quæ 2, 4.
Danai, i. e. Græci 25, 6.
Daphne, quæ 125, 31.
Dardana ſacra, i. e. Penates Trojani 64, 11.
Dardanius pro Paride 68, 23.
Daulias ales, quæ 130, 18.
Debitus pro legitimus 184, 15.
Decolor, i. e. turpis 73, 9.
Deiphobus filius Priami & Hecubæ 42, 27. 150, 2.
Delia, quæ 29. 15. 188, 12.
Deligere pro colligere 28, 28.
Delos inſula 194, 17.
Delphi, orum urbs 203, 14.
Demophoon quis 10.
Demto fine pro ſemper 5, 25.
Deos inſpicere fidem & non ſacrificia 191, 8.
Deperire pro amitti 43, 25.
Depudere, quid 35, 34.
Deleſtores, quinam dicantur 181, 12.

Devia

Devia avis eſt bubo 17, 5. 6.
Devotus pro exſecratus 56, 5.
Deus pro Hymenæo 3, 17.
--- pro Cupidine 68, 16.
Diana triplici vultu depingitur 101, 31.
Dibaphæ veſtes, quæ 110, 26.
Diffindere iram, quid 69, 23.
Diffuſæ comæ 44, 5.
Dilaniare quid 7, 33.
Diluitur ſemor hora poſito mero, i. e. tempus nocturnum teritur bibendo 174, 21. 22, 23.
Diomedes Thraciæ tyrannus 77, 13.
Diſſimulanter, i. e. occulte 150, 7.
Diva pro Aurora 32, 34.
Divitior pro ditior 135, 9.
Dolon Trojanus 4, 26.
Dolor pro indignatione 54, 35.
Domare pro flectere 35, 38.
Domini Di, quinam 28, 1.
Domus pro familia 30, 32.
Dorica caſtra, i. e. Græca 150, 16.
Draco vellus aureum cuſtodiens 100, 3.
Dryades, quæ 50, 2.
Ducere volucrem laqueo, & piſcem hamo, eſt piſces & aves capere 147, 20.
Dulce pro ſuaviter 130, 15.

E.

EBurnus currus dicatus Veneri, argenteus Lunæ 128, 13.
Echo unde dicatur 83, 31.
Edere progignere 38, 2.
Effundere vitam pro mori 65, 19.
Elegiaca, quæ 123, 3.
Eleleïdes, quæ 20, 30.
Eleus ab Elis, inde Eleus carcer, Elis quæ urbs 175, 10.
Eleuſis, quæ 31, 11.
Eliſſa, i. e. Dido 61, 22.
Eminus quaſi è minis, è longinquo comminus quaſi coram minis, e loco propinquo proximo 130, 3.
Endymion, cujus amore Luna capta, quæ cum i, ſo in Monte Latmio concubuiſſe fertur 165, 14. 15.
Eos, i. e. Aurora 11, 12.
Ephyre, i. e. Corinthus, unde ſic dicta 99, 2.
Erechtis, quæ 139. 8.
Erichtho maga, quæ 130, 6.
Erinnys una Furiarum infernalium 49, 36. 95, 9.
Eripere pro imminuere 32, 15.
Erycina, quæ 127, 8.
Erymanthus Arcadiæ mons 78, 6.
Eumenides, quæ 61, 9. & 10.
Europe, quæ 80, 13.
Eurus ventus orientalis 91, 2.
Eurybates, quis 19, 13.
Eurymachus, unus ex procis Penelopes 8, 1.
Euryſtheus, quis 73, 15.
Exacto tempore, i. e. perfectiori ætate 28, 35.
Exagitare, quid 23, 14.
Exiguiſſima, contra regulam Grammatices, quæ privat adjectiva comparativo & ſuperlativo, quæ vocalem habent ante us 112, 3.
Exitus in Dîs eſt, quid 186, 14.

F.

FAces in funere adhiberi ſolebant 101, 9.
Fallere noctem pro traducere horas nocturnas 1, 22.
Fama pro nomine 28, 14.
Fata trahunt pro mori 49, 4.
Fata diurna, eſt vita unius diei 49, 17.
Fatum pro morte 9, 20. pro fortuna 30, 9. pro infortunii initio 39, 8. pro infortunio 62, 7.
Fauni bicornes, qui 30, 3.
Faunus apud Latinos qui apud Græcos Satyrus 45, 24. vide Satyri.
Feriri aratris, quid 5, 39.
Ferox pro forti 31, 38.
Ferre pro auferre 57, 1.
Ferri pro rapi 29, 28.
Ferro pro enſe, metonymia eſt 26, 35.
Ferrum pro gladio 4, 24.
Fides fidis pro cithara 45, 29. 125, 17.
Figere pro vulnerare 28, 9.
Figere ſimulachra cerea, i. e. facere effigies cereas 52, 24.
Filios filiaſve trahere mores à parentibus 147. 1.
Findere viam pro natare 183, 20.
Finge, i. e. eſto 85, 22. 149, 15.
Fingere pro imaginari 2, 30.
Flamma pro amore 99, 21. 106, 5. 171, 23.
Flammea lumina quid 102, 34.
Fœtus eſt animalium, arborum, & terræ 164, 17.
Forum, quid 174, 14.
Foſſo pectore, i. e. percuſſo, perforato 26, 36.

Fovere pro calefacere 28, 8.
Frangi pro vinci 7, 22.
Fratre pro fratri 34, 31.
Frons pro capite 35, 8.
Fugax equus, quis 29, 27.
Furere pro vaticinari 43, 15.
Furtum pro adulterio 145, 35. 168, 12.
Fuſus, quid 23, 13.

G.

GAnymedes Jovis pincerna 142, 12.
Gargara unde dicta 138, 7.
Gelidus axis eſt regio ſeptentrionalis 53, 14.
Gena pro vultu 41, 21.
Genæ pro oculis 193, 5.
Genius, qui naturæ deus eſt, &c. 174, 12.
Gens pro familia 30, 11. & 15.
Geryones, monſtrum tricorpor 78, 12.
Glaucus quis Deus 171, 2.
Gnoſia tellus, quæ 31, 12.
Gnoſis, quæ 125, 22.
Gorge, quæ 82, 8.
Græcia pro Græcorum exercitu 23, 21.
Grajæ juvenca, i. e. Helena 44, 8.
Gratari, i. e. gratulari 53, 32.

H.

HÆmonii, qui 162, 5.
Hæmus mons Thraciæ 16, 27.
Hærere pro tacere 49, 1.
Haruſpicina quænam ars 75, 14.
Hebrus Thraciæ fluvius 11, 17. 16, 30.
Hecate, i. e. Proſerpina 105, 10.
Hector Trojæ defenſor 4, 15.
--- impiger 23, 34.
Hecuba Priami uxor 41, 9.
Hecubæ ſomnium 135, 21. 160, 22.
Helena rapta à Paride 67, 13.
Helice Græce dicitur quæ à nobis urſa major 170, 13.
Helle Athamantis filia 159, 23.
--- in mare ſubmerſa 169, 21.
Helleſpontiacum mare 168, 10.
--- unde dictum 168, 26.
Hermione Menelai filia, Oreſtis uxor 65, 2.
Heſione, quæ 187, 14.
Hiems pro diſſidio 39, 11.
Hippodamia rapta 70, 3. 162, 4.
Hippolytus per Æſculapium à morte ad vitam revocatus 195, 13.
Hippomenes certamine curſus Atalantam meruit 145, 21.
Hippotades eſt Æolus Hippotæ filius 155, 19.
Horrari canes quid 29, 18.
Hydra Lernæa, quæ 78, 19.
Hydri eliſis faucibus, quid 78, 4.
Hyllus filius Herculis 75, 37.
Hymen pro matrimonio 80, 26.
Hymenæus Nuptiarum Deus 3, 17. 12, 12. 80, 26.

I.

JAcet, quid 2, 2.
Jactari in alto eſt procellis agitari 161, 20.
Jaculatrix pro Diana 194, 6.
Jardanis, quæ 79, 6.
Jaſon ſparſit dentes ſerpentis, ſicut ſpargitur ſemen 102, 12.
Iberus, quis 78, 12.
Icarius ſive Icarus pater Penelopes 7, 13.
Idæus collis, quis 29, 33.
Idæus hoſpes, quis 70, 11.
Idæus, i. e. Paris Trojanus 182, 10.
Ide vel Ida mons 41, 32, 33. & 45, 27.
Idya mater Medeæ 161, 19.
Ignis pro indignatione 69, 18.
Iliades, i. e. Trojanæ mulieres 148, 25.
Ilioneus, quis 150, 1.
Ilios pro Troja 5, 18.
Ilium oppidum Trojæ maximum 141, 16.
Imagine tangi, i. e. ſimilitudine delectari 107, 4.
Impellere pro movere 27, 2.
Impetus, i. e. propenſa voluntas 29, 11. & 41, 14.
In primo ore, i. e. in ſummis labiis 27, 22.
In mea vota 28, 10.
Inachides, quæ 118, 24.
Inachus fluvius 121, 22.
Incinctus pro cinctus 32, 12.
Increpare pro ſonare 25, 16.
Ingenioſa terra, quæ 53, 30.
Ingenium pro natura 58, 12. 147, 7.
Ingenuus, quis 45, 41.
Ino, quæ 179, 27.
Inſolita labes pro inſuetudine peccandi 29, 2.
Inſtillare pro infundere 181, 5.
Inviſa, odio habita 2, 3.
Invitis oculis, quid 163, 6.
Io juvenca cujus filia 121, 17, 18.
--- pro dea ab Ægyptiis culta eſt ibid.
Io non poteſt vultus ſuos bovinos, quibus terretur, effugere 122, 16, 17, 18, 19.

Iole

Iole ab Hercule adamata 73, 13. 80, 25.
Ioniacæ puellæ 77, 19.
Ironia quædam 34, 12.
Irus aſſecla procorum Penelopes 8, 6.
Iſis Ioachi fluminis filia 122, 22.
Iſmarii equi, qui 5, 15.
Iſmarius mons ibidem.
Iſthmos, quid 70, 3.
Iſthmus, quid 33, 14.
Iturus pro abiturus 147, 17.
Itys Terei Thracum regis filius 130, 16, 17.
Juga pro montibus 38, 25. 79, 8. pro altitudine 41, 28.
Jugoſus, i. e. montoſus 32, 10.
Jugulatus pro interfectus 3, 10.
Juno tori præſes 12, 24.
Juno Argivis puellis irata 121, 16.
Jurata numina, quæ 14, 18.
Juratus active 12, 6.
Juſſa pro coacta 26, 30.
Juvencus pro juvenis 28, 23.

L.

LAbes pro macula & infamia 151, 20.
Lacæna, quæ 43, 13.
Lacedæmona, i. e. Spartam 2, 8, 141, 17.
Lacer, quid 4, 13.
Lacertus pro fortitudine & vi 5, 17. pro brachio 32, 3.
Lædere pro gravare 28, 24.
Laërtes pater Ulyſſis 8, 11. 20, 27.
Laodamia, quæ 108, 1.
Laodicé duæ hoc nomine, & utra hic intelligatur à Poëta 160, 7.
Laom don eſt avus Paridis 160, 12.
Laqueis implicare colla, i. e. ſe ſuſpendere 18, 26.
Latmia ſaxa, quæ 166, 14.
Latmius vide Endymion.
Latois, idis Diana 100, 12.
Latona palmæ & olivæ incumbens Dianam & Apollinem peperit 199, 2.
Lectus deſertus, quid 2, 15.
Lectus pro electus 69, 22.
Leda, quæ 70, 15.
Ledæa eſt Helena 133, 2.
Lemniades 50, 15. & 16.
Lenta mora 25, 17.
Lentus pro tardo ſeu tardanti 1, 3. pro molli 31, 1.
Lernæa vide Hydra.
Lesbiadum turba, quæ 121, 9.
Lesbides puellæ, quæ 21, 9.
Leucippidæ, quæ 148, 19.
Libamina capere 28, 42.
Libata virginitas, i. e. violata 16, 32.
Liber revertendi, quid 7, 11.
Liber, i. e. Bacchus 170, 24.
Limen pro domo 197, 11.
Limina pro domo 190, 6.
Lingua hæſit, quid 27, 11.
Linquor ſcilicet animo, deficio 17, 36.
Lintea pro velis 17, 16.
Lintea parca, ſunt vela non plena 198, 5.
Litura, quid 19, 6.
Loqui cum aliquo pro ſcribere ad aliquem 27. 9.
Lotos aquatica, quæ 131, 2, 3, 4.
Lucida gemma pro annulo 127, 23.
Lucifer præcedit Auroram 163, 17.
Luciferæ manus, quæ 192, 20.
Lucina, quæ dea 54, 22.
Luctantia colla, quæ 31, 39.
Ludere pro decipere 157, 18.
Lycurgus, quis 16, 23.
Lydus Lamus, quis 76, 18.
Lympha, i. e. aqua 39, 5.
Lyrneſia mœnia, quæ 21, 29.

M.

MAcerari pro affligi 190, 3.
Mæander Phrygiæ fluvius 56, 14. 76, 19.
Mæonia zona, quid 77, 8.
Magnetis & Magneſia quid 98, 2.
Maja mater Mercurii 135, 5.
Major, uter maritus an uxor? 85, 12.
Mater aquoſa, quænam 22, 7. 26, 6.
Materia pro cauſa 32, 11.
--- pro nutrimento 58, 7.
Matris nudæ, quæ 25, 6. 22, 7.
Matrona pro uxore 42, 11.
Medea, incantatrix inſignis 51, 30. Colchorum regina 97, 1. 2.
Medon unus ex procis Penelopes 7, 35.
Meduſa, quæ 180, 6.
Melanthius caprarius Ulyſſis 8, 8.
Meleager 81, 27.
Melicerta, vide Palæmon.
Menelaus Helenæ maritus 43, 20.
Menœtiades Patroclus Menetii filius 2, 36. 20, 17.
Methymniades puellæ, quæ 125, 8.
Micare pro tremere 5, 9. 39, 16.
Mille pro multis 62, 24.
Minoïa, quæ 30, 28. 159, 38.
Minois, i. e. Ariadne 149, 14.

Minyæ

Minyi ſunt Argonautæ 100, 32.
Miſcendus pro jungendus 27, 15.
Mitra, quid 77, 5.
Modò pro tantummodo 27, 1. 159, 24.
Mœnia Phœbi, i. e. Trojæ 6, 20.
Mopſopia, quid 70, 8.
Munitor pro Apolline, unde 45, 31.
Murex, i. e. purpura 110, 27.
Mycenæ, quæ 37, 3.
Mycenæus, quis 25, 1.
Mygdonium marmor 130, 10. 189, 6.
Myniæ, qui 50, 2.

N.

NAïas & Najades, quæ 131, 5.
Naxus inſula 88, 28.
Nec non pro etiam 31, 14.
Neleïa arva unde ſic dicta 6, 11.
Nemea peſtis, quæ 77, 3.
Neoptolemus unde dictus 70, 26.
Nephele, quæ 179, 22, 24.
Nepos Jovis & Æginæ, quis 22, 3.
Neptunia Pergama, quid 26, 46.
Neptunius, quis 33, 21.
Nequitia pro libidine 28, 11.
Nereïdæ, quæ Nymphæ 40, 36.
Nereus, quis 22, 5. 74, 16.
Nereus, quis 74, 16.
Neſſus ſemivir 81, 4.
Neſtor Pyliorum rex 4, 20.
Neſtor Nelei filius 6, 11.
Niger deus, quis 14, 19.
Niobes fabula 189, 5. 201, 17.
Niſiades matres, quæ 127, 6.
Niſus medius quid 34, 10.
Noctem fallere 2, 22.
Nocturnus dolus, quid 5, 2.
Nodus pro laqueo 186, 7.
Notæ pro litteræ 27, 6. & 8.
Nothus, quid 34, 6.
Notos, i. e. ventos 11, 11.
Notus quis ventus 90, 29.
--- pro quocunque vento 94, 3.
Novare, quid 32, 22.
Novata eſt, i. e. crevit 3, 9.
Noverca, quæ 34, 16.
Nuda humus, quid 122, 13.
Numen pro genio 131, 1. Pro vi & poteſtate 200, 11.
Numerus, quid hoc loco 32, 14.
Natus 50. habuit Priamus 42, 5.
Nurus eſt reſpectu patris, pronurus reſpectu avi 160, 12.
Nymphæ pro puellis Græcis 3, 30.
Nymphæ, quæ 35, 35.

O.

OBliquus pro incurvus 33, 13.
Obrutus pro ſubmerſus 2, 11.
Oebalis Nympha, quæ 139, 4, 5.
Oechalia, quæ urbs 73, 2.
Oeneus rex Calydoniæ 81, 21, 22. 201, 16.
Oenides, quis 24, 3. & 32, 38.
Oenone Nympha quæ 37, 4, 9.
--- uxor Paridis 160, 3.
Oeta quis mons 81, 12.
Ogygius, quis 84, 34.
Olenium pecus, quid 171, 20.
Omen pro augurio 59, 28. præſagio 173, 5.
Omphale, quæ 76, 15.
Operari proprie quid ſit 75, 18.
Opponere pro obſiſtere 37, 10.
Oppoſitæ fores, i. e. occluſæ 151, 11.
Ora pro Regione 149, 10. 161, 11.
Orare pro imprecari 56, 3.
Ormeni Nympha, quæ 76, 12.
Orithyia rapta à Borea 155, 12.
Os pro facie 31, 36.
Os ſive facies eſt teſtis verecundiæ 155, 31.
Oſcula congerere, quid 168, 18.
Ovis ſive aries habens pellem auream 179, 1.

P.

PActa pro deſponſata 71, 11.
Palæmon, quis deus 171, 1.
Palæſtra, i. e. luctatio 174, 17.
Pallas Jovis filia 137, 6.
--- inventrix olei 176, 2.
Pallidum eſſe pro timere 2, 33.
Pandus idem quod curvus 48, 7.
Panes, quinam 36, 31.
Parca meliore, quid 95, 14.
Parcæ, quæ 128, 8, 3.
Parcere pro nolle 189, 17.
Parrhaſis urſa, quæ 170, 20. vide Caliſto.
Parthenius ſive Arcadicus 76, 9.
Paſiphae, quæ 30, 18.
Paſſi capilli, i. e. ſparſi crines 52, 39.
Patrueles, i. e. nati ex duobus fratribus 67, 23.

Pax

Pax pro tranquillitate maris 173, 8.
Pectus pro ſapientia 137, 19.
Pedes pro equis 31, 44.
Pedum offenſiones infauſti ominis ſigna 112, 28, 29.
Pegaſæus unde dictus 179, 12. 182, 6.
Pegaſides, quæ 126, 1.
Pegaſis, quæ 37, 4.
Pejus amare, quid 28, 39.
Pelaſgi, qui 99, 11.
Pelaſgiadæ urbes, quæ 73, 8.
Pelaſgis, i. e. Lesbia 133, 2.
Peleus nepos Jovis & Æginæ 23, 3.
--- pater Achillis 26, 11.
Peliæ quæ filiæ 104, 10.
Pelias haſta, quæ 25, 30.
Pelias, quis 53, 1. arbor, quæ 97, 17.
Pelides, quis 70, 27.
Pellex, quæ 41, 1.
Pelopeïus Pelopis filius 67, 20.
Peloponneſus unde dicta 70, 3.
Peltatus, i. e. peltâ armatus 199, 5.
Pendere ab ore alicujus, quid 3, 37.
Penelope Ulyſſis uxor 1, 2.
Penſum, quid 23, 9.
Penthesilea Amazonum regina 199, 6.
Peragere latus enſe, quid 33, 40.
Pergama, orum, quid 4, 5. 5, 23.
Pergama Neptunia, quid 26, 46. 63, 21.
Periphraſis veſpertini temporis 198, 8.
Periphraſis Dianæ 201, 10.
Perſephone 197, 1.
Pervigil, quid 48, 14.
Petere pro ire 2, 10. pro occidere 26, 33. pro ferire 26, 38.
Phaon, quid 125, 1.
Pharetra, quid 125, 188. 193, 4.
Phaſias, quæ 53, 9.
Phaſis Phaſidos Colchorum fluvius 53, 17. inde Phaſiacus, a, um, aqua Phaſiaca 93, 5. Phaſis, i. e. Medea 149, 11. 182, 7.
Pherææ vaccæ, quænam 46, 8.
Phereclêa puppis, quæ 134, 24.
Phoca vitulus Marinus 86, 25.
Phœbe ſoror, quæ 70, 17. 128, 10. 194, 6.
Phœbus medicinæ autor 45, 47.
Phœnix præceptor Achillis 25, 33.
Phrygia pineta, quæ 138, 5.
Phrygius ſanguis, quid 5, 36.
Phryxea ovis, quæ 53, 10. 97, 16.
Phryxus filius Athamantis 196, 36.
Phylleides matres, quæ 110, 22, 23.
Phyllis Rhodopeïa, quæ 10, 2.
Piare pro expiare 182, 30.
Picea arbor, unde pix ejus liquor dimanat 120, 36.
Pignus pro filio 34, 1. 54, 1. 54, 15.
Pinguis pro pinguefacta 5, 37.
Pinus pro Argo navi 50, 4.
Piſander procus Penelopes 7, 34.
Pirrheis 88, 32.
Plectrum, quid 25, 7.
Plejas, quæ 141, 5. 172, 15.
Pluma pro forma cygni 70, 1.
Polus, quid & unde derivetur 170, 21.
Polybus procus Penelopes 7, 34.
Polydamas, quis 42, 27.
Pomaria pro pomis 28, 45.
Ponere pro erigere 31, 7. pro deponere 63, 3. 132, 14. 175, 14.
Ponere tempus in varia, quid 174, 13.
Portunus vide Palæmon.
Portus pro ſalute & requie 9, 9.
Præbuerim, i. e. præbebo 62, 30.
Præcepta gaudia, quid 155, 34.
Præcincti, i. e. ornati 31, 31.
Præcordia, quid 87, 13.
Præpes, i. e. alatus 68, 15.
Præter pro ad 47, 12.
Preſſa coma, quæ 25, 18.
Preſſi in retia cervi, qui 29, 17.
Priamus rex Trojæ 2, 6.
Primus, pro præcipuus 29, 13.
Privignus, quis 34, 15.
Probare pro laudare 25, 25.
Procruſtes, quis 14, 11.
Prodigium triplex, quid 78, 10.
Pronuba, quæ 17, 1.
Pronurus, quid, vide Nurus.
Proprio bono vulnerari 196, 9.
Prora, i. e. navis 164, 8.
Proſerpina vide Perſephone
Proſocer, i. e. avus maternus 23, 6.
Proſpectu metiri, quid 84, 4.
Proſpicere, quid 84, 3.
Pugnare pro reſiſtere 157, 30.
Punicus, i. e. Carthaginenſis 63, 17.
Pygmalion frater Didonis 62, 12.
Pylos ſeu Pylus urbs 6, 9. 8, 18.
Pyrrhiades puellæ, quæ 125, 7.
Pyrrhus, quis 26, 12. 66, 33.

Q.

QUa pro quatenus 27, 13.
Quando erit? i. e. nunquam 57, 19.
Quibus uſus adeſt, quid 157, 23.
Quis pro quibus 43, 2.

R.

RAtes ſeu naves ad Helenam repetendam fuere mille centum ſeptuaginta & quinque 42, 18. Mille juxta Ovid. 113, 15.
Recurvare pro reflectere 31, 40.
Recurſus undæ æſtus dicitur 196, 11.
Recuſare pro ſpernere 42, 8.
Reddere pro attribuere 30, 10.
Redimere pro compenſare 153, 15.
Redux active & paſſive ſumitur 111, 8.
Remi corporis ſunt brachia 173, 21.
Remige pro nautis 27, 3.
Remiſit furor, quid 30, 6.
Repetere pro in memoriam reducere 146, 15.
Reſupinus, quid 145, 11.
Retinacula, quæ 59, 11. 164, 7.
Rheſus Thraciæ rex ab Ulyſſe interficitur 4, 25.
Rhodope mons Thraciæ 16, 17.
Rhodopeïa Phyllis, quæ 10, 2.
Rigor pro ſeveritate in vultu 31, 38.
Rogus, quid 95, 12, 13.
Rota pro curru 70, 5.
Rudimentum, quid 43, 4.
Rudis porta, i. e. nova porta 62, 22.
Rugoſum, quid 38, 39.
Rumpere pro dirimere 28, 13.
Rumpere ſinus, quid 41, 27.

S.

SAppho quos fratres habuerit 127, 15.
Sarcina pro amore moleſtia 28, 31.
Saturnus ubi regnavit 34, 26.
Satyri, qui 36, 31. & 45, 21.
Schoenis Atalanta Schœni regis filia 199, 8.
Scinis, quis 14, 12.
Scylla & Charybdis 103, 31.
Scyria membra, quæ 72, 6.
Scyron latro eſt 14, 9.
Securigeræ, quæ 33, 36.
Segetes virorum quid 58, 11.
Semideæ, quæ 30, 1.
Sepultus, i. e. incognitus 60, 35.
Sequitur, i. e. convenientius eſt 27, 14.
Seſta puella, quæ 163, 3.
Sex mihi natales ierant, quid 127, 12.
Si, i. e. an 41, 25.
Si pro ſiquidem 5, 20.
Sicelides puellæ quæ, 127, 1.
Sichæus Didonis maritus 61, 12. & 15.
Siderum vis quæ ſit 71. 2.
Sidonius à Sidon, quid 79, 3.
Sigeïa tellus 4, 7. littus 134, 23.
Signa pudoris, quæ 35, 36.
Signetur pro ſignata fuiſſet 47, 17.
Sim pro ero 157, 11.
Simois Fluvius Trojanus 4, 6. 63, 24.
Sine murmure legere 195, 2.
Siniſtra hora, i. e. infelix 197, 11.
Siſyphiæ opes, quæ 107, 31.
Sithonis unda, quid 10, 15.
Sithonius, quis ventus 90, 31.
Socialia fœdera quid 28, 12.
Solis utraque domus 74, 20.
Somniantes ſacrificare ſolent 182, 30.
Sorores pro Parcis 128, 2.
Soteria quid 132, 9.
Spes pro metu 11, 1.
Stamen, quid 23, 12. 175, 19. 183, 1.
Stantia ſigna quid 198, 14.
Stat, i. e. certum eſt 18, 27.
Statio pro portu 60, 31.
Stheneleïus hoſtis, quis 74, 40.
Strictus enſis quid 26, 32. 65, 23.
Subire pro ſuſtinere 28, 28.
Subire pro in mentem venire 111, 9.
Subnuba, i. e. concubina 55, 16.
Succumbere pro vinci 68, 14.
Suſpicere pro venerari 153, 27.
Sylvæ pro arboribus 138, 8.
Symplegades, quid 103, 28.

T.

TAcita pro celanti 30, 7.
Tædifera dea, Ceres 12, 26.
Tænaria, quæ 111, 1.
Tænaris, quæ 70, 9. 135, 3. 151, 9.
Talentum magnum & parvum 21, 4.
Talthybius, quis 19, 15.
Tanais quis fluvius 53, 16.
Tantali Fabula 143, 3. 172, 7.
Tantalides, quis 68, 30.
---- matres, quæ 69, 29.
Tardi dies, quid 2, 19.
Tecta pro Labyrintho 30, 26.
Tectum pro domo 9, 6.
Tegæa, oppidum Arcadiæ 73, 5.
Telamon Ajacis pater 20, 22.
Tempora pro capite 81, 3.
Tenedos inſula 111, 13.
Tenere puellam, quid 25, 14.
Tenor, i. e. perſeverantia 62, 7. 127, 21. 151, 19.

Tentare aera, quid 55, 24.
Tertia m illis erat 50, 24.
Teucer, i. e. Trojanus 63, 17.
Teucri frater eſt Ajax Telamonius 25, 34.
Thalia pro ſtudio Poëtices 128, 6.
Therapna oppidum Laconiæ 142, 10.
Theſeus Demophoontis pater 11, 12.
Theſides, quis 31, 4.
Theſſalicæ, Græcæ 51, 39.
Thetis ἀργυρόπεζα, quid 187, 7.
Theutrantia turba, quæ 76, 14.
Thraces populares Phyllidis 15, 1.
Thracia caſtra, quæ 5, 1.
Threïcia lyra, quæ 25, 15.
Threïcii portus 16, 16.
Threſſa, quæ 178, 17.
Thyrſus, quid 110, 21.
Timor belli eſt pejor ipſo bello 149, 17.
Tinctus pro maculatus 194, 15.
Tingere pro pingere 31, 25.
Tiphys, quis 50, 6.
Tiſiphone, quæ 17, 2.
Tithonus conjux Auroræ 168, 15.
Titulus pro inſcriptione 14, 20.
Titulus pro laudibus 52, 39.
--- pro victoria 73, 3.
Tlepolemus Herculis filius 3, 5.
Tophus, genus aſperi lapidis in arenam ſolubilis 130, 9.
Torquere pro jacere 32, 2.
Tori ſunt muſculi, nervoſa membra 77, 2.
Torus pro matrimonio 107, 10.
Toties pro bis 45, 16.
Trinacria, quæ regio 104, 5.
Tripus, quid 21, 1.
Triton, quis 58, 37.
Tritonis & Tritonia, quæ 50, 3.
Trœzen, quid 33, 15.
Troja ſeu Troïa 2, 1.
Tropæum, quid 31, 8. 203, 5.
Tuta pro pace & otio 25, 19.
Turbo, quid 59, 30. 180, 14.
Tybris Italiæ fluvius 63, 25.
Tydeus Althææ & Oenei filius 8, 25.
Tyndareus, quis 68, 2.
Tyndaris, quæ 42, 19. 137, 27. 156, 15.
Typhois Ætna, Siciliæ mons 125, 34.
Tyria pro Carthagine 64, 2.
Tyrinthia urbs 80, 11.
Tyro formoſiſſima puella 197, 35.
Tyros vel Tyrus Phœniciæ urbs, purpura illuſtris 170, 14.

V.

VAcare pro carere 28, 15.
Vada pro aquis 11, 16.
Valo ſolet eſſe finis epiſtolarum 194, 22.
Vallatus, quid 36, 9.
Ubi pro quando 28, 33.
Velis hic imperativi modi 25, 4.
Vellus pro lana 47, 5.
Venabulum, quid 32, 6.
Venti ponunt, i. e. quieſcunt 58, 35.
Venti dicuntur habere alas 91, 1.
Venus pro amore 25, 13. 33, 7.
--- ex maris ſpuma nata dicitur 132, 10.
Venus Helenam Paridi pollicita eſt, &c. 134, 14.
Verba orba ſuis viribus, ſunt verba irrita 200, 9.
Verſare leves currus 29, 24.
Victi jacet, quid 25, 27.
Victas manus dare, quid 28, 4.
Victi victoribus manus porrigere ſolent 204, 9.
Videres pro vidiſſes 88, 34.
Villus pro vellere 50, 8.
Ululare, quid 17, 3.
Ulyſſes Penelopes maritus 1, 2.
Una pro ſola 25, 27.
Undæ matris, quæ 26, 6.
Unus pro ſolus 5, 27. 150, 9.
Unus pro ſolus 5, 27. 150, 9.
Urere pro cruciare 26, 15.
Urimur intus, quid 28, 20.
Urna, quid 96, 11.
Uſque pro aſſidue 5, 8.
Vulnus pro injuria 52, 2.

X.

XAnthus fluvius 111, 14.

Z.

ZAcynthos inſula maris mediterranei 7, 26.
Zephyrus quis ventus 90, 30.
Zona pro cingulo 16, 36.

FINIS.

A01 1465290